VARIARVM FORENSIVM ET PRACTICABILIVM IVRIS RESOLVTIONVM,

Liber Secundus.

IN QVO QVÆSTIONES IN DIES FERE OCCVRRENTES controuersæ, dilucidè continentur, quæ iuris proprij Siculi interpretatione, & Decisionibus Tribunalium exornantur.

AVCTORE
ANTONINO DE AMATO
Panormitano. V. I. D.
ET APVD SICILIÆ SVPREMA TRIBVNALIA Causarum Patrono.

CVM INDICE GEMINO, CAPITVM SEV ARGVMENTORVM Singularium resolutionum altero, Altero rerum memorabilium.



VENETIIS, M. DC. LV.
APVD TVRRINVM.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

ARGVMENTA
RESOLVTIONVM
Quæ in hoc Secundo Libro continentur.

ris

Finis Index Argumentorum.



VARIARVM FORENSIVM

Et Practicabilium Iuris Resolutionum, LIBER SECVNDVS.

D. ANTONINO DE AMATO PANORMITANO
V. I. D. Auctore,

ET APVD SICILIÆ SVPREMA
Tribunalia Causarum Patrono.

SVMMARIVM.

1 *Creditores, qui personali vtuntur actione non auocant pecuniā posterioribus creditoribus solutam siue extet, siue non num. 2.*

3 *Creditor hypothecarius non auocat pecuniam solutā hypothecario creditori equali, sed melior est conditio eius, cui fuit solutum, & num. 5. & 25.*

4 *Creditores banci, seu ex causa depositi equaliter cōcurrunt si depositū non extet, & sit commistionem consumptum, vt deposito in regulari pecunia, secus si depositum extet, vel pecunia sit in sacculo obsignato, quia tunc Dominus præfertur in eo.*

6 *Posterior creditor nunquā auocat solutum anteriori*

7 *Creditor hypothecarius anterior an auocet solutum posteriori hypothecario, & quid de rigore, vel equitate in pecunia iam consumpta, & num. 8. & 9. & 18.*

Pecunia quando dicatur consumpta, sub num 9.

11 *Creditor hypothecarius anterior auocat pecuniam extantem posteriori creditori solutam, & num. 10. & 13. & 15.*

12 *Cautio, & fideiussio facit pecuniam exstare, licet ea consumpta, vel commixta sit.*

14 *Pecunia quando dicatur extare, & num. 11.*

15 *Fideiussio, & cautio facit, vt pecunia non dicatur soluta.*

16 *Afflicti opinio decis. 190. in distincte seruanda est in Regno.*

17 *Creditor anterior, an auocet speciem posteriori solutam.*

19 *Creditor atterior, an præferatur in nomine debitoris non exacto in solutum dato poster iori creditori à communi debitore.*

20 *Creditor anterior, an auocet pecuniam posteriori solutam per haredem debitoris.*

21 *Creditor anterior auocat pecuniam solutam creditori posteriori ex causa tantum lucratiua, siue extet pecunia, siue non.*

22 *Subsidiarie auocari potest pecunia posteriori creditori soluta, & iam consumptam, nempè communi debitori facultatibus lapso.*

23 *Solutum per debitorem iam decoctum posteriori creditori auocatur ab anteriore.*

24 *Dos Fiscus, & alij anteriores priuilegiati auocant solutum posteriori creditori.*

26 *Creditor anterior, an auocet pecuniam solutam posteriori per gratificationem si vterque creditor instabat pariter pro solutione consequenda, & num. 27. & 28.*

29 *Creditor auocat pecuniam a posteriori creditore extortam, & num. 30.*

ARGVMENTVM.

Inter creditores, qui personali, vel hipothecaria potiuntur actione, an pecuniæ posteriori, vel equali creditori solutæ concedatur auocatio, & quid si per gratificationem omnibus creditoribus instantibus, vni a debitore solutio facta sit, vel perestorsionē fuerit consequuta pecunia espenditur decisio Afflitti 190.

RESOLVTIO. LI.



Vlta profecto sunt capita, & distinctio-
nis membra, quæ in difficili, & intrica-
ta materia auocationis pecuniæ à pos-
se posterioris satis facti creditoris sub-
nectunt *Bart. Angel. Alberic. & alij in l.*
pupil. ff. quæ in fraudem creditorum, & in leg. si
non expedierit §. 1. ff. de bonis autori. Iud. possident
& passim omnes sequuntur in locis inferius ci-
1 tandis. Eo tamen iure vtimur † vt in actioni-
bus personalibus solutio facta vni ex pluribus
creditoribus, qui fuit diligens, nō retractatur per
alium, qui fuit negligens, vigilantibus enim, &
non dormientibus, ius ciuile scriptum est *ad tex-*
tum expræsum in dicta leg. pupillus in fine vbi glosa.
verbo non reuocet dict. leg. si non expedierit. §. 1.
ff. de bonis auctor. Iud. ibi (ne alterius aut negligen-
tia, aut cupiditat huic qui diligens fuit noceat) l. sum-
ma cum ratione §. sed si cum suspicaretur in fin. ff.
de peculio ibi (licet creditori vigilare ad suum conse-
quendum) Regula Nihil dolo 172. vbi glos. optima ff.
de reg. iur. & melior glos. in l. qui autem §. apud labeo-
nem ff. de his, quæ in fraud. creditor vbi alios affert,
vbi Angel. dicit C. imputetur creditoribus non
prætendentibus hypothecam, neque perso-
nalem priuilegiatam si fuerunt inertes; & pro-
sit vigilantia exigenti; vel recipienti asponte
soluente *vt in leg. pupillus text. in dict. le. qui autem*
§. sciēdum, quæ in fraud. creditor. ibi (quamuis scieus
sibi enim vigilauit) idem Angel. in l. fin §. licentia
num. 2. de iure deliberan. quod in personalibus
imputatur negligentibus, & succuritur studiosis
loquendo si exigerunt per iudicem, sed si per
gratificationem remittit ad dictam *le. pupillus* de
quo latius infra dicemus *Alber. etiam in dicto §.*
apud labeonem facit distinctionem, sed perfectio-
nem facit *in dicta l. pupillus, vbi tandem num. 4.*
5. dicit quod in practica. dict. leg. pupillus in fine se-
pe allegatur, quod ius ciuile vigilantibus, &
non dormientibus scriptū est, nam industria, vel
diligentia alicuius non debet trahi ad penam *l.*
fin. C. de pos. negligentibus, enim non subueni-
unt iura *leg. non enim §. ex quibus caus. maior,*
& negligentibus non est ignoscendum *l. velut ff.*
de edend. & negligentia omnia ledit *§. penul. in au-*
tent. de quæst. vigilare, itaque debet creditor ad si-
bi debitum consequendum *le. summa §. 1. de pecul.*
& differentia debet esse inter vigilantes, & disi-
dentes *l. vt perfectus C. de annual. exception.* & mul-
ta iura ad hanc regulam simpliciter citat *Gail.*
lib. 2. obserua. 25. num. 14. 15. sic quoque exor-
ditur *Surd. cons. 4. numer. 10. in fine & numer. 11. &*
num. 15. quod in actionibus personalibus non est
dubium, refert eum *Io. Baptista Costa de ration.*
ratæ quæst. 74. vbi disputat, & infirmat quæst. 121.
numer. 4. ex Rota. Auenion. decis. 146. multa
enim cumulat *Cesal. consil. 86. & cū eo Menoc. cons.*
25. num. 2. ex magis recepta idem Cesal. cons. 555.
num. 4. quod præfertur, qui primò occupat *ex*
Couarru. capit. 29. pract. quæst. ex glos. & alijs in
l. priuil. ff. de priuil. creditor Doctores in l. pecunia
C. de iure fisci Affl. vulgat. decis 190. Gramat. quæst.
1. Capic. dec. 78, Surd, dec. 60. n. 9. Pereg. de fisco li. 6.
tit. 6. Celsus Bargal. de dolo regul. 43. lib. 6. fol. 183.
Burg. de laudimio. inspection. 39. nu. 3. Menoc. cons.
107. n. 9. Trentacin. var. li. 3. tit. de solution. resolut.
23. n. 5. Flores. de Mena var. quæst. li 1. quæst. 6. art. 1.
§. n. 2. Fontanel. de pactis Nupt. col. 5. glos. 8. pa. 6. nu.
28. & seq. vol. 2. Ambrosi. dec. 2. n. 16. par. 1. Guttier.
2 *practicar. quæs. li. 3. cap* 101. *nu. 3.* & inter † credi-
tores huiusmodi, qui nituntur dumtaxat actione
personali si debitor posteriori satisfaciat, non
obstante eorum sententia, qui inter pecuniam so-
lutam extantem, vel consumptam differentiam
constituerunt, & inter rigorem, & equitatem ve
rius est, vt non possit posterior, solutus creditor
molestari, vel ab eius posse à posteriore creditore
pecunia auocari *Afflict. dict. dec. 190. Couarru.*
dict. ca. 29. Castrens. cons. 417. vol. 1. Eugen. cons. 89.
Asini de exequut. §. 7. c. 3. Surd. cons. 4. Perusin. dec.
45. n. 20. Carroc. dec. 109. Costa bene de facti scien-
tia, & ignorantia centur. 1. dist. 8. n. 5. bene Sessa dec.
206. n. 49 Capic. decis. 78. Cef. cōs. 86. & 555. Hondi-
d. cons. 18. nu 66. vol. 1 Bimi. cons. 92. nu. 22. vol. 1.
Menoc. cons. 25. Peregr. d. tit. 6, n. 8 Barbot. in l. 1. par.
6. nu 21. 22. ff. solut matrim. Tesaur. quæst. forens. 16.
li. 2 Pereyra de Castro decis. Portugall. 16. num. 1.
3 In hypothecaria verò † facilis est decisio casus,
quando omnes creditores essent pares in hypo-
theca, quemadmodum de facto quandoque con-
tigit disceptari inter Simeonem Ferrari, cum de-
putatis banci, decocti dell'inpugnana, qui credi-
tores banci hypothecam habent ex forma fide-
4 iussionis bancalis, licet regulare sit † creditores
bancales, seu ex causa depositi omnes ęqualiter
concurrere veluti personales in bonis banchetij,
qui foro cesserit, si depositum non extet, & si con-
sumptū, vt in pecunia depositatio soluta, quę in e-
ius transit dominiū, secus si in sacculo obsignato,
quia tunc in ea præfertur dominus, & deponens
omnibus alijs creditoribus *Trentacin. var. resolut.*
li. 3. resolut. 23. de solut. a nu. 15. 16. & seq. ad finem
Carroc. de deposito p. 2. qu. 47. per tot Strac. de deco-
ctor p. vl. qui pot. in bon. dect. habean. per tot. Castil.
Sotomaior. controuer. iur. li. 3. c. 16. nu. 49. Pignera.
decis. 38. Fontanell. de pactis nupti. claus. 5. gl. 8. p. 7.
n. 12. vol. 2. Tusc. conclus. 1058. nu. 11. lit. C. Ponte.
dec. 34. Asin. de exequution. §. 7. c. 26. Flores. de Me-
na. pract. quæst. ca. 6. §. 3. Magon. dec. lucens. 1. Gut-
tier. practicar. qu 100. nu. 15. Roderic. de Ann. redit.
quæst. 11. nu. 37. in fine li. 3. Cancer. var. resol. li. 3. ca.
8. de deposito nu. 64. in fine Mant. de tacit. & ambig.
conuen. lib. 10. tit. 10. nu. 38. vol. 1.
5 Et tunc † non potest de reuocatione agi, sed
melior est conditio eius, cui fuit solutum, *& ita*
Cesal. cons. 86. n. 5. in primo casu, & expressius deci-
dit *Albericus in d. l. pupillus nu. 3. vbi allegat. l. qui*
prior ff. qui potior l. si debitor de pignor. Thesaur. qu.
forens. 16. n 6. li. 2. vbi, siue extet, siue nō extet pe-
cunia, *ita concludit Fontanell. de pact. dotal claus. 5.*
glos. 8. part. 6. num. 31.
6 Multo fortius hoc procedit, quando † solutio
fit anteriori, seu potiori, tunc enim inferior non
potest aliquo modo pretēdere reuocationem, *vt*
probat Cef. d. cōs. 86. n. 5. Rota Auenion. dec. 146. n.
7. ex gl. in leg. priuilegia & in le. pecuniam, & in dict.
l. si non expedierit §. 1. & in dicto §. licentia §.
si verò cum alijs per eum Roderic. de Ann.
redit.

redit.lib.2.quæst.19.num.23.in fine dificultas est *vt dicit Alber.dicto loco* quãdo solutio fit inferiori:

7 Cæterum † in hypothecaria loquendo, alta fuit quæstio, an creditor hypothecarius anterior auocare possit solutum creditori hypothecario posteriori.

In quo vna fuit opinio de iuris rigore verior

8 quod † posset auocare, si res species, vel pecunia soluta extet, & possidetur, vel per eum mala fide consumpta fuerit, sin autem sine dolo consumpta sit conditio competat ex lege vel actio in factum *vt censuit Afflict. dict. decis. 190. & Alberic.in dict. leg. pupillus* licet *Bartol.* in hoc variauerit, quando sine dolo desiit, & hanc opinionem rigoris tenuerunt *Aretin.Bart.Alberic. Angel. & alij in dicta. le.pupillus Io. Andr. Faber.Bald. & alij per Surd conf.4. num. 25.42.43. conf.436.num.10.11. Paris. conf. 69.num. 2.lib. 4.Cefal.conf.86.num.6.* vbi etiam si hypotheca sit generalis *latè Stracca de decoctor. part. 3.num. 28.tom. 6.part.1.fol.317. & part. vltim. num.28. fol.328.*vbi etiam loquitur de creditore priuilegiato *Castrens.conf. 169.viso puncto li.2.*vbi quod pro medietate reuocat, & loquitur de banco fallito *Bimi conf.92.n.21.*vbi agitur an creditor hypothecarius propter ius hypotechæ, quod est reale possit agere furti contra surripientẽ bona debitoris *Rota Auenion.*videtur hanc opinionem tenere *dict.decis.146.num.7.Vrsill. ad Afflict. dicta decis.* 190.vbi verè valde confusè loquitur *Mayner.dict. regula nihil dolo de regul. iur. Mariscott. lib. 2. var.resol.36.in fine Scaccia de commer. & cambijs §. 2.glos.5. num. 442. vers. quamuis, Riccius in praxi variar.resol.cap.375.num.3.Io.Andre.Giorg. allegatio. 39.à num. 9.& sequen. Fachin. libr. 12. controuers.iur.capit. 53. Fontanell. de pactis dotal. clausula 5. glosa. 8.part.7. numer. 1. & sequent. per totum, & à numer. 21. & sequent.* differit, quando bona, vel mala fide dicatur pecunia consumpta, *& numer. 58.* & si ipse *numer. 60. & sequentibus* equiorem *Afflict.* opinionem sequatur de qua infra idem sequitur *Piguera decis.271.à numer. 58. & sequent. Ambros. decis. 35.num. 26.part. 2. Guttier. practicar.quæst. part. 3.quæst.101.num.12. Negusan.de pig.in 2.membr. 3. partis quæstion. 8. numer. 10. Brun.de cessione bonor. quæst. 25. Matthiens. in leg.7.tit. 16.libr.5. nouæ recopellation. glos. 5. numer. 16. ad finem Felician. de censibus libr. 3.capit.5.numer.17.Tesaur.quæst.16.num.8 part.2.*

9 Contrariam opinionem † quod hypothecarius creditor etiam anterior non reuocet solutionem factam posteriori creditori pecunia citra dolum, & bona fide consumpta, vel commixta idque ex equitate, ne totus Mundus in litibus inuolutus quasi subuerteretur profitentur *Angel. in leg.tutor es ff.de condition. indeb. latè Afflict. decis.*190. vbi dicit sub nomine Regis ità fuisse decisum subdens, quod ideo facit ius in Regno *Gramat.quæstion.* 1.*Capic. decis.78. Paris.dict. conf. 69. Couarru.pract. quæst. capit.29. numer. 2. receptam dicit Menoc.conf. 25.* vbi etiam si anterior hipothecam priuilegiatam haberet, vt mulier,& fiscus,&cum eo*Cefal.conf.86.&conf.555.n.*

7.9.*in fine* vbi præsertim quando solutio fit liberè & sponte refert *Surd. dicto conf.4. & 436.Perusin. decis. 45.numer.4. bene Eugen. consil 89.numer. 5. 6. 7.*vbi de comuni à qua in iudicando non recedendum dicit, & subdit parum, aur nihil curandum esse de opinione *Stracc.* aduersus *Afflict.*sententis,latè *Brun.de cession. bonorum q. 25.* sicco pede *Honded.conf. 18. num. 66. libr.1. firmat Surd. decis.69.num.9.se referendo ad dictum consilium 4.num.10.Cartar. decis. 19.reiecto Straca Carroc. decis. 109.nummer.42..Aloys.deleo in le. pecuniam C. de iure fisci Gail. obserua. 25. numer. 15. libr. 2. Maccraten. var. resolut. resol.60. cosn 15.libr.2.*plenissimè *Tesaur.quæst.forens.16.à n.7. 8.& seq.lib.2.*quod etiam in foro conscientię tutũ esse arbitratur *Mariscott. var.resol.lib.2.c.36.sub. n.7.Scaccia de comer.& cambijs.§.2.glos.5.n.442. Torus, in compendio decision. verbò creditor secundus, & verbo creditor primus Rota Roman.decis. 548. libr. 3. diuersor. Ponte.decision. 34. numer. 20.& de potest.Proregis titul. 7.§.9.numer. 18. Rebell. de obliga.iusti libro 2. quæstion. 19. numer. 16. Molfesi. in consuetudine Neapolitan. part. 4. quæstione 26. numer. 16.17. & sequen. Marta. voto 48. Trentacin. var. resolut. libr. 3.titulo de solutione resolut.13.num.7.& lib.1.tit.de iure fisci res. 7. nu.18.Serafin.decisione 1074.num.3.Rota Roman. apud Farinac. decisione 595.num.2-part. 2. tom.4. Gratian. discepta. 304.nu. 1.2.& sequen.* vbi etiam in fisco id procedere concludit *Intrigl. singul. 13. numer. 2. libr.2. Burg. de laudim. part. 3.in spectiõ.39.nu.7.Costa de re integra destin.46.nu.9.& remed.subsidiar.37 n.1.& de ratione rate quæst.74. nu.7.Fontanell.de pactis dotal. clausu. 5. glo.8. parr. 6.à n.33.& sequen.per tot.& part. 7. per totum* vbi plenè quando pecunia consumpta dicatur differit ex quam pluribus auctoribus, & *à num.58.60. & sequẽ.Gutier.practicar. quæst.lib.3.cap.101.nu. 8. Stat.Pacific.de Salniano interdicto inspection.3.ca 2. n.95.Card. Tusc.conclus.1066.n.3 lit.C.Piguer.dec. 271.n.53.Pereg.de fisco li.6.tit.6. n. 7. 8.fo. 188.*

10 Vbi dicit † quod contraria opinio comunis non est attendenda quia sententię,& iuditia manarunt pro secundo credirore siue pecunia extet siue non quem sequutus videtur *Sessa.decis.206. à num.20.21.& sequen. lib.2.* ego vero in eo quod *Peregrinus* ausus est firmare anocationem pecunia non permitti creditori anteriori quando soluta est posteriori,& extat eum non sequor veluti contra magis probatam sententiã loquens vt statim subdam, & hanc opinionem *Afflict.* semper audiuimus in M. C. seruatã quod ne dum in ore aduocatorũ sed etiam causidicorum est propter sententiam regiam quæ facit ius vt dicit *Afflict.*

11 Si vero quo quomodo† pecunia extet veluti in sacculo obsiguato, vel sub sequestro, vel subcen-

12 su,vel aliter vel demum † per cautionem quæ facit pecuniam extare licet consumptam vel commistã *l.1.2.ff.de vsufructu ear.rer.quæ vsu consumũtur l.Procuratoris§. fin.ff.de tribn. vtor actíon. Castrẽs.conf.289.visis & ponderatis vol.1. Neapodã.in consuet. quartam autem vers. Fructus Francus decis. 75.numer. 9. & decis. 200. decis. 614. numer. 2. & 622. Lanar. conf. 56. numer. 4. Stracca demer-*

catur.tit.de decoctor part. vltima num.35 Mastri.decis.126.lib.2.Gail.lib.2.obserua.47.num4.Camillus delarata cōs.4.n.30.Veral.dec.150.n.2.par.3.Vrsil. ad Afflict decis. 190.sub num.5.Ponte.de potestat. proreg.tit.de assens.reg.§.9.numer.16.17.Castill.decisione 120. numer. 7.libro 2.Velanzol. Velasquez.consilio 64.numer.24.Fontanella de pactis dotal.clausula5.glo.7.par.7.num.35.vol.2.Card.Tusc. conclus.1048.num.12.lit.C.Muscatel.in prax.titulo de fideiussor.part.1.modo 16.nu.3.4.5.Rot.Roman. diuersor.dec.370.n.2.pa.3.Perusin.decis.45.nu.20. Hering.de fideiussor capit. 15 num. 127.Monter. decis.4.num.28.Trentacin.var.res.li.1.tit.de iure fisci res.7.n.10.Baeza de debitore inope cap.5.n.43.

13 tūc enim† anterior hypothecarius auocata posse posterioris vt omnes admittunt *Sessa dec.206.li. 2.Velanzol.cons.64.à nu.17.& sequen.& num. 24. Thesaur. quæst.forens. 16.lib. 2.sub num.1.* vbi dicit quod si pecunia extat non est dubium quin semper anterior virtute hipotecæ habeat vendicationem *& num.7.Barb.in 6.par.l.1.ff.solut.matr. sub num.22.macerat.var.res.60.casu 15.in fin.lib.2. Trentacin.var.resol.lib.3.tit.de solut.res.23.num.8. & melius resol 7. de iure fisci libe.,* 1. numer. 10. vbi refert per SacrumConsiliū decisum *Vicenti.de Aña.sing. 538. Statil.Pacif.de Salua.interdicto inspection.3.cap. 2.numer.89.Fontanel.de pact.dotal claus. 5.glos.8.part.6.numer.32.37. 38.& sequent & part. 7.num.25. Ambrosiu.decis 35.libr.2.Gu-*

14 *tier.pract.quæst.lib.3.quæst. 101.num.13.* qui†etiam exemplificant quot modis dicatur pecunia extare precise *Fontanell.in loco proxime allegato, & iterū eadem glos.8 part.7.n.6.7.& seq.sub n.17. n.20.& sequ.& n. 32.35.36.ad finem,* & fortius id

15 †procedere dicendum est quando ex fideiussione seu cautione pecunia extat et quia tunc non dicitur soluta secundo creditori *secundum Paulum de Castro in dicto consilio 289. incip visis in princ.libr, 2. Velanzol. cons. 64. num. 24. Tusc.conclus.1058. numer.12.liter.C.Fontanella de pact. nuptial. clau. 5.glos.8.part. 7.sub num.35.vol.2.*ob id cum pecunia in bonis debitoris ac huc dicatur extare & non dicatur posteriori soluta merito in ea preferendus est hypothecarius, & anterior creditor ac ideo tunc improprie dici potest auocari pecunia cum ad huc soluta non sit sed in debitoris bonis existat.

16 Et quamuis † ex preecitatis non nulle eliciantur concordie inter dissidentes opiniones superius constitutas, quæ subnectam, in Regno tamen indistincte tenenda est opinio *afflicti.*

17 Et primo † *Eugen. dicto consi. 89. numer.9.* dicit quod opiniones sunt quando soluitur species secus quando soluitur pecunia quia tunc militat decisio *Afflicti.* verum huiusmodi *Eugenij* distinctionē veluti fantasticam reciendam puto quia licet *Bartol. in l.pupillus* distinguat quando soluitur species, & in debitore generis tamen *Afflict.* firmat opinionem suam generaliter *Gail. dicta obseruation. 25. numer. 16. libr. 2.* quamuis *Carroc. decis. 109. num. 19.& sequ.* faciat varias conclusiones potius se confundens in ordine suo.

18 Secunda concordantia videtur esse † an species vel pecunia soluta extet vel non extet, & si dolo desijt possidere. vel dolo accepit, & quando dolo non extat, & mala fide est consumpta datur conditio ex lege vel actio in factum aut Saluianū *vt per Bart.salic.& alios in d.l.pupill.* faciendo plures conclusiones, *& Bartol. in dict.§. & si præfatam nu.4.Gramat.Fanu.per Meno.cons.25.n.15.16. & seq.Cef.cons.555.n.7. 8.Straeca decoctoribus in loco superius citato nu.29.Tangit.Brunus de cessione bonorum quæst. 25.n.2. Hondend.cons. 18. numer. 66.libr.1.Cartar decis.19.Gail.libr.2. obserua.25. numer. 16. Costa de ratione rate dicta quæst. 74. num.8.Eugen.cons.89.num. 30.31.* vbi quid stante constituto *Carroci.decis. 109.numer.1.& 17.* immo censuit *Cesal.dict con.555.n. 13.per textum in dicta le.pecuniam* quod quando res vel pecunia est consumpta tunc vt detur actio in factum condictio ex lege vel saluianum secundum supra dicta non sufficit quod creditor sit solum anterior hypothecarius vel priuilegiatus sed concursus vtriusque qualitatis requiratur.

Pręterea posset dici *ex Cartario decis.19.* quod

19 quando † datur in solutum nomen eo ipso nomen prædictum non dicatur amplius extare et super eo potior creditor hypothecarius posset crediti satisfationem pretendere, & auocare *vt refert Seaccia de commert.& cambijs §. 2.glos. 5. num.433.* verum eredo quod male loquatur *Cartarius* etenim donec nomen non est ex actum dicitur extare vt in spetie loquitur *Paris cons. 69.libr.1.Surd. cons. 4.& cons. 436.* voluit dicere *Cartar.* quod ex datione in solutū nominis creditori dicitur satisfactum,& extincta obligatio proinde *Fontanel.de pactis.nupt.claus.5.gl.8.par.6.n. 45.46.47.* contra *Cartarium* testatur per illum Senatum Cataloniæ decisum sed *Cartarium* saluari posse videtur quia loquitur stante statuto Genuæ vt sentit *Scaccia dicta glos.5.num.443.& 444.* verius tamen est erronie *Cartarium* loquutum fuisse non obstante statuto Genuæ vt in terminis eiusdem statuti concludit *Iurd. cons. 4. num.48.in fine & num. 49.* & respondet *Fontanel. dict.num.45.& 46.*

20 Tertio dicit † *Cesal.cons.555.n.13.ex Fulg.Bald. & Couarru.* quod opinio contraria rigori procederet quādo solutio fit per heredes secus quando soluit idemmet debitor tunc procedit opinio *Afsli.Gasp.Anton.Tesau. quæst.foren.16.n.16.li.2.*

21 Quarto † alij concordant distinguendo inter solutum creditori posteriori ex causa onerosa vel lucratiua quod reuocatio soluti non fit quando fuit facta solutio creditori inferiori ex causa onerosa pecunia iam consumpta sed si lucratiuam haberet causam tunc, siue pecunia extet, siue non,siue bona adesset fides,siue non semper primo creditori pecuniæ auocationem concedi condictionem ex lege profitentur *ex Fabro in §. item si quis in fraudem num 23. Aloif. de leo in dicta l. pecuniam reiecto Couarru. Faune, & alij per Surd.cons. 4.num. 14 Sessa.decis. 206. num. 27.Vrsill.ad Afflict.decis.190.num.5.Gutier.pract. quæst.libr. 3. quæst. 101. num. 9. Menoch.cons. 25.nu.13.14.& seq.Velanz.cons.64.n. 23.Gram.q. 1.nu.7.Cesal.cons.86.num. 17.& cons. 555.nu.10. Burg.de laudimio part.3.in spetion 39.nu.8. Trentacinq.*

cin. var. resol.lib. 3. *tit. de soluptio resol.* 23. *sub. num.* 7. *&* 13. vbi refert vtramque opinionem *Barbos in* 6. *part.l.* 1. *ff. solat. matr. nu.* 24. plures etiam pro vtraque opinione adducens *Rota Romana apud Farinac.decis.* 595.*n.*3.*part.*2. *tom.* 4.*Peregr. de iure fisci lib.*6.*tit.*6.*sub num.*8. vbi in fisco.*Tellius Fernandes in l. Taur.*33.*num.*6.*Andre. Georg. allegation.* 39. *num.* 11. *Capic. decis.* 78. *num.* 7. *Piguera decis.* 271. *num.* 28. *&* 33. *Tesaur. quaest.forens.* 16. *num.* 10. *lib.* 2. *Gratian. discepta.* 304. *num.* 3. 4. *Montan. post Oliban. in addition. ad eum de action. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. *Anna singular.* 538. *Fontonell. de pactis dotal. claus.* 5.*glos.*8. *part.*6. *num.*48. *& part.* 7. *num.* 54. 55. *& sequen.* vbi quod Senatus Cataloniæ hanc distinctionem intrepide sequitur, & pluries decisum refert, etenim iuris rationi satis congruit quamuis opinionem *Couarruuia* referat *Carroci.decis.* 109. *num.*45.

22 Quinto concordatur secundum alios † subsidiarie auocationem pecuniæ consumpte aduersus posteriorem creditorem admitti discussis prius facultatibus comunis debitoris eis in sufficientibus euasis pro anterioris crediti solutione *vt ex Cesalo Eugenio, & Costa subsidiar remed.* 37.*num.* 2.*dixit Sessa. decis.*206.*num.* 27. *vol.* 2.*Bartol.in l. si non expedierit §.* 1.*de bon.autor. iud.possidend. Barbos. in l.* 1.*part.*6. *num.* 22.*ff.solut. matr. Tesaur. quaestion.forens.* 16. *num.* 3. *libr.* 2. *Macerat. resol.* 60. *casu* 15. *in fine libr.* 2. *var. resol. Molfesi. in consuetud.Neapol.part.*4. *quaest.* 29. *numero* 22.*Trentacin. var. resolut. libr.* 3. *tit.de solupt. resol.* 23. *sub numer.* 8.*&* 12.*& libr.* 1.*resol.*7. *de iure fiscinum.* 14. vbi etiam de fisco *Eugenius cons.* 89.*n.* 8. 9. 10. 11. *Rota Romana apud Faria. decis.* 595. *num.* 3. *part.* 2. *tom.* 4. *Gratian. discepta* 304 *num.* 5. *Surd. cons.*4. *numer.* 13. *&* 14. *Meno. cons.* 25. *num.* 10. *Peregrin. de iure fisci liber* 6. *tit.* 6. *num.* 8. *in fine Fontanell. de pactis dotal.claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 7. *num.* 67. *& sequen.* qui bis decisum testatur *Maldonat. in silua responsor.respons.* 16. *cap.* 3. *num.* 23. *liber.* 2. *Piguer. decision.* 271. *num.*

23 36. 37. maxime † si per ipsum decoctum debitorem sit facta soluptio posteriori ita vt non supersit vnde anteriori hypothecario creditori satis fiat quia tunc auocari posse pecuniam censuerunt *Cesal. cons.* 86. *num.* 8. 12. *Surd. cons.* 4. *sub num.* 13. & ita resolutum in Rota Romana *dixit Mariscott. var resolut. libr.* 2. *cap.* 36. *numer.*4. *Card. Serafin.decis.* 1074.*num.* 4. *Ricci. collectan.* 1241. *Rota Romana decis.* 90. *num.* 6. *impress. post Statil.Pacifie. de Saluiano interdicto quæ est eadem cum supra dicta decisione Serafin. Fontanell. de pact. dotal. claus.* 5.*glos.* 8.*part.*7.*num.*38.*vol.*2.

24 Sexto demum concordant † in creditoribus antetioribus hypothecam priuilegiatam vtentibus vt est fiscus, & dos quod vtique auocent iam consumptam pecuniam a posse posterioris creditoris soluti vt fere omnes admittunt *l. de ferre §. fin.ff. de iure fisci pecuniæ ff. de priuilegio fisci Couarru. pract. quaest.cap.* 29 *per tot. Peregrin.de iure fisci lib.* 6. *tit.* 6. *num* 6. 7. *Gutier.practicar.quaest. lib.* 3.*quaest.* 101. 10. *Andreas Georg. allegat.*39. *Tesaur. quest. forens.* 16. *part.*2.*Menoch. cons.* 25. *Ant.de Amat. Part. II.*

num. 3. 4. *Trentacin. var. resolut. libr.* 1. *tit. de iure fisci resolut.* 7. *Barbos.in l.* 1.*part.*6. *num.* 21. *ff.solat. matri.Carroc. decis.* 109. *Blasc. Flores de mena. var. quaest.* 6. *art* 1. *§.* 1. *Fontanell. de pact. dotal. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 7. *num.* 63. 64. *& sequen. vol.* 2. *Card. Tusc. conclus.* 1066. *num.* 4. *liter c. Rodoric. de ann. redit lib.* 2. *quaest.* 19. *num.* 23. *Ponte de potesta. Proreg.de assensu Regis tit.* 7. *§.* 9. *num.*18.*Gratian. discepta.* 304. *num.*3.

25 His iam constitutis † quæ militant in quæstione auocationis pecuniæ inter anteriorem, & posteriorem creditorem cessant inter equales vt superius *ex Alberico, & Cesalo* firmatum est de quo casu de facto dubitabatur, & procedit etiam quod versemur in causa depositi quia licet creditores ex causa depositi eiusdem sint fortune in concursu bonorum debitoris hoc est quod non datur prior. neque posterior inter eos, *iuxta text in l.si hominem §. quoties foro cedunt ff. depositi* & in hunc sensum legendi sunt cõcordant DD. qui dicunt quod decocto depositario creditores concurunt pro rata currentes eandem fortunam ceterum veritas est quod *dicta l. papillus* cum sua materia, & distinctione procedit etiam inter creditores ex causa depositi sicut inter alios distinguendo scilicet, an vigilauit, an non ita in specie loquendo in campsore, qui dum esset in fuga soluit alicui, quod non debeat communicate *Bald. cons.*432.*num.* 1 *lib.* 1. Idemque de Campsote decocto scripsit. *Castrens dicto cons.* 179. *libr.* 2. & de causa depositi *est textus in lege fin. §. penultimo C. depositi Negusan. de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *num.*37. *Cesal. cons.* 555. *num.* 5. *vers.* 2. *& num.* 14. *Carroc.dicta decis.* 190. *num* 37. & in depositario fallitto *Bald. singul.* 42. *Costa de ratione ratæ quaest.* 121. *in princ.*

26 Præmissa aduertendum est procedere † nisi pro gratificatione sit facta per debitorem solutio, non per gratificationem non potest solui posteriori in preiudicium anteriorum, omnibus, tamen, creditoribus instantibus, & agentibus, & potest auocari quãuis cõsumpta sit pecunia alias secus quando vnus tantum instat *l.si non expedierit §* 1.*ff.quæ infraud.creditor* ibi *quod si vtrisque iste tibi gratificatus intor soluerit equum esse aut prius eandem portionem mibi queri aut communicandũ quod accepisti glos.ibidem verbo noceat glos.in dicta l.pupillus glos.in dicta l.summa §.sed si quis verb.vigilare Angel.in dicta l.pupillus num.*2.*& Alberici num.*3. vbi resoluit quod aut potest imputari creditori negligentiæ non agenti, & non debet audiri aut non potest imputari, & tunc si debetur pluribus ex diuersis contractibus non ex vno, & melior est cõditio occupantis *l.inter eos ff.de re indicat.* fallit quando vtroque instante per gratificationem vni solutum est quia exequandus est ceteris magis comunem testatur *Alex.in dicto §.& si præfatam num.*8.ita concordat *Bran.dicta quaest.*25.*Carroc. decis.*109.*num.*27.28.*&*38.*Tesau.quaest.forens.*16. *num.*14.*libr.*2.vbi de pluribus creditoribus bancherii falliti *Mariscott.var.resolut.libr.*2.*cap.*36.*n.* 3.vbi testatur in Rota Romana decisum *Cesal. cõs.* 555.*num.*5.*ex glos.in dicta l.priuilegia, & iterum nu.* 15.vbi ita intelligit statutum subdens quod tunc

debitor gratificando dicitur cōmittere dolum, & *Rota Aueniou. decis. 146. num. 7.* quod præsumitur tunc colludere si soluit vni vel recognoscit, & idē scripsit *Bart. in d. l. pupillus in 3. membr. seu distinct.* & in Campsore fallito *Bald. dicto cons. 432. in fine Castrens. cons. 449. num. 3. lib. 1. cons. 179. lib. 2. Monter. decis. 2. Barbosa in 6 par. l. 1. ff. solut. matr sub n. 22. Phanunc. de inuentar. part. 5. numer. 148. Vrsill. ad Afflit. dec. 190. Sforz. Od. de restit. in Integ. qu. 52. art. 6. num. 71. 72. Gratian. discep. 767. num. 62. vol. 4. Gregor. Lopes in le. 9. tit. 15. par. 5. glos. 2. Trentacin var. resolu. lib. 3. tit. De solutio. resolut. 23. sub nu. 5. Piguera. decis. 271. nu. 22. vbi plane Card. Serafin. decis. 2074. num. 3. Mattiens. in l. 7. tit. 16 glo. 5. num. 15. libr. 5. recōpilation. Ricci Collectan. 1241. Camillus de laratha cōs. 64.* testans iudicatum per Sacrum Consilium *Fontanell. de pact. Nuptial. claus 5. glos. 8. par. 6. sub. num. 27. & par. 7. num. 30. Cabedo. decis. 131. num. 4. par. 1. Statil. Pacific. de Saluiano. interdicto inspection. 3. cap. 2. num. 100.* qui allegat decisionem Rotę apud eum impressā in fine dicti tractatus *in ordine 29. num. 4. 5. Pereyra a Castro dec. Portogalli 16. sub num. 1.* & in casu, de quo quæsitum est cæteri creditores banchi non institerunt nisi solus Simon vigilauit.

27 Præterea † *Accursius in glos. dict. le. pupillus.* intelligit hoc, quod omnibus instantibus debitor non possit gratificare vni soli procedere quando fit extorsio à debitore verum credo, quod male loquitur confundēdo terminos gratificationis, & extersionis, qui pugnant inter se.

28 Rursus † dicta distinctio an omnes instent, vel ne procedere videtur, & locum habere in creditoribus, qui innituntur allegatione paupertatis, & in æqualitatis, & non ex hypotheca, vel priuilegio, quia hæc distinctio fit per *Bart.* & clarius per *Alberic. in dict. le. pupillus* an instent vel ne oēs, non in membro distinctionis quādo creditores veniunt ex hipotheca vel priuilegio, vt clarissime scribit *Alberic*, & ratio potest esse, quia hypotheca transfert ius reale proinde *Afflict. & sequaces* loquendo de hypotegariis non considerant illud, si omnes instent vel vnus quamobrem dubitari recte potest, quod aliqui Doctores loquendo de creditoribus hypothecariis seu priuilegiatis dum distinguunt an omnes instabant, vel vnus inaduertenter, & in caute loquuti sint.

Et quā: ais secundum aliquos præmatura diligentia, & festinatio non debeat proficere creditori exigenti, quando non potest cæteris negligentia abscribi, vt dictum est, ac non habet locum si ex contraria probatione cæteri de negligentia conuincantur cum iura apertissime vigilantibus succurrant.

29 Solum † *text. in d. le. pupillus in fine* expræsse dicit *distinguendum est an bis abtulerint mihi an ego illi ex torseri inuito, vt si extorserim inuito reuocent, sed si vigilaui meam conditionē meliorem fecei, quia vigilantibus, &c.*

30 Ecce ergo, quod tota rei summa † ad hoc redigitur an extorserint an ne, *& Angel. ibi num. 3.* intelligit si soluit coactus vi expulsiua *Maiuer. regu. nihil dolo n. 4. 7. Caroe. dict. decis. 109. n. 29* vbi exponit verbum extorquere.

SVMMARIVM.

1 *Possessor, vel debitor, qui perpetua exceptione tutus est potest præueniendo actorē prouocare eoque inuito, Iudicis officio implorato petere, vt ei perpetuum imponatur Silentium, declarando cōpetere, legitimam exceptionem ex remedio l. si contendat ff. de fideiussor.*

2 *Actor non dicitur, sed Reus originarius vtens remedio l. si contendat ff. de fideiussor, & l. diffamari C. de ingen. & manumiss.*

3 *Clericus, vel alius aliena iurisdictionis prouocatus remedio l. si contendat ff. de fideiussor. declinatoriā proprij fori non opponit sed comparere tenetur coram Iudice prouocantis, & præuenientis.*

Limita in officiali salariato Tribunalis Sancti Officij num. 4.

ARGVMENTVM.

Officialis salariatus Tribunalis Sancti Officij an possit in M. R. C. per viam exceptionis prouocari remedio l. si contendat ff. de fideiussor.

RESOLVTIO LII

1 FRequētissimus est modus procedēdi in Magna Curia per viā exceptionis, & præuentionis nēpe † super declaratione actori, vel possessori cōpetere legitimā exceptionē, vt Iudicis officio implorato creditori, vel alio, qui de futuro posset perturbationes afferre perpetuum imponatur silentium ad instantiam possessoris, vel eius, qui perpetua exceptione tutus est, & inquietari dubitet permittitur enim possessori vel reo molestiam præuenire, & creditorem vel ius in re habere prætendentem inuitum ad iudicium prouocare ad hoc, vt ius suum magis sibi confirmet. *iuxta textum in le. si contendat vbi Bart. & magis communiter Doctores ff. de fideiussor. glos. in le. Aurelius §. centum ff. de libera. legat. Socein. cons. 93. col. 3. li. 3. Barbac. in ca. Si quis contra Clericum vol. 4. vers. & in quantum vbi Abbas de foro competenti Dec. cōs. 3. & in ca. in præsentia n. 3. in 3. notab. de prob. & in ca. solicitudinem n. 2. de appel. Roman. cōs. 412. n. 1. Gabr. de action. concl. 6. per tot. li. 2. Couar. var. resol. li. 1. ca. 18. n. 3. Cagn. in le. diffamari amplia. 6. C. de ingen. & manumiss Capici decis. 18. Ponte decis. 31 Quintil. Mandos. de inibition qu. 49. n. 6. Vincen. de Fran. dec. 256. in fine dec. 385. & dec. 657. l. 4. Osasc. dec. 151. Pereg. con. 82. n. 14. lib. 1. Zucard. cons 68. Beniuteud dec. 66. in fine Cont. in le. diffamari C. de ingen. & manumiss. n. 108. Gomes. var. res. lib. 3. ca. 1. de delictis n. 20. Costa subsid. remed. 1. n. 2. Bimi. cōs. 4. n. 49. lib. 1. Cancer. var. res. li. 3. cap. 1. de action. & oblig. n. 53. & seq. Porc. concl. 19. Crass. de excep. in prelud. n 246. & seq. Grat. discept. 85. n. 11. 12. 13. l. 1. Raudens. cōs. 21. l. 1. Bal. cōs. 261. n. 2. li. 1 Pad. in le. 1. n. 17. C. de transac. versi. & competit quidem*

Gail

Gail.lib. 1. obseru. 9. Intrigl. de censibus quest.65. & quæst.89. Cartar.decis.20. n.1.2.& 3.Molin. de primogen.lib.3.cap.final.nu.22.sequent.& n.30.31. Azebed.li.10.num.33.tit.13. lib.8.recopilation.de la Hermendad.versic.decimo estendo fol.222.Scuares de Paz.in sua praxi tom.3.c.9.§.2.Cardin.Tusc. concl.411.lit.D,n.10.& 29. lib. 2. Ioseph. de Sessa decis.Regni Aragon 115.lib.2.Trentacinq. variar. resol.lib.1.de diffamat.resolut. 1. Marta de iurisdict. par.2.cap.2.num.17.

2 Sed non ideo dicto remedio vtens † actor efficitur,sed reus permanet, & actor dicitur prouocatus veluti in remedio, l.infamari, C.de ingen. & manumiss. quæ remedia inter se fraternizant quãuis verum sit in aliquibus differre licet enim ex l. intra dies, & l.in tribus, ff. de re iudicata actoris reputetur, qui primo loco prouocat ad iudicium, tamen in terminis dict. l.si contendat, & l.diffamari,hoc est accidens. Sed originaliter inspiciendo, & naturam præmordialem causæ attendẽdo reus est propriè dicto remedio vtens quamuis primo loco prouocet ad iudicium, & potius naturalis, quam accidentalis causa attendendi debet, l. qui habet in princ.ff.de tutel.Capic.decis.18. Porc.concl. 19.Alexan.cons.103.lib.5. Socin. cons.94. in causa vertente,colum.2.n.4.vers.tertio mouetur,lib.2. Couarr. variar.resol.lib.1.cap.18.Gratian. discept.85. lib.1.& discept.686.n.12.lib.4. Franc. decis. 657. lib.4. Caual.decis.25.n.23. lib.2.Crauet. cons.182. num.2.vers.2.causa,quæ, &c. Bardellon.cons.1.n.1. Macerat.variar.resol.lib.1.resol.64.sub n.4. Cagnol. in l.diffamari n.9.C.de ingen.& manumiss. Osasc.decis.151.n.4. & seq. Costa subsid.remed.50.n.13.& seq Gail.lib.1.obseru.9.n.3.Vrsil.ad Afflict.dec.268 n.2.vers.sed contrarium, Masull. ad Capic.decis. 18. n.2.3.& seq.Natt.ad Alexan.cons.103. in vers. debet adiri lib.5.Ponte decis.31.Flauius Amendula ad Francum dec.385.n.1.Peregr.cons.82.n.8.lib.1.Cãcer.var.resol.lib.3.cap.1.de action. & obligat.n.53. 58.59.seq. Card.Tusc.concl.118.lit.A, lib.1.concl. 412.n.1.2 lit.D,lib.2.Decian.cons.118.n.19.lib.3. Fab.de Anna cons.58.lib.1. Olluan.de iure fisci cap. 15.n.23.Mastril.dec.157.n.8.9.10. lib.2. Pand. de præsentat.instrum.p.4.n.111.dub.19. tit.præuentio fol.510. Crass.de except.in prælud. n.247. Ioseph. de Sesse decis.Regni Aragon.115.n.6.seq.lib.2.& de Inhibic.cap. 2.§.5.à n 6. & seq. Trentacinq.variar. resol.lib.1. tit.de diffamat.resol.1.n.6 & seq.Cardin. Mantica dec.100.n.9.Mohedan.dec.5.de iudicijs,Intrigl.dec.32.n.7. quidquid senserit, Afflict.decis. 268. qui concludit potius actorem, quam reum iudicandum esse, Dec.cons.686. in fin. Paris. Ripa, & alij per Gabr.de action.concl.6.in fine. Nam contraria opinio est de iure verior,& communiter recepta secũdum quam in dies iudicarum vidimus in nostris Tribunalibus, vt dixerunt Doctores omnes supra allegati, & opinionem Afflict. non seruari dixit, Natt.ad Alexan.cons.103. in vers.debet adiri lib.5.& Vrsill.ad Afflict.dicta decis.268. n 2. vers.sed contrarium, in facti contingentia contra Afflictum fuisse decisum testatur, & ita seruatum in Rota Romana coram Cardin.Lancellotto Barchinonien.pręceptoriarum 17. Februar. 1578. & corã Sanctiss.Romana à Burdesia 18.April.1575. testatur Gratian.discept.85. n.9.lib. 1. quæ est decis. 236.diuers.in nouis.lib.1.Peregr.cons.82.n.8. lib.1. vbi reijcit Afflict. bene Franc. decis.657.n.4.5.& seq.lib.4. Gogliard.de absolut.iur.§. 4. vers. remanet illud,n.29.Osasc.dec.151.num.6.vers.neque obstat, Gail.lib.1.obseru.9.n.7. vbi quod communis opinio est contra Afflictum, quam etiam Imperialis camera sequitur idem, Misinger.cent.6 obser.90. Masull.ad Capic.dec.18.n.2.3.Card.Tusc.concl.412 n.2.lit.D,lib.2. Menoch.cons.1072.sub n.19.20. lib. 11.Macerat. variar.resol. lib.1. cap.64.sub n.4. vbi quod hæc est verior quidquid dixerit, Afflict. dicta dec.268. Trentacin.variar.resol.lib.1 tit.de diffamat.resol.1.sub n.6.Riccius collect.366.Muscatel. in praxi l.1.p.1 glos.reus n 13.vbi addit. lit.D.

Hinc est, quod cum reus originaliter sit remedium prædictum proponens ex dict. l.si contendat,
3 † debet eum Iudicem adire coram, quo ipse proponens fuisset conueniendus si non prouocasset præueniendo actorem,& per consequens non deber illum vocare coram eius Iudice, vel eius forũ sequi, sed trahit diffamantem ad Iudicem ipsius diffamati, & prouocantis Iudicem adiendo veluti reus, & nõ actor nec declinatoriam opponet huiusmodi prouocatus etiam si is contra quem peteretur competere legitimam exceptionẽm esset clericus, vel alienæ iurisdictionis, & ita passim seruatur in M.R.C. ex Bart. in l.si societatem, §. arbitrorum,n.18.ff.pro socio, Butr.in cap.si clericus, & in c.cum sit generale, vbi Socin. inn. de foro compet. in cap.quintaualllis de iureiurando, Abbas in cap ex parte n.5.de restit.spoliat. Barbat.in c.si quis contra, n.6.de foro competen. Capic.decis.18. qui dicit Illustrissimum Cardinalem de Aragonia fuisse cõuentum coram Sacro Consilio, Roman. cons.412. n.2. Gabr.de action.lib.2.concl.6. n.4. qui n.6. etiam in fisco dicit procedere,& n.41. Idem Masull.ad Capic.decis.18.sub n.1. Couarr.lib.1. var.resol. cap.18. sub n.4.& seq. Alexan.cons.103. lib.5. vbi de Episcopo Cremonensi, Boer.decis.114.& decis.255. Cagnol.in l.2.diffamari n.9 C.de ingen.& manumiss. bene Mandell.cons.251.n.6.lib.2.vbi additio Vrsill. ad Afflict.decis.268. nu.2. Muscatel. in praxi lib.1. par.2.glos.competens n.68. Osasc. decis.151.n.4.seq. Coutard. in l.diffamari, q.1.n.27. C.de ingen. & manumiss.Consaln. Guarn.in sua praxi tom.3.cap.9 §.1. n.4.Gratian.discept.85.n.7.lib.1.Menoch.cõs.1083. sub n.19.20.lib.11.Frãc.dec.657.lib.4.vbi de Cardinali Comensi, Gail.lib.1. obseru.9. n.3.5.& seq. Marta de iurisdict. par.4.cent.2. casu 185. Scrader. de feud.par.10.sect.1.n 72.& seq.& n.74. & sect. 19.n.183.& seq.Misinger.centur.6.obseru.90. Fab. de Anna cons.58.lib.1.& n.9. 10. Trentacinq.var. resol.lib.1.tit. de diffamat.resol.1.sub n.6. Ponte decis.31.Felic.alleg.7.n.7.lib.3. Pacian.de probat.lib. 1.cap.56.n.24.vers.in contrarium,Carpan.ad statut. Mediolan.c.46.n.26. & seq. Scaccia de iudic. lib. 1. cap.34.n.43.Crass.de except.in prælud. n.248. Cancer.variar.resol.lib 3.cap.1.de action.& obligation. num.61.& 62. Costa subsidiar. remed.50. Ioseph de Sesse decis.Regni Aragon.115 num.5. & seq.lib.2. Flauius Amendula ad Franc.decis.385.n.1.Mastril. decis. 157.num.8.9.lib.2.& dec.239 à n.11. ad finẽ lib.3.Intrigl.de censib.quæst.65.nu.3.& seq.Peregr.

cons.

conf.82.num.8.lib.t. Beniuiend.decis.66.n.2. Card. Tusc.conclus.118.lit.A,num 45.& seq. volum. t. conclus.412. sub n.2.& conel.413. per tot litter. D. volum.2.Riccius collect.366. Bardellon.consf.1. n.2. & 3.lib.t.Raudens.conf.21.n.348.

4 Ex quibus cum † Dña Lauria Ballo vxor Batonis Calattuui egerit in Magna Regia Curia remedio *l.si eontendat*, circa rescisionem nonnullorum contractuum cōtra Don Cesarem Sollyma, & Hieronymum Bauera, qui de Bauera erat de foro Sancti Officij tanquam Officialis salariatus dicti Tribunalis fuit dubitatum si dictus de Bauera potuerit citari in Magna Curia super petitione prædicta cum alienæ iurisdictionis esset, & videbatur dicendum procedendum esse in dicta Magna R.C. cum non sit potentior forus Tribunalis Sancti Officij foro clericatus imo, vt notorium est dictum Tribunal iurisdictione vtitur seculari, & Regali in subditos suosque familiares, & Officiales, & quando etiam iurisdictio Tribunalis esset Ecclesiastica, & nō ad imparia iudicarentur cum clericis iam, & clericus ex dicto remedio coram Magna Regia Curia prouocatur ex dictis.

Contrarium tamen fuit resolutum ex eo quod Hieronymus Bauera esset Officialis salariatus dicti Tribunalis ex cuius ordinationibus per suam Catholicam Maiestatem institutis, & inuiolabiliter setuatis Officiales salariati Tribunalis eiusdē declinatoria vtuntur in passiuis quam in actiuis, & vocem actiuam, & passiuam vulgariter dicuntur habere ita vt etiam Officialis salariatus conuentum alienæ iurisdictionis trahat ad suum forum dicti Tribunalis, vt in dies videmus inuiolabiliter obseruatum.

Et ideo licet secundum veriorem opinionem prouocatus ex dicto remedio dicatur actor, & nō reus ex natura dicti remedij, *leg. si eontendat, & l. diffamari*, fateri oportet quod tanquam Officialis salariatus etiā quod sit actor gaudeat priuilegio fori, & prærogatiua etiam in actinis trahendi aduersarium ad forum Sancti Officij. Nam certum est quod si Officialis salariatus dicti Tribunalis agere vellet contra prouocantem, & possessorem, vel debitorem excipientem alienæ iurisdictionis vtique in dicto Tribunali contra eum, eius petitionem proponere deberet nisi in casu quo Tribunal esset ptorsus incompetens.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussio de duplo pro occurrendo creditorum calumnijs à ritu introducta est, & n.seq.*

2 *Fideiussores de facili non inueniuntur.*

3 *Fideiussio de duplo præstanda est cum debitor solutionem, vel debiti satisfactionem tantum allegat.*

4 *Stellionatus pœna puniri potest, qui petit quod et iam solutum est.*

5 *Pœna stellionatus vbi dolus committitur locum habet.*

6 *Fideiussio de duplo hodie de consuetudine à creditoribus non exignur.*

7 *In arbitrio Iudicis remittitur quandoque ex iusta causa fideiussionem de duplo non præstari, & num. seq. & num.9.*

8 *Fideiussio, quando præstanda sit, Iudicis arbitrio remittitur.*

10 *Inops, vel facultatibus destitutus impossibile est vt possit fideiussorem inuenire.*

11 *Fideiussorem dare cuique graue est.*

12 *Magis grauatur qui fideiussionem dare cogitur, quā qui pignora, vel hypothecam constituere obligatus est.*

ARGVMENTVM.

Per calumniam à debitore petitam duplici fideiussionem à creditore præstari quandoque Iudex pro suo arbitrio non admittit.

RESOLVTIO LIII.

1 Volens † Ritus nostri dispositio effrænatis creditorum petitionibus pro viribus obuiare, ac eorumdem calumniam occurrere, cum quandoq; in graue nimis debitorum damnū, & præiudicium solutum iam debitum, & satisfactum, vel vltra quantitatem vere debitam in foro petant; vnde cum ex vi exequtiui instrumenti cogantur debitores adimplere, nimis ideo grauā-

2 tur, vel in soluendo quod non debent † vel in fideiussorem in quindena inueniendo quod de facilè non est, *Glos.in l.3. §. quamuis verbo quibus, ff. si eui plus, quam per legem falcid. vbi Bart. num. 3. gloss.in l.2.§.sed si agat, verb. sola promissione, ff. de iudic. Angel.Imol. Alexan. & Barbos. in l.diuortio, §.interdum, ff.solut.matrim. Bartol. in l. final. num. ff.de prætor.stipulation.* statuit *cap.* 129. quod ita demum debitor à creditore petere potest fideiussionem de soluendo debitori duplū eius, quod indebitè petitum est, si debiti solutionem, & sa-

3 tisfactionem debitor deducat † quod tantum allegare sufficit ad effectum fideiussionis prædictæ præstandæ, *vbi cōmuniter nostrates, Io: Aloys. de Septimo in rit.105.& 131. Blasch. Lanza in rit. 101. Platamon.in rit.104. Muta rit.104.à num.9.& seq. Cumia ritu 9. & 34 secundum suum ordinem, Castill.decis.77.n.17.18.& seq. vol. t.* idque non minus iutis communis dispositione comprobatum est, tum ex *textu l.1. C. de plus petition. & §. tripl.instit.de action.Bald.in l.1.C.de eondit.indebiti*, licet textus ille in plus petente loquatur, & ritus noster in bispetente, *Anton. & Blascus Lancea in rit.101. vers de duplo, & Io. Aloysius de Septimo*

4 *rit.105.* qui dicit imò † de iure pœna stellionatus puniri posse *ex l. si fideiussor. §. in omnibus, ff.*

5 *mandati, Farinac.quæst.150.n.223.* cum † stellionatus pœna in quocumque dolum committente procedat, *vt ipse dixit quæst.19.num.34.35.& seq. Cumia ritu 104.num.22.& seq.* vbi quod etiam puniatur pœna falsi, si falsa suggesserit; *idem Anton. de Platamo dict. ritu 104.*

Nimis tamen, & vltra modum callidi debitores huiusmodi auxilio abutentes, cum fidem fallere exoptent, ne præstituto tempore creditoribus soluant, videmus passim huiusmodi fideiussionem petentes aduersus agentes creditores ad

exe-

6 exequutionē impediendam, quamuis † hodie (sed male) nostri iudices dictas fideiussiones partibus etiam instantibus non exigant, licet præstari cogant creditores, quasi abierit in desuitudinem, de quo miratus est, & iuste *Cast. decis. 77. nu. 23.*
7 proinde † iudices pro suo arbitrio secūdum factorum occurrentias, non semper, & indistinctè ad instantiam debitorum ita petentium agentes creditores ad præstandum de duplo cogere habent nisi iusta vel verisimili causa concurrente, quodsi non ita debitorum calliditates amputare coguntur, ne per dolum, & machinationem indebita cautio prædicta à creditoribus exigatur
8 cum † prudenti iudicis arbitrio pro factorum qualitate commissum sit quādo fideiussio sit præstanda *argumen. text. in le. si fideius. §. si satisdatam, ibi si hoc iudici eederit ff. qui satisdar. coga. Tiraquel. de retract. lignager. §. 1. glos. 18. nu. 46. Surd. de alimen. tit. 3. quæst. 3. num. 31. & cons. 68. num. 15. Menoch. de arbitrar. cas. 87. num. 8. Milan. decis. 11, num. 33. lib. 1. Muscatel. de fideiusor part. 1. moder. 17. num. 9.*
9 Hinc † in facti contingentia Domini in Curia Prætoriana reiecierunt petitionem fideiussionis duplisfactam ad instantiam Petri Mariæ Cibo Comitis Nasi aduersus exequutionem vnciarum 9000. causatam ad instantiam Don Antonij Ioppulo, olim Comitis in compotum pretij, dicti Status venditi, tanquam in verisimilem, & cauillosam, quoniam ex pacto pretium petitum erat conuertendum in emptionem redituum qui reditus stare debebant pro defensione, & euictione Comitatus, & non erat verisimile quod dictus de Cibo nouus Comes voluisset soluere de contanti vt asserebat, & se priuare securitate euictionis iam promissæ, pro vt etiam verisimile erat dictam fideiussionem per calumniam peti attento, quod erat impossibile præstari posse per dictum Don Antonium pro tanta summa, &
10 ære alieno grauatum, & † inope, & facultatibus destituto impossibile censetur fideiussorem inuenire posse *Gutier. in le. nemo potest num. 293. ff. de legat. 1. Angel. in leg. 4. ff. de vsufruct. Ceuall. comm. contr. comm. quæst. 66. num. 5. 6. 7. Treuisan. decis. 8. num. 10. lib. 1.* Et quidem durum est quem nisi ex iusta causa ad fide iubendum arctare,
11 graue enim † est cuique fideiussorem dare, *Bald. in le. 2. num. 6. C. de hæredit. vel action. vendita. Salicet. num. 4. Surd. decis. 279. num. 13. decis. 295. num. 2. cons. 18. num. 13. & de aliment. tit. 3. quæst. 3. num. 30. l. 15. à quo in fin. ff. vt in possession. legat. Padilla. in le. si super possessio. num. 26. vers. præterea neminem C. de transaction.* qui ad hoc textum expendit in le. 2. §. *sed si dubitetur ff. de Iudic. Barbos in l. diuortio §. interdum nu. 16. ff. solut matrim.*
12 *Caroc. de deposito par. 2. quæst. 22. nu. 8.* & † magis quis grauatur, qui fideiussionem dare cogitur, quam qui pignora, vel hypothecā constituere obligatus est *Lomnes, & l. in bacc. C. de Episcop. & Cleri. §. si quis autem auten. de Sacrosanct. Eccles. le. filio. ff. vt legat. nomin. caueat. Felin. in rubr. de tregua, & pace col. penult. vers. qui timeat offendi Imol. in le. 2. §. quod si in patris ff. sol. matr. Franc. de fideius. ca. 4. n. 146. Henrig. de fideiusso cap. 6. num. 141.*

SVMMARIVM.

1 *Habens communionem vel participium in re, an cæteris emptoribus præferatur iure retractus.*
2 *Fiscus potest totam rem communem, quam cum alio habet, vendere.*
3 *An consors cum fisco habens rem communem in venditione cæteris præferatur emporibus.*
4 *Proprietarius an potius vsufructuario, quam alijs teneatur vendere proprietatem, & num. 8.*
5 *Vsufructuarius in venditione proprietatis an consanguineo, vel vicino præferatur*
6 *Proprietarius an præferatur in venditione vsufructus ceteris emptoribus. & an coniuncto. & num. 8.*
7 *Colonus an potius Domino teneatur vēdere fructus.*
8 *Vassallus præfertur extraneis in venditione vel locatione iurium baronalium.*
9 *Socio in parte sociali vēdita an cōpetat ius retractus.*
10 *Socij interest extraneos in re communi non habere.*
11 *Socius, an in venditione partis socialis præferatur consanguineo, & an vicino.*
12 *Possidens rem pro indiuiso in parte alienata, an habeat ius retractus.*
13 *Possidens in communi, & pro indiuiso partem habere dicitur in qualibet gleba, vel cespite.*
14 *Socius in re pro indiuiso an dominium, & possessionem in quolibet cespite æquirat in tota.*
15 *Quotam habens in re an habeat retractum in ea.*
16 *Ius quotæ in re est indiuiduum.*
17 *Subiugatarius an habeat ius retractus in re subiugata per subiugatem vendita.*
Quid stante bulla Pij V. num. 18. 21.
Quid stante pacto, quod subiugatarius in venditione rei subiugatæ cæteris iure retractus præferatur num. 19. 21.
Quibus præferatur an consanguineo vel vicino. n. 20
21 *Emphiteuta an retractus competat in alienatione directi dominij 24. & an de æquitate nu. 25.*
23 *Dominus in alienatione emphiteusis cæteris præfertur emptoribus, etiam consanguineis, vel vicinis*
26 *Emptor cum pacto de retroendendo an præferatur emptori, vel cessionario iuris luendi.*

ARGVMENTVM.

Quotam portionem, ius, vel participium aliquod habens in re an iure retractus cæteris præferatur emptoribus.

RESOLVTIO. LIV.



1 Oncurrens iure retractus † cōmunionē quotam, participium, commistionem vnionem, connexitatem, vel ius aliquod habens in re vendita cæteris emptoribus præferri quandoq; de iure disponitur *Afflict. de iure prothomiseos notab. 10. vers. item quero nu. 38. 39. circa finem, & §. 2. nu. 6. versic. sed iuxta hoc quero, & nu. 23. 24. Carpan. ad stat. Medio. ca. 417. nu. 498. 499. n num. 558. ad numr. 572. cap. 434. à nu. 179. cum pluribus seq. & cap. 43 6. num. 5. seq.*

seq. Neapodan. in consuetud. Neapolis tit. 17. vers.
ex vno latere vbi additio litt. B. versic. alicuius Bene-
del. de retract. fol. 90. num. 17. Gratian. discep. 460.
nu. 1. 2. 3. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de testament. facer. poss.
Florian. a Santo Petro in l. saltim ff. comm. diuidun.
Soccin. in l. si socius nu. 6. ff. si certum petat. Surd. cons.
43. num. 12. libr. 1. Ruin. cons. 143. num. 18. lib. 4. Be-
ro. cons. 137. nu. 12. lib. 1. Rit. in l. quo minus n. 140.
ff. de flumini. Mastril. decis. 4. n. 5. 6. 7. Ruin. cons. 70.
nu. 6. lib. 1. Boer. dec. 107. nu. 1. Caualcan. de vsufru-
ctu nu. 172. 173. & decis. 27. sub n. 63. lib. 3. Flauius
Amendola in addition. ad Franc. decis. 17. n. 7. Anna
Singul. 130. in fine Marcus dec. 572. p. 1. Cancer. var.
resol. p. 1. c. 11. sub num. 51. Prosper Rendell. de iure
protomiscos in extrauagant. Federici Sancimus ver-
bo rem immobilem à n. 11. sequent. & verbo emphy-
teusim n. 26. Molin. de contract. disputat. 394. n. 7. Ca-
piblanc. de baron. pragmatic. 1. n. 116. 145. Quam-
2 uis † per fiscum res vendita sit quia, & si possit ra-
tione communitatis totam rem communem vē-
dere leg. 2. Cod. commun. rer. alien. leg. 1. Cod. de ven-
dition. rer. fiscal. libr. 10. Peregrin. de fisco libr. 6.
3 tit. 4. num. 23. requisito † consorte tamen ven-
dere habet, vt si tantundem offerat emptori præ-
feratur argumen. l. necesse ff. de in diem adiection.
leg. 1. de priuileg. creditor. Gregor. Lopez. leg. 53.
gl. vender tit. 5. part. 5. Marc. dec. 368. n. 5. Tiraquel.
de retract. lignag. § 1. gl. 18. num. 7. Mastrill. in cons.
vnico num. 13. 14. impresso post tom. 1. decis. Surd.
cons. 43. sub n. 12. lib. 1. Hipp. de Marsill. singul 441.
Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 4. n. 23. Fontan. de pa-
ctis dotal. claus. 4. glos. 9. p. 2. vol. 1 nu. 16. Gratian. de-
cis. 169. n. 7. 8.

Vnde est, vt ad plurium declarationem infera-
4 tur, & primo † vt proprietarius vsufructuario po-
tius, quam extraneo teneri videatur proprieta-
tem vendere, vel locare Bartol. in l. cotem §. 1. per
illum textum ff. de publican. & per Bald. in l. ad pro-
bationem in fi. C. locati. vbi dicit, quod in re ven-
dita habet ius coniunctionis ratione commodi-
tatis, & vtilitatis Carroc. de locat. & conduct. tit.
de vsufruct. q. 3. n. 37. 38. fol. 78. Simon de Pretis cōs.
96. num. 8. Caualcan. dec. 27. sub num. 63. p. 3. & de
5 vsufruct. mulieri relicto nu. 173. vbi quod † consan-
guineo, vel vicino non prefertur retrahere volen-
tibus alias secus Carpan. stat. Mediolan. 417. n. 567.
Bald. de iur. protomiseos n. 7. Afflict. eodē tract. notab.
10. num. 40. vers. item quaro vsufructuarius. Quod
6 † eadem ratione connexitatis nu. 172. Proprie-
tarium præferi in alienatione, & conductione vsu-
fructus ne dum extraneo, sed etiam coniuncto, &
n. 173. ad finem. id saltem de æquitate procedere
dicit Surd. cons. 43. n. 12. in fine lib. 1. sicut, & Colo-
7 nus † potius Domino quā alteri fructus vēdere te-
netur Bart. in l. 1. in fi. C. de Metall. lib 10. vbi Ioann.
de Platea. Lucas de Penna, & Rebuff. Boer. dec.
107. Calcan. cons. 8. col. 19. Caualcan. de vsufruct.
sub numer. 173. & decis. 30. num. 97. lib. 2. Roman.
cons. 22. vers. 3. Surd. cons. 205. in princip. Carroc. de
8 locat. tit. de liber. q. 2. Sed tam † in primo quam in
posteriori casu recedit carpendo Caualcanum, &
Carrocium, ex pluribus Castill. Sottomaior contro-
uers. iuris par. 1. de vsufruct. 74. per tot. concludens
Caualcan. resolutionem in hoc ne dum periculo-
sam sed falsam esse, & à iure non probatam etiam
secundum æquitatem, vel vrbanitatem tanquam
præter legis considerationem, quia vsufructua-
rius non est dominus, nec quasi dominus directus,
nec vtilis ipsius rei nec habet partem substantialē
eius, sed quandā qualitatem, & ius seruitutis eius
ad textum in l. recte dicimus ff. de verbor. significatio,
& inter proprietarium, & vsufructuarium nulla
est societas, vel communio Molin. de contract. di-
sput. 371 sub nu. 4. Couarr. variar. lib. 3. cap. 11. n. 4.
Gomes l. Tauri. 70. num. 32. 33. Guttier. quæst. 157.
& 166. In vasallo tamen, quod præferatur extra-
neis in locatione iurium baronatium late consul-
uit Camill. de la ratha cons. 41. per tot. quia cōgruit
ratio pro vasallo tum ne cogatur ire in seruitutē
alterius extranei cōductoris, quamuis pro breue
temporis spatio tū etiam, quod cum fructus feu-
di colligantur a vasallis ideo domino volente
vendere, vel locare potius vasallus fructuum
collector præferri debet, quam extraneus idem-
que censuerunt. Nouar. quæst. forens. 41. sub n. 9.
Capiblanc. de baron pragmat. 8. p. 1. n. 157. 158. &
159. Rouit. de offic. procur. Cæsar. pragmat. 64. n. 31.
Sed id in Regno nunquam vidimus seruatum Se-
cundo iam idem videretur fore resoluendum in
9 † socio quia in parte sociali vendita, vel locata
alter socius habet ius retractus, seu redimendi
per notata in c. constitutus de restit. in integrum,
Bald. in l. 2. num. 2. versic. in autem nota C. commun.
rer. alien. Afflict. de iure protomiseos §. 2. num. 23.
fol. 11. Bald. in l. 1. num. 6. cod. qui testamen. facere
poss. late Surd. cons. 43. n. 12. Ruin. cons. 143. num. 18.
libr. 4. Bero. cons. 137. num. 12. libr. 1. Mastrill. decis.
4. n. 5. 6. 7. Soccin. cons. 58. lib. 4. Caualc. decis. 27. sub
num. 63. part. 3. Guid. Pap. singular. 780. Hyppol. de
Marsil. de bannitis verbo alienata num. 68. Vrsil. de-
cis. 238. num. 4. Carpan. ad statut. Mediolan. c. 434.
num. 179. 180. Molin. de contract. disput. 394. sub n.
7. in 6. dub. Capiblāco de Baron. pragm. 1. n. 116. Te-
stai. alleg. 17. num. 10. 11. & seq. Fontan. de pactis do-
tal. claus. 4. glos. 9. p. 2. n. 14. 15. 16. 17. vol. 2. Grat-
tian. decis. 169.

Ea ratione cum alterius socij, qui vendidit, vel
locauit nihil intersit cum eundem pretium,
vel eandem pensionem consequatur, & è contra
10 † socij prælationem petentis multum interest ex-
traneos non habere in re comuni, quia possidet, &
in possessione est cōsideranda ratio pacis, & bonæ
congruentiæ vt in duriori casu cōsiderauit Scaccia
de commer. & Camb. §. 1. q. 1. sub num. 245. versic.
concludo praferendum, & ita fuit decisum per me,
& Regios Consiliarios meritissimos Andream
Ortolano, & D. Henricum Tortoreti Iudices da-
tos per S. E. loco M. C. Sedis Ciuilis suspecte pro
Io. Francisco Cadili cōtra D. Franciscū de Auer-
na die vltimo Octobris 14. Indict. 1630. Quam-
uis ab ista dissentiat opinione Gratian. discept. 752.
n. 73. vbi quod consortes, qui habent participa-
tionem dominij non sunt præferendi in venditio-
nibus factis per alios consortes cū illis liberū sit
distraendi suam partem cuique velint ex Bald. in l.
dudum in princ. & num. 1. in fine vers. Secundo, quod
intendit Salicet. num. 1. Aloys. de Leo nu. 2. C. de con-
11 tr. emption. verum † socio eo casu consanguineos
præ-

præfertur. Sed nõ vicinus, *vt sentit Afflict. de iure prothomis. §. 1. num. 24 Mastril. decis. 4. n. 7.* ex verbis constitutionis Sancimus ibi *nisi prius præferat illos, quos per ordinẽ vocamus ad ius prothomiseos puta in primis parentes postea socios, & cetera.*

12 Idemq; inter † plures rem pro indiuiso possidẽres resoluendũ est, vt iure retractus ad quamlibet portionem alienatam cæteris præferatur. *Ruin. cõs. 70. num. 6. lib. 1. Anton. de Alexand. in addiction. ad Neapod. in Consuet. Neap. tit. 17. versic. si ex vno latere in verbo nisi lit. B. Carpan. ad statut. Mediol. c. 417. n. 559. & c. 434. nu. 188.* vbi dicit quod habẽs rem communem pro indiuiso vti habens maiora vincula si concurrat cum quotam habenti ei præferatur *ex Ruin. dicto cons. 70. num. 6 Anton. de Alexand. in addict. ad Napodan. ad Consuetud. Neapol. dicta littera B.*

13 Possidens namq; † in communi, vel pro indiuiso dicitur partẽ habere in qualibet gleba, vel cespite *Paris. cons. 69. numer. 3 libr. 1. Cornazan. decis. 4.*

14 *nu. 19.* & Socius † in re pro indiuiso dominiũ acquirit *Caualcan. dec. 13. num. 64. p. 2.* possessionem etiam in quolibet eius cespite habet *dicit Grannti teoremat. 2. ad fin.* vt ne dum pro sua parte indiuisa, sed pro tota re possessorium mouere possit *Caualcan. decis. 23. num. 115. p. 2.* licet alij dixerint, quod pro sua parte socius suo nomine possideat pro reliquis vero partibus iure familiaritatis *Alexand. cons. 213. nu. 11. vol. 2. Gallin. lib. 5. de verb. signific. c. 18. nu. 661.*

15 Tertio pariter infertur † in habente quotam in re, vt cæteris præferatur, extraneis *ex Carpan. in statut. Mediolan. cap. 417. n. 547. & num. 558. 560.* vbi quod præferatur agnato vicino, *n. 562. & cap. 421. Afflict. de iur. prothomis. §. 2. n. 6. versic. sed iuxta hoc*

16 *quæro.* Quod ius † quote si alicui competat, qui decedat cum pluribus hæredibus eorum quemlibet in solidum admitti cum ius hoc sit indiuiduũ. *notat Afflict. de iure prothomis. in princip. notab. vltimo. n. 46. versic. item pone Tiraquell. de retract. legnagier. §. 10. gl. 10. n. 2. Carp. ad statut. Mediol. c. 419. & c. 434. n. 184 lib. 1.*

Superioribus consentaneum est eadem ratione

17 dubitari † si reditualis annui cẽsus creditori ratione iuris, quod habet in re oneri supposita in rei eiusdem alienatione cæteris iure retractus præferatur, in quo & si videretur ex dictis rationabilẽ posse dubitari ad fauorem subiugatarij, tamen ex quo reditus constitutio non est alienatio rei, vel eius partis super qua cõstituitur, sed potius pignoratio suppositio, seu obligatio ipsius rei super qua constituitur *ad late dicta per Roderic. de annuis reditib. lib. 1. q. 3.* creditorem hinc vendita re censui supposita non habere ius retractus tanquam sociũ dicimus, *vt respondet Auendagn. conf. 12. 23. 24. Rodric. de annuis reddit. lib. 1. q. 13. sub n. 7. circa finem Matthienz. in l. 7. tit. 11. lib. 5. nouẽ recompilation. gl. 1. num. 17. versic. 5. quære Molin. de contract. disput. 372. sub num. 4. & 5. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 1. sub n. 29. Felician. de censibus lib. 1. cap. 10. num. 29. Mastrill. de censibus q. 7. num. 33. Guttier. qu. 166.*

18 Verum stante Bulla † Pij V. (quæ in Regno nostro non procedit, in quo seruamus Bullam Nicolai V.) reditualis creditor præfertur iure retractus ad fundum subiugatum alienatum ibi *(vbi autem vendenda sit volumus dominum census aliis omnibus præferri) Nauar. de vsur. num. 127. Boccar. de censib. p. 2. num. 62. alij per Mastr. d. q. 7. num. 29. 34. Molin. de contract. lib. disp. 372. num. 4. Scacc. de commerc. & cambijs §. 1. q. 1. n. 245. & seq. fol. 67. Nouar. q. forens. 2. Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 1. arti. 4.*

19 Idem dicunt procedere † stante pacto, quod Dominus census in alienatione rei subiugatæ possit pro eodem pretio retrahere quod esse validum, & in censuali contractu apposito sustineri *dicunt Guttier. practicar. quæst. lib. 2. quæst. 167. num. 2. 3. Molin. de contract. disp. 372. num. 4. Felician. de censib. libr. 1. capit. 10. numer. 8. Mastrill. de censib. q. 7. n. 27. 28. seq.* cum nullum fiat grauamen cẽsus debitori quod reditualis creditor ab alio possessore oblato pretio retrahat fundum censui oneri suppositum, ex quo pacto ad nihilum vltra obligatur, nec facultatem distrahendi rem subiugatã priuatur sed potius, solum domino census quædã tribuitur facultas retrahẽdi magis directa in rem quã in personam, & legibus nõ improbata *ad tradita per Tiraquellum de retract. lignag. in præfatione numer. 16.*

20 Sed stante † tali pacto, vel Bulla Pij V. vbi eius viget robur subiugatarius, nec cæteris consanguineis, vel vicinis præfertur sed tantum communibus emptoribus, *vt post Nauar. de vsuris num. 127. sequuntur Molin. disput. 394. n. 7. in 6. dubio. Mastril. de censib. q. 7. num. 31.*

21 Cæterum cum † in Regno motus proprij Pij V. dispositio cesset cum seruetur Bulla Nicolai V. sicut etiam in Hispaniarum Regnis *ex l. Regiæ responso in comitijs Madrid. Anno* 1587. illum motũ proprium Pij V. moribus receptum non esse *testantur Molin. de contract. disput. 372. num. 4. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quæst. 4. n. 28. Salcedo in addiction. ad Diaz capit. 88. Mastrill. de censib. q. 7. n. 33. 34. Guttier. lib 2. practicar. q. 177. in fine Lasarte de decima vendit. c. 10. num. 20 in fin.* crederem ego tale pactum, quo census debitor promittat rem censui suppositam creditori potius quam alteri venditurum vitiare, tum quia innegabile est huiusmodi pactum onerosum esse venditori, & grauamen iniuriam continere, *dixit Imperator in l. dudum C. de contrah. emption.* Tum etiam, quia minuit rei venditę pretium, *vt dixit Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 3.* & tamen notissimũ est reditus vẽditorem non posse grauari onere alio, quã decretę quantitatis decimæ portionis ideo pactum hoc veluti debitori onerosũ admittendũ nõ esset, nec refert dici quod pactum illud non sit contra substantiam reditus, quia satis est quod grauet venditorem, & rei suæ pretium diminuat ad hoc, vt reijciatur, & vitietur, & in cẽsuali contractu attendẽdum non est pactum prædictum cum metam cõcessam excedat, & decimam ex dicto onere, & venditoris grauamine, *ex dictis per Roderic. de ann. reditib. lib. 3. quæst. 5. numer. 40.* quamuis alias valeat pactum de vendendo potius vni, quam alteri, quod effici partium consensu, non dubitamus, *& ita tenent Olanus in antinomia iuris litter. A. nu. 107. Felician. de censib. lib. 1. c. 10. num.*

num.7.bene Roderic.de ann.redtib. lib.2.q.1.sub n. 29.vers.decima quarta,clausula,qui cum Olano resi-det, & Feliciano. Azeued. Guttier.& Auendagn.respondet.

Idquoque dubium est in proposito ratione
22 connexitatis alicuius,an † emphyteuta alijs cõmunibus emptoribus concurrentibus præferatur si Dominus directus suũ dominium alienate vellet eumque præferri emptoti dixerunt *Boer.decis. 107.n.1.Vinceu.de Anna singul.150.in fine, vbi testatur dec.Franc.Marc.decis.572.p.1.Caualean. de vsufr. mulier.relicto n.173.Marsil.sing 441.Cãcer.p. 1.var.resolut.c.11.n.51.sentit Surd.cons.43.sub nu. 12.Gratian.discept.460.nu.2.3.lib 3.Flaui. Amendul. ad francum decis.17.num.7.Prosper. Rendel.de iure protomiseos in extrauagant. Federici Sancimus verbo rem immobilem à num. 11.seq. & verbo em-*
23 *phyteusim num.26.*Quod ratione † æqualitatis seruãdę procedere quoque videtur cũ etiã dominus emphyteuta vtili alienante domino,vel re cæteris præferatur etiam cõsanguineis,& vicinis *Carpan. ad statut.Mediolan. cap.417. num.563. cap. 436. num.5.6.7.Neapodan.in consuetud. Neapol. tit. 17. versic. alicuius num. 34.capiti decis. 99. vbi Mastril.numer.1.Ricci Collectan.157.Osasc.decis. 156. Thesaur.decis.170.Paris de Puteo de reintegr.feud. versic.& circa prædicta num. 5.sol. 134. Caualcan. decis.27.n.63.l.3.de vsufructu sub n. 173.Franc. dec.226. nu. 2.decis.610.n.2.l.4. Tiraq.de retract. lignag.§.21.glos.vnica num.3.cum seq.Intrigliol.singul.339.libr.1.Cabal. cons.102.n.7.Benedel.de retr. §.item de ipsa num.22. Pancirol.cons.144. num.7. Capiblanc. de barone pragmat.1 num.116.145.Lopez.ad l. Tauri 17.Simon de Pretis cons.96. num.9. Magon. decis. 100.in Florentin.Freza de subfeud.lib. 2.autor. 30.Bardellon.cons. 14.num. 64.Cancer. variar. resol.libr. 1.capit. 12.numer.45.46.de emphyteusi.Cumia ritu 99.num.31. Cardinal.Tusc.litter.E conclus. 209.nu. 1.*Idemque dominum in locatione emphyteusis ceteris præferri eadem ratione tuetor *Testai alleg.17.*

24 Contrariam † opinionem profitentur *Speculator.tit.de emphyteusi §.nunc aliqua nu.116. Iason. in l. final.C. de iure emphyt.num.17.18. 19. Isernia in C.Imperialem.§.nec dominus col.5.in fine num. 46. de prohibit, feud.alien. per Federicum, & fuisse decisum in Magna Curia Vicariæ,& inde in Sacro Cõsilio eo patrocinante testatur Franc. decis.17.num.8. Anna Singular.150.Corbol. de causa priuation. ob alienationem in requisito domino limita 11. Papon. cons.133.num. 6. Burg. de laudim.p. 3. inspection. 2.num.4.Intrigliol.lib.3. singul. 94.num.44. & de substitution.centur.3.q.73. nu. 262.Surd.cons.208. n. 8.18. Caualcan. decis.19.n.75.libr.2.Ricci decis. 58.sub num.1.par.2.& decis.Archiepiscopalis Neapol.134.p.1.& Collectan. 157.Thorus in compendio decisionũ versicul.emphyteuta an præferatur fol.179. Rendel.de iur. prothomiseos versic. rem immobilem num.10.verb. per emphyteusim num. 26. & verbo donationis num. 12. Mastril.de capiti decis. 99. sub n. 1.in fine. Ponte de potestat.Proregis tit.10.§. 1. num.9.fol.326.Mastrill.in cons.vnico impresso post e. 1.dec.sub n.30.31.Testai allegat. 2.sub n. 199.vers. & licet. Castil.Sottomaior.controuers.iur.l.1.de vsufr. c.74.n.44.45.*& fuisse decisũ in Rota Romana testatur *Farinac.dec.547.n.3.in fin.p.2.tom.4.*& ita cẽsuit Magna Curia de Mense Ianuarij 1631.pro Iosef Venuto contra Cæsarem Tripi,quid quid ipse in ea causa defenderem.

25 Quorum aliqui † & si dicant contrariam opinionem pro emphyteuta saltem de æquitate, & vrbanitate quadam procedere posse, hancque veriorem tamen in puncto iuris esse firmant *Castill. dicto cap. 74.num.44. Marci. decis.360. Mastril. d. cons.vnico.nu.62.* verũ arbitror hãc vrbanitatem, seu imaginatiam æquitatem ad iuris necessitatẽ pertrahendam non esse oe alias tollatur domino rem suam pro suo arbitrio vendere posse *contra l. dudum. C. de contrahend.emption. censuit Castil. dicto loco.Sarmient.selcctar.interpetrat.lib.3.c.7.n.2.* cum potius suadeat ęquitas, quod quis sit iuriũ suorum moderator, & arbitrer.*l.in re mandata C. mandati*,& docet nos esperientia, quod res io quibus competit alij prælatio minus venduntur si quidem multis,nõ placet stare in suspenso donec quis declaret velle præferri vnde euidẽs est,quod emens cum pacto de retrouendendo releuatur in parte ab incommodo pacti cum propter pactum res minus vendi contingat,vt regulare est, quibus rationibus adita resoluendum in casu prædicto mota fuit *Rota Romana dicta decis.547.*

26 Cæterum cum † nec iure cautum reperiatur, quod emptor cum pacto de retrouendendo pręferatur emptori, vel cessionario dicti pacti, seu iuris luẽdi retroemere volenti proinde libere poterit venditor cum dicto pacto cedere hoc ius suum cui magis voluerit, prout fuisse resolutum in Rota Romana coram Damasceno in vna Romana retrouenditionis 12.Maij.1614.*dixit Farinac.decis.547.n.1.p.2.t.4.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus in dotis restitutione deducto ne egeat exceptione vtitur.*

2 *Beneficio deducto ne egeat ab reuerentiam marito, vel alio competentem etiam iuramento renuntiari non potest.*

Declara num.3.

4 *Beneficium deducto ne egeat an tantum competat marito pro rebus dotalibus consistentibus in pondere numero, vel mensura.*

5 *Beneficio deducto ne egeat vtitur maritus etiam in bonis in extimatedotatis.*

6 *Beneficiũ deducto ne egeat an tantum competat marito quando bona dotalia sunt consumpta, an etiam pro re dotali in sua specie penes eum existente, & n.8.9.*

7 *Maritus propter dolum beneficiũ deducto, ne egeat ammittit.*

Quid quando res ipsa dotalis penes maritum non existat,sed alia ex re dotali quæsita,& quid in pratio num.8.

10 *Maritus vtitur beneficio deducto ne egeat si actione personalia ad dotium restitutionem conueniatur,& quid si costante matrimonio ob vergentia conuentus sit personali.*

Maritus

13 Maritus an habeat beneficium deducto ne egeat quãdo ad dotium restitutionem,& rei penes eum existentis reali, vel reuendicatoria conuenitur. 12.13. 14.15.

14 Marito semper competit beneficium deducto ne egeat quando actione reali conuenitur si in libello fiat commemoratio dotis.

16 Maritus constituens bona nomine vxoris in casu restitutionis possidere an beneficio deducto ne egeat vti possit.

17 Beneficio deducto ne egeat vti potest maritus non obstante restitutione dotium facta constante matrimonio.

18 Dotis restitutio,quæ constante matrimonio fit cum sit quædam sequestratio in manibus vxoris maritum, nec eius heredes liberat.

19 Bartolus a contrarietatis nota saluatur.

ARGVMENTVM.

Deducto ne egeat beneficio an vtatur maritus quando pro dotium restitutione ad stabilia dotalia, & in esse existentia reali, vel reiuendicatoria aduersus eum agitur.

RESOLVTIO LV.



Aritalem ab reuerentiam omniũ potissimam propter paupertatem† maritus exceptione deducto ne egeat aduersus vxorem eiusque hæredes vtitur ab eo dotis restitutionem petentes *l. maritum,& l. etiam §. licet,& notatur in l. si maritum ff. solut. matr. Matesilan. singul. 261. Afflict. dec. 222 Caualcan. decis. 21 num. 10. lib. 4. Barzi. dec. 56. n. 19. Vinc. de Frã. dec. 164. Barb. in d. l. maritũ n. 79. Henriq. de fideiu. c. 5. n. 83. Mol. de iust. & iur. disput. 432. n. 6. Baeza de debit. inop. c. 3. Roland. cõs. 28. n 7. l. 1. Pascal. de viribus patr. potest. p. 2. c. 9. n. 26. Decian. cons. 43. n. 20. lib. 3. Polidor. Ripa obseru. 375. n. 2. Suarez tit. de los gouernos num. 57. Spin. de testam. gl. 11. n. 105. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. n. 33. & tit. 8. priuil. 84. num. 1. Rebell. de obligat. Iustit. p. 2. lib. 5. q. 9. n. 29. Auendag. cons. 8. n. 8. Borell. in summa decis. titul. 48. num. 83. Molin. de ritu nupt. l. 3. q. 28. n. 15. Fontan. de pactis dotal. claus. 7. glos. 3. par. 11. volum. 2. numer. 25. 26. sequent. & numer. 39. Giurba in consuetudin. Messan cap. 13. glosa 6. a numer. 40. & sequen. Nouissime noster Castagna de beneficio deducto ne egeat. quest. 1. nu. 1. 2. & seq.*

2 Eademque ratione reuerentiæ nec iuramento † per eum renũciari posse magis recepta est opinio *Bartol. in l. alia §. eleganter. num. 9. ff. solut. matrim. Alex. num. 4. Barbos. num. 25. 28. Cefal. cons. 300. n. 33. Franc. decis. 164. n. 13. Mastrill. decis. 93. Gomes l. Tauri 53. nu. 49. Menchacha de successiõ. Creacion. §. 28. num. 18. Amesqua de potestat. in se ipsum li. 2. cap. 24. n. 3. 4. Baeza de debit. inop. ca. 17. n. 35. 37. seq. Vincent. de Anna allegation. 102. nu. 7. & seq. Couarr. in c. quamuis. de pactis in 6. in 2. Ant. de Amat. P. II.* relation. in principio sub n. 4. vers. postremo ex hac *Pascal. de viribus patr. potest. p. 2. cap. 9. num. 13. 26. & seq. Manci. de iuram. p. 4. effect. 201. num. 3. Rebel. dicta q. 9. num. 15. & 31 Giurba dicto n. 40. & decis. 42. n. 9. Capell. Tolosan. decis. 259. Amat. decis. 16. & distinguit Castagna post hac visus de beneficio deducto ne egeat in proem. 1. part. n. 19. 20. & seq.* & si diuerse senserint in hoc *Gutier. de iurament. confirmator. p. 1. capit. 16. num. 49. Menchacha dicto §. 28. num. 18. Laderch. Imol. cons. 30. n. 10. Marant. cons. 30. n. 4. Serafin. de iuram. priu. 56. n. 2. Rota Roman. dec. 485. in recollectis per Farin. Surd. de alim. titul. 1. q. 78. num. 48.* attendentes quod illud pactum, & renunciatio in tempus soluti matrimonij collata sint in casu, quo de restitutione dotium agitur, quo tempore iam cessare dicunt reuerentiã, in qua fundatur cõtraria opinio, quod fundamentum ex dictis per adductos pro veriori opinione supra verũ deprehendimus, idque vero

3 † cum temperamento sentijt *Fontanella de pactis dotal. claus. 7. gl. 3. p. 11. a num. 61. ad nu. 97. vol. 2.* procedere, & renuntiationem prædictam subsistere si ea in capitulis matrimonialibus antequam per verba de præsenti esset contractum matrimonium, & sic ante matrimonium firmatum cõuenta esset, ex opinione minoris partis dominorũ de Senatu Cataloniæ in casu, tunc de facto contingenti pro validitate pacti, & renũtiationis eo casu tenentes. Quibus tamen præualuerunt vota maioris partis dominorũ de Senatu pro renũciationis in inualiditate, vt ipse *Fõtanella* refert quod *Fõtanella* deducit ex dictis per eum in materia renuntiationis *auten. preterea. C. vnde vir. & vxor. in claus. 5. gl. 8. p 12. a n. 50. cum seq. vol. 2.* cui nec absolute assentiendum puto idemque tetigit. *Castagna in d. proem. 1. p. num. 26.*

4 Aliqui tamen in hac materia illam singularem, & esplosam secuti sunt opinionem† quod dictum beneficium non competat marito nisi quando dos consisteret in quantitate pecunia, seu rebus consistentibus in pondere numero, vel mensura, *vt Bald. in cap. 1. de natura feud. Imola in leg. si filio la seconda ff. soluto matrimonio. per l. 1. §. cum autẽ C. de rei vxor. action. argum. l. bonæ fidei ff. de pecul. quos refert. Campeg. de dote p 3. q. 238. Fall.* 10. qui tenent contrarium cum *Bart. in dict. l. si filius, & in l. nesennius. § fundũ de re iudicat.* idemq. refert *Gomes in l. Tauri 50. n. 49.* qui cõtrarium, dum remittit ad *Campegium* dicto loco tenentem contrarium eademq. opinionem tenere videtur licet sicco pede *Balduin. in §. item si de dote in princ. instit. de actionum quod adhuc firmat Imola in dicta lege si filio,* & hoc idem videntur tenere plures infra adducendi dum valuerunt, quod si res dotalis in sua specie esset, & ad eam conueniatur maritus reali, vel reiuendicatoria actione, quod beneficio prædicto non gaudeat (qui tamen per me repelluntur vt infra,) & tanto fortius si res stabilis, vel mobilis fuissent extimatæ dotata ea quidem extimationeque emptionem, & venditionem induceret eum tunc esset casus indubitabilis, quia dotario diceretur facta in pecunia, & quantitate, ideo clarius *Alexand.* pater veritatis appellatus *in l. maritum in 10. falleñ. ff. solut. matrim.* pro-

probat præfata limitationem *Bald.* restringentis beneficium quando dos consisteret in rebus quę in pondere numero mensura, vel quantitate existerent,& etiã repellit *Imolam in d.leg.si filio*,& dicit *Alexand.* quod ista est verior opinio, quæ fuit *Bartol.in dicta leg. si filio, & in leg. nesennicis §. fundum* vbi pariter, & *Imola* fuit sibi ipsi contrarius, sicut etiam fuit sibi contrarius, *Bal. in leg. quod nomine ff.de condition.indebiti*, & clarius idē *Bald.in l.si filio*,vbi quod etiam in reuendicatione gaudet maritus dicto beneficio, vt infra dicetur,& talis restrictio vere est magis communiter veluti,es plosa repræhensa, & *Roman.in dicta l. si filio num.8.42.& 43.* miratur de errore *Imolæ, & Alex.in d.l.maritum,& in dicto §.fundum post Romanum in dicta l.si filio* respondet quod testus *in d. §.cum autem l.1.C.de rei vxor. action.* non obstat, quia ibi antiquissimum ius refertur, & clarissime prę omnibus *Alberic. in dictu leg.si filio num.2.* ait
5 † quod priuilegium *l. maritum* habet locum ne dum in quantitate dotata, sed etiam in rebus in extimatis dotatis,& stantibus in sua specie penes virum,& mirãdum quam affrenate locutus fuerit *Gom. in d.l.Tauri 50 n.49.* (licet ipse remittat ad Campegium,vt supra dictum est) dum dixit,quod beneficium *l.maritum* competit quando dos consistit in quantitate secus in re, vel specie extimata,vel in extimata nam debuit declarare de specie dotata extimate ea extimatione,quæ vt sciatur rei valor fieri solet,non ea, quæ emptionem, & venditionem inducit,& ideo *Gomes* dicto loco recte perpensus debet intelligi,quod fuerit de ea extimatione locutus, quæ ad dignoscendum rei valorem fit alias sibi contradiceret dum admittit beneficium quando dos in quantitate consistit.
6 Pro inde,quamuis alij profiteantur † maritum præfato non vti beneficio quando pro re dotali in sua specie existente conuenitur, sed solum quando bona dotalia sunt consumpta *Angel. in §. item si dotate in fi.de actiou.num.3.fallen.5.& ex Fabro,& Plateu,Iasonabid.nu.11.Bartol.& Alex. in l.maritum ff.solut. matrimon. Balduin. in dicto §. item si de dote Gomez in l.50.Taur. nu. 49. versic. tertio limitat.Azeued. l.1.tit.21.num.73.lib. 4. recompilation.Campeg de dote dicta quæst.238.Ceuall. commun.contra commun.q.230.& quæst. 758.num. 83.& seq.* qui ad id textum *in l. Nesennius 41. §. fundum ff de re iudicata* expendi posse dicit quos quod secutus est *Giurb.in consuet.Messan.c.15.gl.2. n.8.* ea ratione quia tūc existentem rem negando restituere maritus esse in dolo *l.in bonæ fidei ff. de*
7 *pecul.*†propter,quod ammittitur hoc beneficium *l.etiam §. licet ff.solut.matrimon.Gutier.de iuramen. confirmator.p.1.cap.16.num.26.Costa subsidiar.remed. 28.sub n.7.Marta de iurisdict.p.4.cent. 2. casu 186.num.4.Farinac.quæst.26.num. 5. Macerat. resolution.41.n.1.l.1.Puteo.decis.151.& 394.par. 1. Natta consil.361.nu.2.7. Giurb. decis.43.numer.4.5. Francus decision. 164. in fine Campeg.de dote par. 1. quæst.262.Surd.de aliment.tit.1.quæst.78.num.42. Gaspar. Thesaur.in additiion.ad decis. 119. Antony Thesaur.Baezą de debitor.inop.cap.15.num. 11.cap. 16.num 22. Brun.de cession.bonor.parc.4.quæst.22. num.4.Barbos.in leg. maritum num.66.cum sequen.* *& num.70.& seq.ff.solut.matrimon.*& idem putat
8 *Iason.*† quando res dotalis penes maritum non existeret,sed alia res ex re dotali quęsita vti pretium iuribus per eũ, & quia dos quid vniuersale, & in vniuersalibus pretium loco rei succedit *Campeg.dicta quæst.238. Minsinger. in §.item si de dote num.9.de action.institution Alexand.in dicta lege maritum falleut. 10.Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78.num.39.40.post Alexandrum Decian.consil.27.n. 4.volum.1.*& sic *Angel.Iason.*& prædicti loquuntur stante dolo dum maritus denegat restituere, & idem scribit. *Brun.de cession. bonorum. quæst. 20.quarta quæstionis principalis n. 3. vers.si vero.*
9 Ego tamē† *Angel.Iason.*& præcitatos male locutus fuisse dubito,& ita in effectu post antiquiores *Din. Bal. Alex.& alios* dixit *Castagna de beneficio deducto ne egeat q.1.ampl.5.* post hæc scripta visus,quod etiam ex infra dicendis euidenter deprehendimus dũ magis comunis opinio sit,quod maritus gaudeat beneficio si cōuenitur iure mariti ad rem dotale existentem,siue deneget restituere,siue non neque eo casu maritus dolosus dici potest dum iuris beneficio iuuari petit,vnde iura nascuntur,nec iniuriarum actio oriri potest,& dolus excluditur.

Cæterum retenta veriori opinione nempe beneficium prædictum adhuc marito competere pro specie,vel re dotali penes cum existente dubitatum vidimus si dicto beneficio maritus possit vti quando pro ea re conuenitur actione personali,& fortius si reali, vel reuendicatoria, qua in re
10 † si maritus actione personali conuenitur, vel via exequutiua,quæ loco personalis succedit per notata *in l. 1. §. si hæres ff. ad Trebell.* absque dubio gaudet maritus beneficio prędicto concesso per dictam, *leg.maritum*, vt ait *Bart. in d. leg. maritum num.1.& in dict.l.si filio post Cin. ibi, & Alexand. in d.l.si filio* tangit hoc quando vxor agit actione personali *& Iason in l. si costante num.117. in fine ff.solut.matrimon.idem Barth.in dicta l.nesennius §. fundum num.1.ff.de re indicat.& ibidem Imol.num. 1.Iason.num.1.Surd. de aliment.tit. 1.q. 78. num. 39.in fin.& n.40.Gomes in l.Tauri 50.n.50.Fontanell.de pactis dotal. claus.7 glos.3.p. 11.sub num.79. vol. 2.fol 752.* & in hoc nemo contradixit nisi solus *Imola in d.l.si filio num.9.* vbi voluit (vt dixi supra) quod hoc beneficium solum competat quando dos consistit in rebus pōdetis numeri, vel mensure cuius opinio iam fuit esplosa, & ideo dicit *Imola* dicto loco,quod si vxor ageret actione personali ad fundum dotale maritus non gaudet, quia non consistit in iure ponderis,sed vere credo, quod *Imola.* potius de hoc disputationis, quam conclusionis gratia locutus fuerit, quia in principio dict.n.9 firmiter sequitur communem opinionem *ex Dino,& Bald.* vnde neq. cōtradicit. Quicquid sit quando maritus constante matrimonio ob vergentiã personali actione ab vxore cōuētus sit de quo *Fontan.de pact.nupt.claus.7.gl.2.p.3.nu. 68.vol.2.Auendag.consil.8.post n.8. Baez. de debit. inop.c.3.n.12.Surd.de alimen.tit.1.qu. 78. nu.4. 41. Pascal.de virib.patr.potestat. par. 2. cap. 9. numer. 28 Giurb. in consuetudin. Messan. cap. 13. glos. 6. par.1. numer. 50. Nouissime Castagn. de benefic. deduct.*

duct.ne egeat qu.1.a num.33. & seq. & a num. 54. & sequentes pro vtraque opinione multa adducens,& tandem vsq.ad n.133.cōcludit huiusmodi beneficio gaudere maritum in vera dotium restitutione ob vergentiam cōstante matrimonio, per qua in vxorem dominium transfertur secus in restitutione, quæ effectum mere assecurationis operatur,per quam non transit in vxorem dominium,& vir ex dote restituenda debet alij.

11 Si vero conueniatur † maritus reali, vel reuēdicatoria actione ad restitutionem rei dotalis penes eum existentis eum beneficio deducto ne egeat vti non posse plures indistinctæ dixerunt ex l. nesennius §. fundum ff. de re indicat. l. ex diuerso ff. solut. matrimon. Bartol. in l. maritum post principium vbi Alexand. col. 2. in fin. de comnn. asserit. ff. eod. Gomes leg. Tauri 50. numer. 49. 50. Campeg. de dote par. 3. quæst. 238. Iason. in §. item si de dote numer. 11. inst. de action. Amat. dec. 16. num. 11. ex Cepoll. cautel. 241. numer. 2. vers. seens si conueniatur. Molin. de contr act. disp. 442. nn. 6. Rebell. de obligat. instit. p. 2. lib. 5. q. 9. n. 7. ad finem. quos sequutus est Ginrb. in consuet. Messa. cap. 13. glos. 6. n. 47. fol. 713.

Ad veritatem tamen quæstionis accedendo quando res dotalis extaret,& ad eam conuenitur maritus reuendicatoria,vel reali actione illa probata est distinctio.

12 Quod † aute maritus conuenitur actione reali ad rem penes eum existentem vti maritus ante rei restitutionem,aut vero maritus eo modo cōuenitur non iure mariti ad rem dotalem extantē, sed vt quilibet extraneus , possessor non ex causa dotis , puta si res dotalis fuerit restituta vera restitutione,quæ in vxorem operaretur translationem dominii , & inde ad maritum non vti marito perueneeit , sed vti cuilibet tertio possessori.

13 Et quidem Priori in casu magis communis opinio est,† quod maritus gaudeat tali beneficio , quod probatur ex dict. l. si filio l. 2. ff. solnt. matrim. (ibi siue res extet siue non) & ita tenuit ex antiquioribus Cinus,& Dinus ibi,& sequitur Bar. n. 3. 4. Iason. in l. si constante num. 118. ff. solut. matrimon. ratione, quia oportet,quod maritus , iure, & nomine mariti cōueniatur,ex quo oritur ratio miserationis,& reuerentiæ,per quas tale beneficium marito,per leges iodultum est,& etiā ratione, quia reuendicatio tunc datur contemplatione dotis per textum in l. in rebus C. de iure Dotinm , per quem dominium rei dotalis ipso iure in vxore soluto matrimonio retro transfertur ob id vxor reuendicatoria ad rem agit habens extremum dominii penes agentem requisitum ad textum in l. officium de reiuendication. idem facit Bartol. in d. l. maritum,

14 & Bald. in d. l. si filio vbi dicit,† quod qualitercunque libellus dictetur dum cum dotis commemoratione fit licet maritus conueniatur, vt quilibet possessor poterit excipere de proprio priuilegio , & Castrens. in d. l. maritum nu. 8. remittit ad Barth. in dict. l. si filio,& iterum Castrens. in dicta l. si filio num. 6. refert,& sequitur ad vnguem opinionem Dini idem senti Alber in dict. l. maritnm,& in lege si ideo num. 2. breuiter distinguendo , & clarius Ant. de Amat. P. II. Alexand. in dicta leg. maritum in 10. fallen. vbi dicit veriorem opinionem Bartoli,& iterum in dicta l. si filio, vbi Angel. n. 3. & bene Roman. in d. l. maritum, 13. & in d. l. si filio n. 8. 42. 43. & 44. reprobato Imola quod confirmat Rom. duplici ratione. Primo quia siue maritus cōueniatur personali, siue reali actione semper militaret eandem ratio reuerentię. Secūdo quia alias posset vxor priuare virum tali beneficio eligendo actionem realem , & sic lex esset imposita verbis,& non rebus, quas rationes tacito Romano posuit Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 78. num. 40. post Crotum in l. si costante num. 157. ff. solut. matrimon. sequitur Campeg. de dote p. 3. q. 238. dum rimittit ad Bartol. in dicto §. fundū, & dicta l. si filio,& pariter ita procedit Gomes allegatus in d. l. Tauri 50. num. 49. dum remittit ad Campegium plene Iason. in d. l. nesennius § fundum de re indicat. & Brun. de cessione bonor. d. q. 20. n. 2. qui alios refert Mieres in Curia Regis Ferdinandi capit. 8. de salar. aduocator. nu. 86. in fine col. 9. fol. 89. Cenal. commnn. contra commnn. q. 230. versic. sed contrariam opinionem plene Fontan. de pactis dotal. clans. 7. glos. 3. p. 11. numer. 79. 80. seq. vol. 2. f. 752. qui pluries decisum testatur , & quod nunquam vidit factam difficultatem super hoc in Senatu cum inciderit pluries de hoc disputari, prout nos alias pro ista veriori opinione decisum vidimus in Tribunali Sancti Officij pro D. Ferdinando de Moncata contra D. Amilcarem Castronouo;& sequitur. Castagna post hæc visus d. tr. de beneficio deducto ne egeat. q. 1. nn. 61. & ampliat. 4. per tot.

15 Posteriori vero in casu† quando conueniretur maritus,vt quilibet alius tertius possessor penes, quem res dotalis extitisset,& non vti maritus post restitutionem tunc Doctorum opinio indistinctè, loquentium procedit, & maritus dicto beneficio non gaudet secundum magis communem opinionem quam refert Alexand. in dict. leg. maritum Dinus in dicta leg. si filio. Cinus in leg. vbi adhuc quæst 10. C. de iure dotinm,& aliquid alij per Surd. de alim tit. 1. q. 78. num. 40. Ceuall. commun. contra commun. dicta quæst. 230. Crauetta cons. 996. lib. 6. Intrigl. de casu conscient. casu 35. num. 44. post multos Castagna de beneficio deducto ne egeat quæst. 1. num. 42. & 43. Fontanella dicto loco num. 80. & sequen. Brunus de cessjon. bonorum. dict. a quæst. 20. num. 2. intelligens hoc vt supra dixi quando erat facta iam restitutio vxori , & præfatam opinionem sequitur Tiraquell. de constitution. p. 1. num. 29. dum ponit, quod maritus hoc beneficio gaudere debet nisi semel per eum fuerit facta restitutio , quia tunc videretur renūciare dicto beneficio , & idem esset

16 † si maritus præcario nomine se constituisset tenere,& possidere bona dotalia pro vxore ipsa quā cautelam, docent Bald. & Castr. in d. l. si filio Alex. & Iason. num. 8. in dicto §. fundum Brun. dicta q. 20. n. 2. in fine plane Castagna in d. tract q. 1. fallen. 1. saue prædicta intelligendo de vera dotiū de restitutione, quæ fit cōstante matrimonio in casu præmisso ob vergentiam mariti, vel aliter, secus si fiat

17 † in casu de iure non permisso costante matrimonio, quia eo casu si res eo modo minus legitime restituta penes maritum existat,& ad eam reali actione cōueniatur nō ideo priuabitur maritus di-

to beneficio deducto ne egeat vt bene sentit *Iason.in lege si constante num. 118. ff. soluto matrim.*
18 ex quo † talis dotis restitutio, quæ costante matrimonio absque legitima causa vergentiæ, vel alia sit cum potius sequestratio quædam in manibus vxoris facta dicatur maritum eiusque hæredes a restitutione non liberar. *Natta cons.* 552. *nu.7.8.9.lib.3.Aucharan. cons.238. Bartol. in l. si costante u.101.& seq. Surd.de aliment.tit.8. priuil. 34.num.1.Amat.decis.43.Grass.exception. 25. num.*
19 118. Et aliqui † qui putatunt, quod *Bartolus* fuerit sibi contrarius ex dictis per eum *in l. si filio & in §.fundum supra citati* cum eo, quod dixit *in l. si constante* dum tenuit opinionem, quod hoc casu maritus non gaudet erasse constat nam *Bartol. in dicta l. si constante* loquitur in terminis proxime dictis scilicet in casu, quo maritus non conueniretur iure mariti ad rem dotalem extantem, sed vt quilibet extraneus possessor citra nomen, & causa dotis, & actione veteri vt vtatur verbis *Iason. in d. leg. si constante num.* 118. vt quia res seu dos fuerit ex causa vergētiæ testituta adeo, quod transierit rei dominium in vxorem, quæ res inde ad virum peruenerit ex alia causa, vel titulo, & contra eum reuindicatoria actum sit, seu actione reali de iure communi non de iure singulari ad rem illam vendicandam, & tunc, vt dixi maritus beneficio prædicto non gaudet rationibus tū quia, vt quilibet extraneus possessor conuenitur, tum quia reuendicatio non destenderet ex dote, & matrimonio, nec eius fienda est commemoratio in libello principaliter, nec incidenter, tum etiam quia cessare tunc ratio miserationis, & reuerentiæ, vt a tali contrarietatis nota late *Bartolum* saluat *Iason. in dicta l. si costante u.115. 118. ad nu.* 121.refert *Brun.dicta qu* 20. *u.* 2. & declarat *Bartol.in dicto §. fundum vbi Iason n.6.& omnes*, & ita intelligendi sunt Doctores, qui indistincte loquuntur, quod maritus non habeat beneficium quando contra eum agitur ad restitutionem dotis consistentis in bonis stabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Actiones confunduntur quando creditor succedit debitori, vel e contra n.4.*
2 *Actionum confusio habet vim solutionis.*
3 *Inuentarium impedit confusionem actionum inter hæredem, & testatorem.*
Ne dum quando creditor succedit debitori sed è conuerso n.4.
5 *Inuentarium separat bona hæredis à bonis testatoris, & facit hæreditatem censeri tamquam iacentem.*
6 *Inuentarium facit, quod bona hereditaria habeantur loco vnius, & hæres loco alterius personæ.*
7 *Debitum hæredis scribi debet in inuentario.*
Inuentarium fuit introductum ad euitandam præsumptionem subreptionis bonorum per hæredem. num.7.
8 *Hæres grauatus restituere per successionem actiones non confundit imò suum creditum deducit, nec cum fructibus fideicomm. compensat nisi hæreditas soluendo non existat ad præiuditium aliorum creditorum.*
9 *Hæres per successionem non confundit actiones, quo ad effectum retemptionis.*
10 *Hypothecaria non confunditur per hæredis successionem.*
11 *Actiones hæredis confunduntur, pro ea parte, quæ est hæres, & non in totum.*
12 *Actiones non confunduntur quando ante hæredis successionem contra debitorem lis erat contestata.*
13 *Actionum confusio habet locum tantum in creditore, vel debitore succedente titulo vniuersali, vt in hærede secus in legatario, vel instituto in re certa.*
14 *Excipiendo non dicuntur confusæ actiones per successionem vniuersalem l.neque pignus ff.de reg.iur. non habet locum excipiendo n.14*
15 *Actiones non confunduntur quando defunctus obligasset rem suam ei, qui postea sibi hæres fuit pro alieno debito.*
16 *Hæres cum beneficio inuentarij, & de suo credito habet instrumentum liquidum potest sibi soluere in pecunijs hæreditarijs, imo ex eis præsumitur satisfactus, & quid in auro, & argento in hæreditate reperto.*
17 *Hæres cum beneficio inuentarij non potest sibi de suo credito satisfacere bonis hæreditarij existentibus pecunijs, & cui incumbat onus probandi.*
18 *Exequutor potest de suo credito sibi soluere in pecunijs hæreditarijs.*
19 *Hæres cum beneficio inuentarij ratione rei venditæ per testatorem, & ab eo euicto potest sibi soluere duplum pro euictione.*
20 *Hæres de suo credito præsumitur sibi satisfecisse nisi ex dicta præsumptio ne hæres remaneat in damno.*
21 *Hæres cum benefitio inuentarij si vellet aliquam rem particularem hæreditatis pro suo credito sibi adiudicare seu assignare debet adire iudicem.*
22 *Creditores, & legatarij alijque, quorum interest citandi sunt, quando hæres cum beneficio inuentarij petit coram iudice, aliquam rem sibi adiudicari pro suo credito.*
Item citandi sunt subiugatarij n.23.
Item cohæredes sunt citandi n.24.
Item fideicommissarius quoque citandus est n.25.
26 *Creditores legatarij cohæredes fideicommissarij, & alij quorum interest citandi sūt ab hærede cum beneficio inuentarij quando peteret adiudicationem bonorum pro suo credito non pro validitate actus, & Iudicij, sed pro eorum exclusione.*
27 *Curator hæreditati quasi iacenti petendus est ab hærede hæreditatis dari, quando vult sibi satisfacere de suo credito in bonis hæreditarijs.*
28 *Curator liti dandus est, quando lis est inter tutorem, & pupillum.*
29 *Hæres cum beneficio inuentarij an possit absque facto iudicis sibi capere rem hæreditariam mediocrem, pro satisfactiones sui crediti.*
Hæres cum beneficio Inuentarij an possit sibi soluere de suo credito rem hæreditariam alienando, quam an in creditum imputet. num.29.
30 *Legitima non potest eligi à filio in vna ex rebus hæreditarijs sed iudicem debet adhire vt eam assignet in vna ex rebus de mediocribus.*

Alic-

31 *Alienata per filium imputantur in eius legitimam, & Trebellianicam,& quando.*

ARGVMENTVM.

Curator hæreditati quasi iacenti an sit dandus, & alij quorum intereſt citandi an ſint quando hæres ſibi de ſuo credito in bonis hæreditarijs vellet ſatisfacere.

RESOLVTIO LVI.



1 Vamuis actionum confuſionis effectus† regulariter per vniuerſalē ſucceſſionem creditoris eiuſq. inſtitutionem a debitore factam reſultet, ex quadam actionum incompatibilitate in eodem ſubiecto,vel perſona exiſtentium *l. ſticum §. addict.ff. de ſolution.l.debitori C. de pact.*

2 Quam actionum confuſionem†per ſucceſſionē vim ſolutionis,& exactionis habere dixit. *Bartol. in leg.ſi eui.§.1.ff.de euictio. Afflict.dec.237. nn. 3. 4. 5. & 6. Milanenſ. deciſ.13.num.3. lib.1.Gratian. diſceptation.203.num. 4. Mantica de coniect. vltimar. voluntat.lib.7. titul.8.num.16.17. Surd. deciſ. 170.num.1.& ſequent.Menoch.conſ. 183.num. 35. Seraphin.dec.967.Rota Romana diuerſor.deciſ.680. num.6.7.part.1.& apud Ludouiſium deciſ. 67.num. 10.15. Mariſcott.variar.libr.1.cap.37.num.2. & 3. Peregr.de fideicomiſſ.artic.35.num.15.16.17. Cardin.Tuſch.concl.52.num.5. litter.H.volum.4.Caſſanat.conſ.10.n.72.91.92.& latini conſ. 23. Porti. conſil.92.nu.94. Fontanella de pactis nuptial. clauſul.7.gloſ.3.par.7.n.38.vol.2.*Inuentarij tamen be-

3 neficio †actionum huiuſmodi confuſio impeditur,& ſaluas habet hæres propria actiones *leg.fin. §.& ſi præfatam,& §. in computat verſic.ſi vero. C. de iur.deliberand. Bald. in l. irritum. C.ad legem falcid.l.vxor n 2.C.de bon.auctor.iud.poſſiden.l.debitor col.2.verſ.3.eſt notandum.C.de pact.Iaſon.in l. more n.53.ff.de acquir.hæredit. Phan.de inuent.p.5.n.19. Roman.conſ.276.num.2.Mari.Anguiſſol.conſ.57.n. 10.conſ.249.nu.4.vol.1.Surd.dec.310 n.13.14 15. conſ.7.nn.22.conſ.332.num.13. Franch. deciſ. 39. Ponte conſ.37.num.1.vol.1. Alexand.conſ. 19. & conſ. 28.lib.5.Curt.Iun.conſ.138.& 159. Laderch. Imol. conſ.138.n.4.Seraph.dec.842.Velaſc.dec.52. nu.43.ad finem.Seſſa dec.46. Gabr. conſ. 125.n.12. lib.1.Rota Romana diuerſ.dec.170.num.4.p.4.Vrſil.dec.237.num.1.& ſequent.Farinac.dec.326 n.1. p.2.tom.3.Anton.Faber in C.lib.4.tit.23.diffinit.9. num.3. in allegat. Petr.de Greg. de conceſſion. feudi par.2.q.10.nu.6.Cardin.Mantica dec.329.num.4.& de tacit.& ambig.conuent.lib.16.tit.17.n.35.vol.2. Cumia de feud.verbo Antiquis n.408.& 418.Intrig. de feud. centur.2.art.7.num.20.Cardin. Tuſc.concl. 52.litter. H. n. 37. vol.4.Molin.de iuſtit. & iur. diſput.216.nu.12.Lanari conſ.24.num.11.Peregr.conſ. 14.n.6.lib. 4.Menoch lib.3.præſump. 11. num. 16. Ant.de Amat. Part.II. Facebin.lib.6.controuerſ.iuris cap.32. 33. Aſin. de exequnt. §.7.cap.36.verſ.limitatur præcedens con-*

4 *cluſio.* Quòd ne dum quando † Creditor ſuccedit debitori procedit,ſed etiam quando debitor creditori ſuccedit ſi quidem eadem ratio æqualiter vtrumque caſum determinat. *leg.debitori, & ibi doctores omnes Cod. de pact. Roland. conſ. 65. nn. 15. lib. 2. Seraphin. dec. 842. numer. 4. Maſtril. deciſ.53.nu. 6. Milan.dec.13.numer. 9.lib.1. Gratian. diſceptat.203.n.1.vol.2.Roderic. de ann.reddit.lib. 2.q.19.n.1.6.*Nam hæredis bona inuentarij bene-

11 *Pactum à fratre, vel dotante appositum de dote restituenda sibi, vel suis, quando mulier de proprijs bonis dotatur, substinetur: quando in Vita non fuerit conquesta, vel ab intestato decesserit.*

12 *Pactum de dote restituenda dotanti, vel suis in casu dissolutionis matrimonij absque dotantis stipulatione, an sufficiat, vt mulier non poßit ad libitum de dotib. disponere?*

Quid in Patre, Auo, vel Extraneo? V. n. 13. & n. 15

14 *Extraneus dicitur in materia dotis dandæ, qui non est pater, vel Auus.*

ARGVMENTVM.

Pactum de dote restituenda dotanti, vel suis absque dotantis stipulatione, an sufficiat: ita vt mulier non possit de dote ad libitum disponere.

RESOLVTIO. LXIV.

1 Apertis iuribus Sancitum est dotantem extraneum conuenire posse † de sibi, vel suis, seu cui ius, & casus dederit redenda dote, dissolutionis matrimonii, & dotis restiturionis casu contingente, vel aliter, etiam circa modum quomodolibet leges apponere, & huiusmodi pacta attendẽda esse decernimus, si ab initio nempè tempore promissionis intercessisse constet, si à promissione dos habuit initium, vel traditionis tempore, si a traditione ceptum sit: sed non ex post, & ex interuallo, nisi ad id contrahentium consensus de nouo concurreret. *l. ex morte in fine C. de pact. conuent. l. final. §. Primo C. de iure dotium l. vnica §. accedit C. de rei vxor action. vbi Glos. Bartol. & alij Glos Bart. Bald. & Salicet. in dicta l. ex morte Iason in l. 2. in principio n. 8. ff. solut. matrim. Negusant. de pignor. in 4. membr. secundæ par. num. 27. Surd. cons. 255. nu. 10. 23. vol. 2. consil. 113. nu. 1. 2. 3. sequen. vol. 1. Ponte consil. 61. n. 21. 26. sequent. vol. 1. Angel. cõs. 209. n. 1. Gabri. consil. 58. n. 4. lib. 1. & consil. 79. n. 1. 2. Bald. Nouell. de dote par. 7. priuil. 11. limit. 10. Crauet. consil. 106. nu. 13. circa medium, & consil. 112. n. 12. Gratian. disceptat. 308. n. 14. 15. & disceptat. 565. n. 29. vol. 3. & disceptat. 759. Castill. Sotomaior. controuer. iur. lib. 3. cap. 10. n. 54. 55. Molfesius in Consuetud. Neapol. p. 6. q. 2. ex n. 19. Fontanella de pactis dotal. clausul. 5. glos. 10. p. 1. n. 2. 3. 5. 6. vol. 2. Mantica de tacit. & ambig. Conuention. lib. 12. titul. 32. n. 20. volum. 1. Mascard. de probation. conclus. 571. n. 1. sequent. Soccin. consil. 58. n. 9. vol. 1. Card. Tusch. conclus. 787. litt. D. vol. 2. & concl. 721. & conclus. 782. n. 19. eadem lit. D. Decian. cons. 2. nu. 56. 67. 84. vol. 5. Bero. consil. 47. n. 1. vol. 2. Gaspar. Anton. Thesaur. quæst. Forens. lib. 1. q. 63. nu. 1. 18. Polidor. Ripa obseruatio. 2. n. 3. 6. 7. Mastrill. dec. 74. Natta cons. 455. n. 10. Suarez consil. 1. nu. 278. 280. 281. 288. 289. Georg. alleg. 26. n. 1. Honded. consil. 4. n. 53. sequent. vol. 1. Paschal de viribus patri. potestate p. 2. c. 6. nu. 15. 16.* Idemque in patre (licet cum distinctione Plurium casuum) onus doti imponere posse. *text. in l. 1. §. accedit Co. de rei vxor. action. l. 2. §. quod si in patris, & ibi Ripa l. quoties l. si post dotem l. si socer. ff. solut. matrimon. Bald. cons. 89. lib. 1. Peregrin. cons. 79. n. 21. Moroci. consil. 19. n. 4. Lancellot. Gallia consil. 50. n. 75. Giurb. ad Consuetud. Messan. cap. 3. glos. 7. p. 1. a nu. 66. vbi respondet ad Corneum cons. 162. vol. 2. Cephal. consil. 743. Crauet. consil. 84.* aliosque passim declarat. & demum distinguit post prædictos. *Ramonius* (vir quidem doctissimus, & occulatissimus) *in consil. 1. n. 69. versic. & de huius. Fontanel. de pact. dotal. clauf. 5. glos. 10. p. 1. n. 34. vol. 2.*

2 Attamen huiusmodi pacta, & conuentiones † dotis restitutioni, etiam post illius constitutionẽ, & ex interuallo apponi posse non prohibetur; cum ab initio nuptialibus in tabulis, quibus dos promissa, vel constituta sit de apponendis inde conditionibus conuentum extiterit, siquidem, quod ex interuallo factum est, ex conuentione præambula, à principio factum censeatur *Petr. de Ancharan. consil. 7. in quæstione agitata in princip. nu. 3. & sequent. versic non obstat, quod declaratio Cardin. Tusch. concl. 721. n. 3. lit. D. volum. 2. Gabr. cons. 58. n. 13. 14. vol. 1.* Idem seruari posse † per dotãtem ante sequutum matrimonium, pactum huiusmodi de dote sibi restituenda apponere posse

3

com-

compertum est; esto quod post dotis constitutio-
nem id actum sit *l. quoties in fin. ff. solut. matrimon.*
Bald. in l. legem, quam n. 2. versic. alia lex dicit C. de
pactis, Doctores in l. post dotem vbi Bologuet. n. 41. ff.
solut. matrimon. Butrigar. in tract. de dote n. 6. Odof-
fred. de dote restituend. num. 5. Bartol. in dicta l. Quo-
ties in summario; fuisse resolutum in Rota in vna Ro-
mana dotis de Ballis 26. May 1612. testatur Farinac.
dec. 381. n. 3. p. 2. t. 3.

Onus tamen ex prædicto pacto restitutionis,
4 Primo † filiæ dotatæ, quæ intuitu dotis ex renun-
ciatione, vel statuti dispositione, à paterna suc-
cessione excluderetur, imponi non potest; quia
tunc, cum dos succedat loco legitimæ filia est ef-
fecta domina dotium, itaut potest de illa testare
pro libito, non obstante stipulatione, vel pacto de
dote redenda Patri, vel suis hæredibus, vel cui ius,
& casus dederit. Nam dictam promissionem, &
stipulationem, remittere, & relasciare tenentur
hæredes filiæ dotatæ, quatenus dos cum legitima
cōcurreret ne filia penitus omni sua legitima pri-
uaretur fuit originalis sententia. *Iacobi de Arena*
in l. vxore §. Pater naturalis ff. de legat. 3. quam re-
fert, & comendat Bald. in l. final. colum. 11. vers. sed
pone, quod statutum C. de dotis promissi. Ioann. Bat-
tist. de Sanct. Seuerin. in l. omnes populi in 6. quæstio.
principal. versic. an statuta recipiant interpretatio-
nem ff. de iust. & iure Bald. Nouell. de dote p. 6. pri-
uil. 17. colum. 2. versic. & prædicta conferunt ad sta-
tutum Rubeus in l. Pater filium 14. num. 162. versic.
quarta sit. conclusio ff. de in officios. testam. Laurus de
Palazolis in repetit. §. cæterum institut. de legit. agna-
tor. succession. fol. 19. in tract. de statuto, quod stanti-
bus masculis filia femina non succedat versic. quæro
modo stante statuto, quod agnati, qui vltra Roman. &
Bald. allegat. text. in l. si pater pro filia ff. de collat.
dot. Lucas de Penna magis communiter receptus in
l. vnica colum. penult. versic. hæc faciunt ad quæstio-
nem C. de impon. Lucr. de script libr. 10. Paul. de Ca-
stro consil. 370. nu. 2. lib. 1. & in l. Titio centum 70.
§. Titio Genero num. 8 ff. de condict. & demonstrat.
Deci. consil. 106. n. 3. lib. 1. Alexan. consil. 209. n. 20.
lib. 6. Soccin. consil. 75. n. 11. lib. 3. Viui. vulgata de-
cis. 9. qui testatur decisum in Sacra audientia Ba-
rensi *Angel. Aret. cons. 81. nu 27. Gabr. cons. 11. n.*
5. volum. 1. & cons. 116. nu. 30. eodem lib. 1. Bursat.
cons. 32. n. 65. lib. 1. Menoch. cons. 238. num. 54. 55.
56. vol. 3. Cuccus de legitima. §. nec vsu fructu defrau-
dari n. 5. fol. 108. Ancharan. q. 51. n. 3. lib. 2. Roder.
Suarez in repetition. l. quoniam in prioribus ampliat.
6. & 12. C. de in officios. testam. Ferdin. Vasquez de
successsion. lib. 1. §. 10. n. 259. Surd. de aliment. tit. 3. q.
1. n. 41. & titul. 9. q. 21. n. 9. Georg. allegat. 26. nu. 1.
2. Fontanell. de pactis dotal. claus. 5. glos. 10. p. 1. nu.
28. seq. 37. 38 sequen. & fuit per totum vol. 2. Brun.
in tract. quod stant. mascul. fæmin. non succedant art.
11. n. 48. 49. & 50. Bossi. de bonor. publication. n. 2.
in fine Caualcan. de tutor. & curator. n. 251 Gaspar.
Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. q. 63. Ponte cō-
sil. 65. n. 17. vol. 1. Cephal. consil. 245. nu. 31. Mer-
lin. de legitima. lib. 3. tit. 1. q. 9. n. 9. 30. & seq. Spi-
no de testament. glos. 4. n. 31. Milanens. dec. 8. à num.
398. & dec. 10. n. 21. 52. lib. 1. Petrus de Gregor de
dote de Paragio q. 35. n. 1. 2. vbi Mastrill. in additio.
Alciat. cons. 479. n. 12. Franch. decis. 196. Vrsil. dec.
160. n. 4. Surd. consil. 291. nu. 23. Cardin. Seraphin.
dec. 815. Gratian. discept. 556. n. 6. volum. 3. Fran-
cisc. Molin. de Ritu nuptiarum lib. 3. q. 31. n. 9. Phi-
lipp. Pascal. in tract. de viribus patri. potestat. p. 2. c.
4. nu. 190. fol. 198. Quod declaratur procedere,
5 † si tamen post mortem patris dotantis fieri con-
tingat dotis restitutio per morte filiæ dotatæ quo
tempore filiæ incipit deberi legitima, secus si pa-
tre dotante ad hunc viuente, decedat filia nam
substinetur stipulatio de ei redenda dote, & filia
de ea disponere prohibetur, etiam infra quanti-
tatem legitimæ. Nam licet conclusio sit in se ve-
ra, quod dos, quæ succedit loco legitimæ, non
possit patrem pergrauari pacto ad concurrentem
legitimæ quantitatem; ea tamen sano modo in-
tellecta procedit, vt non statim, quod dos à patre
data est, locum legitimæ obtineat: nam resultaret
absurdum, cum patre viuente, nulla debeatur le-
gitima, sed tum demum dos succedit loco legiti-
mæ, cum primum competit ius petendi legitimā,
quod est patre decedente tunc enim siue ad effe-
ctum imputationis, siue ad effectum retemptio-
nis, vel oneris reiectionis, siue petitionis, supple-
menti, dos sortitur naturam legitimæ, itaut de ea
idem, quod de legitima, sit iudicandum. Vnde
quoties per pactum dotale apponitur aliquod o-
nus restitutionis, quæ fieri debeat patri, illud nū-
quam reijcitur, cum effectum suum sorciatur vi-
uente patre, idest ante, quam inceperit dos ha-
bere naturam legitimæ: sed si patre mortuo, fiat
locus restitutioni dotis, quæ fuerit stipulata per
patrem sibi, vel hæredibus redi; tunc quia dos sor-
tita iam est naturam legitimę, non possunt hęre-
des eam petere, sed tenentur, vel remittere con-
dictionem filiæ, vel eius facto, & dispositioni ac-
quiescere infra legitimæ quantitatem, vel ipsam
legitimam soluere, *Deci. cons. 106. n. 1. omnino Bu-*
tri. consil. 9. n. 3. & per totum Capic. decis. 176. n. 11.
Cephal. consil. 256. nu. 59. lib. 2. qui alios allegat, &
in specie reprehendit *Socin. cons. 9. lib. 1.* & in istis
terminis nempe post mortem patris loquitur. *Vi-*
ui. dicta dec. 9. late Cardin. Seraphin. decis. 815. qui
testatur ita decisum in Rota Romana in vna Narensi
dotis. 12. Maij 1588. Cardinal. Tusch. conclus. 782.
num. 11. lit. D. volum. 2. Gabr. consil. 116. nu. 30. vol.
1. Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat.
15. C. de in officios testament. Mencha. de successsion.
Creation. §. 10. n. 265. Franc. Molin. de Ritu nuptiar.
lib. 3. q. 31. n. 9. fol. 250. Peregrin. cons. 79. n. 21. lib.
1. Morot. consil. 19. n. 4. 6. 7. 8. Farinac. decis. 708. n.
3. par. 1. tom. 2. Gratian. disceptat. 700. lib. 4. Fonta-
nell. de pact. dotal. claus. 5. gloss. 10. par. 1. n. 32. se-
quent. vol. 2. & in terminis dotis de paragio sentie-
runt *Cumia in capit. si aliqui verbo maritata a n. 96.*
& sequ. Franch. dec. 618. lib. 4. Cauet. in dicto cap. si
aliquem fol. 314. vers. sed quantum sit ista dos à nu.
6. & sequent. Neapodan. in Consuetud. si moriatur in
versic. eas, in glossa in verbo paragium vbi Anton. de
Alexand. Ponte cons. 65. per totum libr. 1. & consil.
74. nu. 6. Loffred. cons. 26. per Mastrill. in addiction.
ad Petrum de Gregor. de dote de Paragio q. 2. lit. A.
6 *quam pulchram dicit distinctionem:* vel nisi filia † vl-
tra legitimam fuerit dotata. nam poterit onere
resti-

restitutionis, vel alio à patre libere grauari; etiam quod contingat filiam decedere post patris obitum; vnde prohibetur pro ea parte legitimę quantitatem excedente quoque disponere Bart. in leg. Lucius §. maritus ff. ad Trebellian. quem omnes sequuntur Oldrad. consil. 132. titius habens nu. 5. versi. nunc autem de tertia. Phanuc. de dote Gloss. 10. n. 59. Cagnol. in l. final. C. de pactis nu. 102. Bald. consil. 59. super secundo lib. 2. consil. 281. quidam Seren. Cola. n. 2. versic. nec obstat, & consil. 282. Pater habens lib. 3. Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus ampl. 12. n. 1. 2. C. de in officios. testamen. & consil. 1. num. 279. 292. Gabr. consil. 92. n. 15. lib. 2. & cons. 116. n. 9. & 29. vol. 1. & consil. 119. nu. 49. vol. 2. Cephal. consil. 22. num. 2. consil. 56. n. 18. vol. 1. Surd. consil. 255. n. 20. consil. 391. nu. 23. libr. 2. Vasquez de succession. creation §. 10. n. 259. Viui. dec. 9. & Latius decis. 238. vbi testatur decisum in Sacra Audientia Apuliæ Caualcan. decis. 29. n. 29. p. 3. Morot. consil. 19. nu. 8. Crass. de legitima q 41. n. 4. Gaspar. Anton. Thesaur. lib. 1. quæst. forens. q. 63. n. 5. Rendina impromptuario iuris tit. 33. de dote n. 2. Polidor. Ripa obseruat. 22. n. 5. Mastrill. ad Petr. de Gregor. de dote de paragio q. 35. Cardinal. Tusch. concl. 782. litt. D. n. 17. volum. 2. Natta consil. 455. n. 10. Gratian. dec. 4. nu. 66. Milanens. dec. 10. nu. 21. lib. 1. Cardinal. Seraphin. decis. 815. n. 2. Spino de testament. Glos. 19. a. 74. Peregrin. consil. 79. nu. 8. 18. 21. lib. 1. Farinac. dec. 381. nu. 4. par. 2. to. 3. & dec. 511. Marescot. variar. resolution. lib. 1. c. 28. nu. 1. 2. Fontanell. de pactis dotal. claus. 5. glos. 10. p. 1. n. 28. 29. & sequent. vol. 2. Mangil. de imputat. & detract. q. 16. n. 12.

7 Quæ procedere dicendum est, nisi † oneri dotis restituendæ per patrem impositi ei fiendæ, vel cuius dederit, ita vt filia non posset nisi de certa dotis summa disponere, vel aliter grauata filia per quietationem, vel renunciationem expressè tali conuentioni, vel oneri consenserit vel onus agnouerit: quia tunc substinebitur huiusmodi onus, etiam quo ad summam legitimæ, & in tota dote in eius præiudicium, & suorum hæredum, vt non possit vltra summam conuentam, & in pactum deductam disponere. vt post Cinum Iacobum de Arena. Bald. & Salicet. in l. Auia C. de iure dotium, & Boeri. consil. 50. dixit Milanens. dec. 10. n. 26. 27 sequent. lib. 1. & dec. 8. nu. 395. sequ. eodem libro. Castrens consil. 370. nu. 2. lib. 1. Menoch. consil. 1285. n. 9. & latius in addition. ad præsumption. 96. lib. 4. Barbosa in l. 1. p. 4. n. 136. ff. solut. matrimon. Seraphin. decis. 815. in fine Aluar. Velasc. dec. 130. n. 3. 4. 5. Georg. allegat. 26. nu. 4. Merlin. de legitima lib. 3. tit. 1. q. 9. nu. 43. Ramonius consil. 1. sub n. 69. in fine vers. quod si filia.

Secundo pacto, & onere prædicto non obstan-
8 te de dote restituenda, potest soror, vel filia † dotata de suis dotibus disponere ad libitum, quando a fratre, Patre, vel ab extraneo, de bonis propriis mulieris, vel ei quomodolibet debitis dotaretur, quamuis pactum de dote eis, vel suis restituenda fuerit oppositum muliere sine filiis decedente; nam tunc tale pactum mulieri non nocet: quin rextare, & disponere de suis dotibus possit, quatenus importat quantitatem dotium propriorum bonorum, & tenentur hæredes remittere tale pactum, vel ius stipulationis, veluti si à fratre de bonis communis patris dotaretur, vel de bonis maternis, vel dos à patre fuerit filiæ legata, vel ab extraneo, aut esset dos aduentitia, quam pater redi sibi, vel suis stipulare neque potest. Lucas de Penna in l. prima colum. antepenultim. versic. hæc faciunt ad quæstionem C. de impon. Lucr. descri. lib. 10. Bald. in l. si Auia n. 10. C. de iure dotium, & consil. 479. n. 3. vers. & hoc pertinet lib. 4. & consil. 2. n. 2. lib. 3. Ripa in l. 1. num. 54. ff. solut. matrim. Loffred. consil. 26. nu. 34. 35. Ancharan. 434. Deci. in l. pactum nu. 8. C. de collation. & consil. 229. col. 3. vers. tertio non videtur obstare renuntiatio post Paul. de Castr. consil. 174. colum. 2. in princip. vol. 1. Afflict. in Consist. fratribus notab. 2. q. 2. Franc. decis. 196. qui testatur decisum, & decis. 491. Boeri. consil. 50. nu. 10. Vincent. de Anna allegat. 116. nu. 2. p. 2. Menoc. libr. 3. præsumpt. 10. nu. 24. Milanens. dec. 10. n. 24. lib. 1. Suarez in l. Quoniam in prioribus ampl. 12. nu. 1. C. de in officios. testamen. Petrus de Gregor. de dote de paragio q. 35. n. 3. Viui. decis. 9. Surd. consil. 113. Gaspar. Anton. Thesaur. lib. 1. q Forens. 63. n. 13. Gratian. disceptat. 556. nu. 2. 5. 26. & discept. 769. nu. 27. 28. & sequent. lib. 4. Peregrin. de fideicommiss. art. 42. nu. 51. & consil. 79. n. 21. 28. vol. 1. Muta super Consuetud. Panormit. c. 47. nu. 18. Cardinal. Tusch. conclus. 782. litt. D. nu. 18. vol. 2. Francisc. Molin. de Ritu nuptiar. & pact. dotal. lib. 3. qu. 31. per tot. Greg. Lopez l. 30. Gloss. final. tit. 11. part. 4. Barbosa in l. 1. par. 4. num. 135. ff. solut. matrim. Anellus de Amatis cons. 54. nu 4. Manzil. de imputation. q. 17. nu. 28. Philipp. Pasch. in tractat. de viribus patri potestate p. 2. cap. 4. num. 191. folio 198. fuisse resolutum in Rota Romana in vna Asculana dotis Lunæ 18. Aprilis 1616. testatur Farinac. decis. 710. n. 1. p. 1. to. 2. qui ad hoc quoque allegat. Iasonem cons. 127. nu. 5. lib. 1. & Soccin. Iun. cons. 27. n. 5. 6. lib. 1. Morot. consil. 19. nu. 4. 6. 7. 8. Castill. decis. 25. n. 10. Fontanell. de pactis dotal. claus. 5. gloss. 10. p. 1. nu. 9. volum. 2. Similiter, & quando frater
9 † teneretur ex forma statuti dotare sororem exclusam, vt in dote de paragio, ex dispositione nostrę constitutionis in aliquibus non potest stipulare dotem sibi redi: Bald. in l. final. num. 30. C. de dot. promission. & in l. Agnita C. de iure dotium nu. 10. & consil. 150. n. 3. volum. 5. Paul. de Castro consil. 265. colum. final. vol. 1. Alexan. consil. 140. vol. 2. Petr. de Gregor. de dote de paragio q. 35. num. 1. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 42. nu. 51. & consil. 79. n. 26. lib. 1. Gratian. discept. 65. n. 3. Cardinal. Tusch. concl. 782. nu. 10. litt. D. vol. 2. Menoch. libr. 3. præsumpt. 10. nu 24. Cauagnol. in decreto Montisferrati 73. §. 5. q. 2. Thesaur. lib. 1. quæst. Foren. 63. n. 13. Barbos. in l. 1. p. 4. nu. 135. 136. ff. solut. matrimon. Insu-
10 per, & præsumitur fratrem, † vel extraneum dotasse de bonis propriis sororis, vel mulieris, si bona materna, vel paterna adhuc inter eos essent cõmunia, vel eorum administratio penes eos existeret tempore dotationis. l. final. C de dotis promission. Bald. in l. Nesennius ff. de negot. gest. Ancharan. cons. 203. Mascard. de probation. conclus. 333. n. 14. conclus. 571. nu. 12. conclus. 813. num. 3. 4. 5. sequent. Gratian. disceptat. 556. n. 26. 27 Mandel. consil. 12. num. 1. cons. 456. nu. 2. lib. 4. Bursat. cons 450. num. 21.

num.2 t.22. Soccin. conf. 135. volum. 1. Deci. conf. 66. in fine. Vrsill. decis. 178. n. 13. Surd. conf. 119. n. 25. 26. conf. 324. n. 11. Afflict. in Constit. in aliquibus n. 22. sequent. Cumia de feud. verbo maritata n. 428. Menoch. de arbitrar. casu 88. nu. 46. & libr. 3. præsumpt. 16. in princip.

Declaratur tamen, quod dictum est pactum appositum dotis restitutioni, quando mulier de proprio dotatur, non sustineri fauore fratris, vel al-
11 terius dotantis procedere quando † mulier viuēs de dicto grauamine pacti dotis restituendæ conquesta fuerit, vel reclamauerit, aut moriens sine filijs de dotibus prædictis testaret; secus si ab intestato decedat, vel aliter conquesta non sit; quia tunc videtur decessisse taliter dotata sub huiusmodi pacto, & onere apposito super eius bonis. *Vincent. de Franch. decis. 491. Castill. decis. 25. nu. 11. Torus in compend. decision. Verbo Pater 1. Canceri. variar. resol. lib. 3. cap. 2. nu. 200. 201. 202.* vbi testatur decisum in illo Senatu *Flauius Amendula in addition. ad Franc. decis. 196. n. 1.* quicquid dixerit *in addition. ad dictam decis. 491.* vbi fuisse allucinatum *dixit Giurba in Commentar. super Consuetud. Messan c. 3. glossa 7. p. 1. nu. 78. Fontanell. de pactis dotal. clausul. 5. glos. 10. p 11. nu. 10. 27. volum. 2. fol. 213.* Qui *n. 12. & sequentibus* id etiam declarat non procedere, quando soror, & si de bonis propriis dotata pacto, & oneri a fratre adiecto expresse consenserit, adinstar dicta de Patre *supra nu. 7.* quia tunc pactum sustineretur ad sororis præiudicium: nam id, quod dictum est fratrem eo casu non posse apponere pactum, intelligendum sit in vita mulieris secus si expresse consentiente, & de certa summa sedis, posituram conueniēte, ceteris renuntiando, cum quo concordat. *Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 31.*

Sed difficultas fieri potest in materia. *ex l. cum maritus 29. §. fin. ff. de pact. dotal.* vbi dicit *textus* quod mulier de dote, quam dedit pacta est, vt si in Matrimonio decessisset fratri eius redderetur, isque in eum casu stipulatus est, mulier quasdam res dotales decedens marito legauit; Quæsitum est an maritus earum rerum nomine, quas legauit mulier, fratri teneatur respondi nihil proponi eur non teneretur.

12 Ex quo textu, † data est occasio dicendi; quod frater, vel extraneus tunc habet actionem pro restitutione dotium legatarum pet vxorem viro, vel alijs; quando ipse frater, vel extraneus stipulatus est restitutionem dotis aliàs; secus.

Et quid sit in patre vel auo dotante, vel quan-
13 do † dos à Patre filiæ constitur, vel ab Auo simplex pactum non sufficiat pro dotium restitutione: sed eorum requiratur stipulatio. Et hanc differentiam inter patrem, & alium dotantem extraneum considerant. *Doctores in proposito l. Auia C. de iure dotium vbi Glossa Bart. Bald. & Communiter Doctores. Oldrad. conf. 132. nu. 1. Cardinal. Tusch. conclus. 782. n. 1. litt. D. volum. 2. Francisc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 31. nu. 9. & q. 59. num. 6. Cephal. conf. 713. n. 32. 33. Bald. Nouell. de dote p. 6. priuileg. 64. nu. 1. Constan. Roger. de dote rubric. dotal. constitut. nu. 24. vers. 6. Intrigliol. sing. 89. n. 80. lib. 3.* ea potissimum ratione, quia talis contractus dotis est necessarius ipsi patri, qui tenetur ad talem Contractum ineundum fauore ipsius filiæ. *l. final. C. de dotis promission. & l. qui liberos ff. de ritu nupt.* ideo non videtur esse æquum, quod Contractus causatus ex præambula obligatione patris, vestiat cum eius coherentia tale pactum citra stipulationem. licet secus sit, in extraneo dotante vt infra dicam.

Tamen fratri vel alio extraneo dotanti, cum
14 improposito extraneum †, intelligimus omnem, citra parentem per virilem sexum ascendentem, & in potestate dotatam personam non habētem *l. vnica §. extraneum C. de rei vxor. action. Gabr. cōs. 146. nu. 19. vol. 2. Mandell. conf. 456. num. 2. lib. 4. Menoch. conf. 771. num. 2. vol. 8. Hondcd. conf. 91. an. 82. ad nu. 85. lib. 1. Gratian. discept. 769. num. 2. lib. 4. Surd. conf. 131. nu. 30. & conf. 534. n. 4. Fontanell. de pactis dotal. clausul. 5. glos. 10. p. 1. num. 7. 8. vol. 2. Marta de succession. legal. p. 3. quæst. 4. art.*
15 *5. nu. 13. fol. 940.* solo pacto † vel stipulatione sororis, vel mulieris acquiritur ius, & actio; etiam si ipse dotans non fuerit stipulatus, & non potest in eius, & suorum præiudicium mulier reuocare, nec legare viro: Nam tunc pactum nudum appositum iuxta contractum, vestitut eius coherentia, ex quo non est fratris vel extranei onus, dotem constituere; vt in patre, vt supra. Et sic ipsum cōtractum, & eius veterem actionem informat, vt detur actio ex eo contractu ad id, quod in pacto deuenit, & nouam parit actionem præscriptis verbis, vt benè dixit *Bald nouell. & Constant. Roger vbi supra. Becci. consil. 76. nu. 9. versic. 4.* vbi ita adducit & intelligitur *textum in dicto §. final.* quasi quod obiter *in dicto textu* adiiciatur stipulatio fratris ex contingentia facti, non quod de substātia requiratur. *Item Viui. decis. 245. num. 9. lib. 2.* clarè ex multis dicit, quod mulier nequit de dote testari, quando ex pacto statuto vel consuetudine est aliis applicanda, & sic non requiritur stipulatio alterius *Franch. decis. 196.* vbi licet in casu suo addatur stipulatio fratris; tamen ipse non facit vim in stipulatione: sed in pacto, dum dicit, quod vxor potest apponere legem, quam vult, & clarificatur *ex eodem. Franco decis. 491. in princip. & num. 2.* & sumitur *ex Petr. de Gregor. de dote de Paragio quæst. 35. nu. 2. versic. quin immò. item Cagnol. in l. final. C. de pactis nu. 99. & sequent. & 225.* latè agit de hac materia, & loquitur clarè, quando ex speciali cōuentione, vel pacto dos, vel pars eius alteri certis casibus esset debita, vel promissa, quod tunc non potest vxor testari de dote, instituendo maritum, vel alium; quia est applicata ex vi pacti, & contractus, & allegat. *text. in dicto §. final. & Bald. in l. pro hæreditariis. colum. 2. C. de hæredit. action. & alios* est bene verum; quod *Cagnol.* postea loquitur de statuto, & etiam confundit, & miscet conuentionem, & stipulationem. *Gratian. disceptat. 556. nu. 1. versic. non obstat vol. 3. & disceptat. 769. lib. 4.* qui licet supponat stipulationem pro fratre dotante, hoc est per contingens facti, de quo agebatur non per necesse, prout etiam *in disceptat. 251. nu. 36. vbi allegando text. in dicta l. cum maritus §. final.* nullam vim facit in stipulatione: sed in conuentione & pacto.

Arctin.

Aretin. conf. 74. col. 5. in fine versic. pro ista conclusione adduco casum singularem num. 9. in fine Soccin. conf. 127. Versi. quod autem ipsemet lib. 1. Roland. de lucro dotis quaest. 82. Barbosa in l. quae dotis 34. à n. 95. ad num. 103. ff. soluc. matrim. vbi latè Bal. in l. Auia in princip. C. de iure dotium Molin. de pactis nuptial. lib. 3. q. 31. Decian. conf. 2. num. 56. & 66. vol. 5. vbi quod sufficit simplex pactum de dote restituenda *per text. in l. Auia Cod. de iure dotium* per quem requiritur stipulatio, quando tantùm à patre, vel Auo dos progreditur; *& l. 1. §. accedit C. de rei vxor. act. Mandell. conf. 50. Surd. conf. 113. in princip. & nu. 1. vsque ad n. 5.* vbi citat plures semper loquitur de pacto: & licet quandoque misceat de stipulatione, tamen semper se fundat & facit vim in pacto *& Surd. citat Viui. dicto loco & conf. 572. nu. 26.* qui de statuto loquitur: sicut & in statuto loquitur *Thesaur. decis. 34.* arguēdo de statuto ad pactum *& Bald. Nouell. de dote p. 6. priuileg. 64. num. 1.* vbi quod sufficit pactum *Boer. decis. 353. nu. 15. curia finem ex Romano conf. 26. & idem Boeri. conf. 50.* optimè loquitur de matre, fratre, patruo, vel extraneo dotante; & tandem *num. 50. concludit: quod vxor non potest de dote* testari, instituendo maritum, etiam stante sola conuentione, & etiam stante pacto nudo *per text. in dicta l. Auia vbi Bald. Salic. & alij C. de iure dot. Morroc. conf. 19. Osasc. decis. 20.* qui clarè loquitur quando dos est alteri applicata vigore contractus, quod vxor non potest testari, & allegat *dictum §. fin. & Bald. dict. loco Cagnol. Roland. & alios* & nihil dicit de stipulatione *Milanens. decisio. 10. per tot.* & tandem *n. 41. lib. 1.* dicit, quod quādo adest conuentio, & pactum, quod dos certis casibus alteri redatur, tunc vxor nō potest instituere virum de toto, nec de parte, & allegat. *Claud. Cagnol. & Surd. dictis locis & prius num. 24. obiter citas Boer. dicto loco Fontanell. de pactis dotal. clausul. 5. Gloss. 10. p. 1. nu. 15. 16. 17. vol. 2.* nec vim facit in stipulatione, & affert *text. in dicto §. final.* & secundum praedicta: ita pro donna Catherina de Homodeis, & Bononia resolutum vidimus.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in Integrum conceditur minori aduersus sententiam.*

2 *Restitutio in integrum an concedatur maiori aduersus sententiam contra eum prolatam ex processu, & iudicio incepto tempore minoris aetatis. & n. 3. 4. 7. & sequent.*

Quid si minor iudicium instituens ab initio esset in angustia temporis positus, ita vt vsque ad conclusum, dando terminos necessarios iuxta naturam causae, maior, efficeretur. n. 5.

Quid in minore conuento. n. 6.

8 *Initium spectandum est, & non finis, quando finis habet necessarium antecedens cum principio, secus si non necessariam, sed voluntariam habeat consequentiam. n. 12.*

9 *Finis est de esse principiati, sicut pars de esse totius, ideò spectatur initium sicut fundamentum.*

10 *Initium praedominat in sequentibus.*

11 *Initium attendi debet vbicunque, quid in exequutionem praecedentis actus fit.*

13 *Restitutio in Integrum conceditur maiori aduersus sententiam contra eum latam, si calliditate aduersarij, vel Iudicis culpa ad tempus maioris aetatis fuerit protelata causae conclusio, vel sententiae prolatio, iudicio cum minore incepto & n. 14.*

15 *Terminus restitutorius an concedatur post conclusionem in causa a maiore, factam, iudicio tamen tempore minoris aetatis incepto.*

16 *Minor mulier, & alia persona de Iure restituibilis aduersus probationes, post conclusum in causa in tela Iudicij restituuntur.*

17 *Causae conclusae in Magna Curia sedis ciuilis non ber modiciantur.*

18 *Causae conclusae in Tribunali Regij Patrimonij non bermodiciantur.*

19 *Causae conclusae in Tribunali Consistorij bermodiciātur, praeter pheudales. n. 20.*

20 *Priuilegium concessum inferiori non censetur concessum superiori.*

21 *Caussae ciuiles conclusae in Magna Curia sedis criminalis, & causarum delegatarum non transeunt in bermodicium, & sequent. & num. 27. & sequent. & num. 48.*

22 *Mandatam iurisdictionem suscipiens proprium nihil habet, sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur.*

23 *Delegatus dicitur ordinarius, qui non pro suo imperio agit, sed pro eo cuius mandato ius dicit.*

24 *Iurisdictio saecularis remanet, quamuis sit delegata, & de mandata Clerico, vel Episcopo.*

26 *Nominatio separata arguit diuersitatem rei.*

28 *Ordinarius non efficitur delegatus ex commissione causae a Principe eidem facta, quando illa causa antea spectabat ad illum ordinarium cum Collegis ex propria natura sui offitij: quia tunc dicitur excitata iurisdictio ordinaria, & n. 29.*

30 *Iudex Criminalis nō potest principaliter se intromittere in causis ciuilibus, sed tantum incidenter.*

31 *Magna Regia Curia Sedis Criminalis habitu dicitur habere iurisdictionem in causis ciuilibus ex natura officij: licet non actu ex diuisione Iudicum M. R. C. quae per Proreges in Regno fit.*

32 *Iurisdictio omnis residet, & radicata est in Principe, & ab eodem profluit, & refluit.*

33 *Magnae Curiae diuisio, quae fit per Proreges in Regno iudices in causis Ciuilibus, & Criminalibus separatē constituendo, fit pro faciliori causarum expeditione, & dicitur tantum diuisa administratio, & non iurisdictio, quae quo ad habitum est indiuidua.*

Consilium vnicum dicitur, licet fuerit diuisum in plures aulas ratione facilioris expeditionis negotiorum. n. 33.

34 *Delegatus a Principe, sicut delegatus a lege, propriam dicitur habere iurisdictionem.*

35 *Iudices M. R. C. Sedis criminalis, & causarum delegatarum in Regno, stante reformatione Tribunalium, dicuntur delegati a lege vnde in causis ciuilibus dicuntur ordinarij.*

36 *Ordinarius Iudex quis dicatur.*

37 *Delegatus ad Vniuersitatem causarum ordinario aequiparatur.*

38 *Idem iudicatur de iurisdictione prorogata, & de sententijs eius vigore latis, quod de sententijs latis vigore propriae iurisdictionis; ita vt si ab vna*

non

non appellatur, nec ab alia appellari potest.

39 *Iurisdictio M.R.C. Sedis Criminalis in causis ciuilibus fuit augmentata, & prorogata per Capitulum Regni.*

40 *Iurisdictio prorogari potest a lege etiam viua, hoc est a Principe.*

41 *Iurisdictionem ordinariam dicitur habere Iudex, cui sub nomine officij fuit demandata alicuius causæ cognitio, & quando n.42.*

43 *Controuersia nominum est relinquenda pertinacibus.*

44 *Abusiuum nomen non inficit, sed veritas, & essentia rei est attendenda.*

45 *Nominatio diuersa non arguit diuersitatem rei, nisi accedente diuersitate substantiæ.*

46 *Nominatio diuersa arguit diuersitatem rei in dubijs.*

47 *Nominatio diuersa diuersitatem rei non probat, cum ex alijs constat vnicam rem, vel idem corpus esse.*

49 *Caussa conclusa in Tribunali Sancti Officij non hermodietentur.*

50 *Turnus nihil aliud est, nisi omnimoda administrationis, & iurisdictionis partitio.*

51 *Vidua, Pupillus, & alia miserabilis persona forum Principis eligentes, priuilegio legis vnicæ. C. quando Imperator inter pupillum, & viduam, etiam si vidua nubat, pupillus maior effectus sit, vel miserationis priuilegium cesset, in foro Principis adhuc earum causa remanet & n.54.*

52 *Cessante caussa, non cessat effectus iam consumatus, si alicui ex eo ius quæsitum est, nisi causa successiua, sine momentanea successiuum producat effectum. num. 53.*

55 *Causa incepta cum maritata, licet postea effecta sit vidua, causa erit appellabilis, & è conuerso causa incepta per viduam, vel contra viduam postea cōnolantem, causa est in appellabilis. & n.57.*

56 *Mutatio fori post litis contestationem non mutat instantiam, nec respectu causæ, nec respectu exequutionis.*

58 *Causa viduæ an sit appellabilis, si ea Actrix sit, & non conuenta; vel si succumbuerit. & num.59. & sequent.*

59 *Priuilegium causæ summariæ a ritu concessum est causis, & non personis.*

60 *Appellatio quando prohibetur vni ex litigantibus, censetur etiam alteri parti prohibita.*

61 *Causa ne dum ab Actore, sed etiam à Reo denominatur.*

ARGVMENTVM.

In integrum Restitutio aduersus sententiam prolatam tempore maioris ætatis an concedatur Iudicio cum minore incepto. Idemque in termino restitutorio, si conclusionis tempore minor maior factus sit, atque ideo semper in Iudicijs initium sit spectandum, & quando ad interpretationem Capitulorum Ritus 172. 184. 133. & 139.

RESOLVTIO. LXV.

1 Duersus sententiam † diffinitiuam, eiusque exequutionem restitutionis in integrum beneficio iuuari minorem læsum cuique constat. *l. prima. & tot. tit. C. si aduers. rem iudicatam l. præfecti & l. sequent. ff. de minor. cap. 1. de restitution. in integrum in 6. cap. suscitata cod. titul. Sforz. Odd. de restitution. in integrum q.72. art.1. & art. 4. nu.66. & q.43. n.1. & 55. Turret. cons.54. num. 3. lib.3. Bursat. consil.101. n.25. Surd. cons.79. n.13. Morla in empor. iuris. titul. de restitut. in integrum q. 3. nu.*

2 *12. & sequent.* Sed dubium quid † in minore restitutionem petente aduersus sententiam prolatam ex processu, & iudicio cum eo incepto tempore minoris ætatis, eo iam effecto maiore: in quo magis probatam sequendam esse Sforzię distinctionem *de restitut. in integrum quæst.72. artic. 5. a nu.76. & sequent.* censuimus. Etenim aut maior

3 factus † prætextu iniustitiæ ipsius sententiæ restitutionem petit, & non esse dandam restitutionem probat *text. in l.3. §.1. ff. de minor.25. annis.* ea potissimum ratione; quia contra eum iam maiorem factum lata fuit. vnde non potest de sua imprudentia rectè conquerere, quod iudicari permiserit antequam Iudex melius de actis, & processu fuerit instructus. quod comprobatur *ex l. 1. C. si aduersus rem iudicatam. Ita Sforz. dicto art. 5. nu.78. Francisc. de Caldas Pereyra in repetition. l. si Curatorem verbo implorare nu.50. fol.157. Maurit. de restitut. in integr. cap.196. Vrsill. decis.210. n.2. 3. Mastrill. decis.268. n.5. lib.3.*

4 Aut aduersus sententiam † prætextu erroris proprii petita est in integrū restitutio, ex eo quod in processu non probauerit, quæ probare debebat. Et hoc distinctionis membrum subdistinguit *Sforz. dicto num.78.* Quod aut fuit conclusum in causa post quam ipse maiori factus est, & cum iam maiori factus probationibus per conclusum tacitè renuntiauerit, sibi imputet, quod ita voluerit errorem, & defectum probationum ita renuntiando confirmare. *Bart. Bald. & Alberic. in dicta leg.3 §.1. ff de minor. & faciunt dicta per eumdem Sforziam q.25. n.62.*

Ego verò id duobus modis congruè declarari

5 posse dico Primo † vt non procedat, cum minor est actor, & ab initio litis vsque ad conclusum adeò esset in temporis angustia positus, vt dando terminos reo iuxta naturam causæ ab initio litis necessario conclusionis tempore maior efficeretur; tunc enim omnino restitutio indulgenda est aduersus inde latam sententiam tempore maioris ætatis, non obstante cōclusione eo tempore maioris ætatis facta; cum tunc ea conclusio habeat necessariam consequentiam ad actum factum in minori ætate, & initium est spectandum, vt infra subnectam. Secundo declaratur

6 † restitutionem concedendam etiam quod fuerit conclusum per minorem tempore maioris ætatis, cum minor maior factus conclusionis tempore

pore conuentus esset, & non actor, & consequēter non teneretur causæ expeditionem, & conclusionem curare fieri tempore minoris ætatis; & tunc cum aduersarij calliditate, & malitia fuerit causæ cōclusio protelara ad tempus maioris ætatis, omnino minori conuentus restituendus venit ex inferius constitutis *ex l. 3. §. 1. ff. de minorib.*

7 Aut fuit conclusum eo † adhuc existente minorē, licet inde maior fiat tempore sententiæ; cum causa in M.C. conclusa non hermodicietur, & tunc restitutionem concedi concludit *Angel. in dicta l. 1. in fine & Aretin. per illum textum C. si aduersus rem iudicatam. Iacob. de S. Georgio ibi num. 10. Fulgos. in l. 1. num. 1. ff. de minor. quos sequutus est Sforz. dicto art. 5. sub num. 78. Francisc. de Caldas Pereyra in repetition. dicte l. si curatorem verbo implorare nu. 50. Maurit. dict. cap. 196. col. final. (quamuis Glos. in dicta l. prima in verbo iudicij Cod. si aduersus rem iudicatam* in contrariam in hoc descenderit sententiam, dùm vult, quod denegetur restitutio, etiā si vsque ad vltimum diem minor quis fuisset, & in prima die maioris ætatis sententia proferretur) etenim cum tunc sententia licet lata in tempore, quo minor iam maior effectus est, dependeat à gestis in minori ætate, cum probationes omi-
8 serit, vel aliquid aliud, & sic † finis habeat necessarium antecedens cum principio, tunc principiū spectandum esse indubitatum est *Afflict. dicta decis. 210. Maurit. dicto cap. 196. colum. final. & Caldas Pereyra dicto num. 50. Ponte decis. 21. num. 19. Ancharan. consil. 28. nu. 6. 7. versic. & per ista non obstant Cardinal. Tusch. conclus. 703. nu. 16. 17. & sequent. litt. P. Anton. Faber. in C. lib. 3. tit. 19. de in officios. testam. definit. 23. n. 20. in allegatis Surd. decis.*
9 *297. nu. 12.* nam est † de esse principiati, sicut pars de esse totius, & spectatur sicut fundamentum. *Ol-*
10 *drad. consil. 200.* Et † prędominat in sequentibus.
11 *Menoch. consil. 148. n. 21.* quemadmodum initium † attendi vbicumque quid in exequutionem præcedentis actus sit probāt *Ancharan. consil. 28. n. 3. Bald. consil. 153. 154. lib. 4.* Secus si actus gestus in ma-
12 iori ætate † necessariam consequentiam non haberet ad actum in minori ætate gestum, sed tantummodo voluntariam, puta si à minore quid promissum sit sub conditione potestatiua, quæ tēpore maioris ætatis implemētum habuerit, vel si minor hęreditatem adijsset, & factus maior legata exoluisset: quia tunc restitutionem non competere probat. *Sforz. de restitut. q. 25. art. 6. n. 62.*

Planè, & si in superioribus conclusum sit aduer-
13 sus sententiam † restitutionem non dari maiori effecto tempore sententiæ prolatæ, procedere intelligas, nisi calliditate aduersarij id actum esse probaretur, etiam si leuior in hoc aduersarij suspicio, calliditatis sit, quod eius dolo vsque in maiorem ætatem minoris, & ferendæ sententię tempus Iudicium protractum sit. Quod idem *Vulpia.* statuit *in dicta l. 3. §. 1. ff. de minor. l. intra vtile ff. codē Sforz. dicta qu. 72. artic. 5. num. 79. & quæst. 25. ar. 4. nu. 32. Francisc. de Caldas Pereyra de restitution. in integrum verbo implorare num. 50. fol. 157. Maurit. de restit. in integr. cap. 196. Molfes. in Consuetudin. Neapolitan. tom. 1. part. 4. de Successión. ab intestato*
14 *quæst. 6. n. 4.* Quod autem ibi Iuris Consultus † sub-

Ant. de Amat. P. II.

dit de aduersarij calliditate, extendendum quoque est ad factū Iudicis, si id eius facto, & culpa quoque eueniat *ex Afflict. decis. 210. n. 5. Francisc. Caldas in dicto verbo implorare sub n. 50. Giurb. dec. 82. n. 10. Molfes. in dicta q. 6. n. 4.*

Prædicta omnia, in quibus firmauimus minorem maiorem iam effectum tempore prolatæ, & deffinitę sententiæ non restitui, vel restitui secundum distinctiones prædictas. Amplia procedere,
15 † nè dum in restitutione obtinenda aduersus sententiam; sed etiam aduersus probationes post conclusum fieri omissas insistendo distinctioni Sforzę locis præcitatis quemadmodum profitetur. *Afflict. decis. 210. Lancellot. de attentat. c. 4. limitat. 20. n. 13. & alij supra.*

16 Quod tum in minore procedit, qui † aduersus probationes in tela iudicij omissas, regulariter post conclusum restituitur; quemadmodum quælibet alia restituibilis persona de iure *Surd. consil. 79. n. 1. 2. & sequent. Gabri. de minor. concl. 1. Thesaur. decis. 240. n. 3. Farinac. q. 75. num. 444.* & post omnes probauit *Giurb. decis. 1. num. 3. 4. & 5.* tum etiam in muliere *ex Constitutione obscuritatem vbi Iserna. & Afflict. decis. 216. Cumia ritu 39. num. 45. 46. Franch. decis. 284. Castill. decis. 23. nu. 21. 22. 23. & est c. ritus 171. Viui. decis. 127. num. 10. Sforz. de restitut. q. 10. ar. 6. Intrigliol. decis. 25. n. 5.*

Cumque in superioribus dictum sit sententiam quandoque proferri in maiori ætate, quamuis cū minore inceptum, vel Conclusum sit Iudicium, id in supremis nostris Tribunalibus de facili contin-
17 git, † in quibus causę conclusę non hermodiciantur, vt de causis in Magna Curia conclusis *est cap. ritus 184.* vbi moderni quemadmodum exemplo
18 † Magnæ Curiæ, nec hermodiciantur causę conclusę in Tribunali Regij Patrimonij vigore actus Vicetegij de Anno 1552. vltimo Augusti. Quod Tribunal Magnam Curiam rationū appellamus, vt testatur *Prouinzal. ad Bertacch. In verbo instantia:* Quicquid sit in Tribunali Consistorij, in quo
19 † causas præter feudales hermodiciari expeditissimum est, (quamuis inter nostrates olim fuerint opiniones hinc inde); quia preeminentia ista est restricta ad Magnam Regiam Curiam, & Priuile-
20 gium † concessum inferiori, non censetur concessum superiori. *l. Quibus legibus vbi Bart. de testam. militar. l. 2. §. & quidem ff. ad Turpillian.* ex quo motiuo hanc fundat opinionem *Boniorn. super dicto Ritu vbi Ioannes Aloysius de settimo, & alij Cumia ritu 89. n. 4. 5. 6. & sequent. Mastrill. decis. 66. nu. 13. 14. 15.* (Quamuis *Petrus de Gregorio de Iudic. causar. feudal. q. 47. n. 3.* arguendo à maioritate rationis contrarium senserit.), & in quadam causa Baronis Zaffiçi in Tribunali consistorii tunc vertente, vbi Auus meus maternus Antoninus Benfari tunc temporis dignissimè sedebat, fuit resolutum ex causidicorum informationibus super stylo Curiæ receptis, causas in dicto Tribunali conclusas in hermodicium transire, nisi feudales sint, de quo amplius non fuisse dubitatum vidimus, & secundū prædicta superuenit inde Pragmatica nouissima anni 1618. §. 17. edita per Comitem Castri tunc Proregem.

Et quamuis olim etiam in Regno disceprare-

E tur,

21 tur, † si dispositio *Ritus* 184. *& Pragmatica vnica tit. 11. de Instant. causar.* etiam in Magna Curia
sedis Criminalis, & causarum delegatarum locū
haberet ex opinione eorum, qui dixerunt, quod
ritus 184. procedat, & intelligi debeat de causis,
quæ in vim propriæ Iurisdictionis ordinariæ, &
de natura ipsius Officij Magnæ Regiæ Curiæ ad
illam pertinerent; non autem de causis delegatis,
quarum Iurisdictio est Magnæ Regiæ Curiæ sedis
22 Criminalis: ex eo quod † qui mandatam Iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, sed eius
qui mandauit iurisdictione vtitur *l. 1. §. qui mandatam ff. de offic. eius l. & si prætor ff. eodem* vbi quod
23 † si ordinarius sit delegatus, non pro suo Imperio
agit, sed pro eo, cuius mandato ius dicit, diciturquè merus delegatus *Castill. decis. 87. nu. 5.* proinde in illo Textu non consideratur qualitas Prætoris, quoties Prætor alienam iurisdictionem exequitur, *vt est textus in l. more & in l. solet ff. de iurisdiction. omn. Iudic. & Doctores in rubric. ff. de offic.*
24 *eius* inde est quod † si Clerico, vel Episcopo secularis delegetur iurisdictio, illa demandata iurisdictio sæcularis remanet, & non efficitur Ecclesiastica. *text. & ibi Bald. in authent. si quis litigantium C. de Episcopal. Audent. Iason. in dicta l. & si prætor. Passett. consil. 23. num. 1. consil. 24. num. 3. consil. 46. num. 3.*
25 Tùm quod esto † quod Iudices Magnę Regię C.
sedis Criminalis in his causis essent ordinatij, vel
ordinarijs equiparati, ac propriam haberent iurisdictionem: non ideo sequi videretur, quod in dictis causis preheminentia ipsius Magnę Curię
vtantur ex natura ipsius officij, cum compatibile
sit, quod sint ordinarij, vel ordinatijs equiparati,
& quod præheminentia Magnæ Regię Curię non
26 vtantur; Tum quia ex † separata, & differenti denominatione Magnę Regię Curię sedis Criminalis, & causarum delegatarum à Magna Regia
Curia sola arguatur rei differentia. *Menoch. cons. 409. num. 76. cons. 252. num 8. cons. 287. num. 15. consil. 1087. nu. 4. Mandell. cons. 119. n. 4. cons. 750. num. 18. & 59. & cons. 172. n. 30. Surd. cons. 127. n. 32. Milanens. decis. 14. num. 56. lib. 1. Cardinal. Tu-*
27 *sch. conclus. 58. litter. N.* Tamen hodie † quæstio
ista est etiam expedita, & clara, nec eget disputatione; eum pluries in Contradictorio Iudicio
pro ipsa instantia decisum fuerit precisè inter
Marchionem Geracis, & Don Nicolaum de Bononia; & inter Comitem Buxemi, & Baronē Passaniti, & communem praxim ita approbasse constat; Nam non obstat dicere *Capitulum ritus* 184. *& Pragmaticam vnicam titul. 11 de Instant. causar.*
procedere in causis conclusis in Magna Regia
Curia, quæ in vim propriæ iurisdictionis ordinarię eidem pertinerent: non autem de delegatis
causis, quę pertinēt ad Magnam Regiam Curiam
sedis Criminalis, & Causarum delegatarum: quia
pro responsione adducitur *Bald. in l. final. col final. versic. sed facit C. vbi Senatores vel Clarissimi.* fir-
28 mans, † quod si Princeps alicui Tribunali, vel vni
ex pluribus Iudicibus, vel Officialibus causam aliquam committat, vel plures, ex hoc iudex ille delegatus non efficitur in causa commissa, sed prout antea erat ordinarius remanet. Nam talis commissio potius dicitur partitio Curiæ, & administrationis Iustitię. *Franch. decis. 143. nu. 8.* sicut dicimus de pluribus testamentariis tutoribus, alteri
quorum esset à Iudice decreta administratio. Nā
non ex hoc desinit is testamentatius esse, nec datiuus efficitur ex administratione Iudicis mādato
decreta. Quibus accedere possunt ea, quæ dicūtur
cum causa, committitur vni ex pluribus Senatoribus *ex Speculatore Tholos. de appell. Cagnol. in l. 1.*
29 *de Origine Iuris.* & quamuis † verum sit *Baldum in superiori loco cit.* loqui, & intelligi debere, quando
illa causa commissa per antea spectabat ad illum
Officialem simul cum Collegis ex propria natura
sui officij, prout generale est, quando ordinario
committitur causa sine alteratione, qui non efficitur delegatus; sed dicitur eccitata eius Iurisdictio,
quæ non videtur conuenire M.R.C. sedis crimina-
30 lis, quæ † de natura sui officij non potest principaliter se intromittere, sed solum incidenter in
causis ciuilibus *l. solemnius §. latrunculator ff. de Iudicijs.* Verum *Baldi* doctrinam rectè procedere, ac
applicari posse censeo in terminis adductis. ete-
31 nim † Iudices Magnę Regię Curiæ sedis criminalis habitu habēt Iurisdictionem in causis ciuilibus
ex natura officij, & propriæ Iurisdictionis ob id
quia indistinctè per Regem creantur sex Iudices,
licet inde in Regno per Proregem deputentur tres
Iudices ciuilibus causis, & tres criminalibus, diuidendo in duas aulas Criminalem scilicet, & Ciuilem, vt testatur *Mastril. de Magistr. lib. 5. c. 8. num. 49. volum. 2.* licet olim iurisdictio totius Magnæ
Curiæ in Caulis Ciuilibus, & Criminalibus *ex ca. 231. sub Imperatore Carulo* durabat per Annum
alternatim; siquidem tres Iudices, qui ciuilem
Iurisdictionem exercuerant vno Anno, in alio
exercebant criminalem, & è conuerso, proinde
Magna Curia sedis criminalis non caret iurisdictione funditus, & respectu originis in Ciuilibus
causis, quamuis ea sit per exceptionem elidibilis; & sic funditus ęqualem dicuntur habere iurisdictionem vtraque aula Magnę Regię Curię, &
indubitanter respectu originis, quę semper est inspicienda *l. eum qui ff. mand. & l. nec Creditores C. de pignorib.* vnum Tribunal iudicatur postquàm vtrūque Tribunal à Serenissimo Rege Nostro, & vni-
32 co dependat, penes quem † omnis residet iurisdictio, atque in eo radicata est, & ab eo profluit,
& refluit. *Marant. part. 4. distinct. 5. num. 3. Bald. in cap. 1. quis dicatur Dux; Ponte decis. 2. numer. 6. Azeued. recompilationum lib. 3. tit. 9. l. 9. nu. 2. volu.*
33 *1.* & inde † Prorex iurisdictionem in Regno diuidendo, hoc quidem facere dicendum est, respectu diuersitatis causarum, & pro faciliori earumdem expeditione, ac commodiori vsu iurisdictionis: quo casu vterque Iudex remanet suę iurisdictionis dominus, & dicitur tantum diuisa administratio, & non iurisdictio; quæ quo ad habitum est indiuidua; quamuis eius vsus diuidi
posset. *Butri. in Cap. Prudentiam colum. 9. de offic. delegat. Surd. cons. 57. num. 6. Velanzol. cons. 94. nu. 42.* vbi quod Consilium vnicum dicitur, licet fuerit diuisum in plures aulas ratione facilioris expeditionis negotiorum, prout de Tribunali Regiæ Camerę, & Tribunali Sacri Consilij Regni

Neapo-

Neapolis dixit *Franch. dec.601.num.10. & melius decis.722.num.20.lib.4.vbi de M. R. C. sedis Crimi-*
34 *nalis*. Et ad id, quod superius dictum est † delegatum nihil proprium habere, respondetur non procedere in delegato Principis *cap. in litteris, & cap. quærenti. & cap. fin. de offic. delegat. l. Et quia ff. de iurisdiction. omn. iudic.* probans delegatum à lege propriam habere iurisdictionem iure suo, ac iure magistratus. pluresque casus distinguit. *Menoch. lib. 2. præsumpt. 16. num. 1. & sequent.* quod idem est, quando haber à lege animata, scilicet Principe, quod tanquam verius resoluit. *Camillus Plancius in rubric. ff. de offic. eius cap. 10. num. 3. 5. & sequent. fol. 38. & 39.* reiecta contraria opinio-
35 ne. Imò dico, quod † stante reformatione Tribunalium in Regno per viam legis condende, introducendo formam, isti Iudices Magnæ Regiæ Curiæ sedis criminali sunt delegati à lege; pro inde in causis ciuilibus dicuntur ordinarii. Nam
9 † nisi sit persona restituibilis, tanquam læsa ex propria conclusione facta, vt scribit *Cumia in dicto Ritu 39. vel 134. n. 56. & 62. & dicto Ritu 77. vel 172. n. 5. 20.* vbi sic explanat id, quod dicit. *Petr. de Gregor. de iudic. caus. feud. dicta qu. 30. nu. 8. vbi additio lit. B.* citat eundem Cumia licet *sub num. corrupto*, & iterum *Cumia dicto Ritu 144. vel 49. n. 10. in criminalibus* vbi allegat semetipsum *in pract. Sindicat. c. 19. sit de restitut. n. 2.* & hoc dixit *Io. Aloys. de Settimo citatus per Cumiam dicto Ritu 77. vel 172. n. 5.* Probatota
10 † tamen per minorem, vel restituibilem personam, quod in termino restitutorio aliqua releuātia in facto probanda haberet, ex quibus obtineret, si probaret, cum ad restitutionem etiam minori indulgendam solus lapsus termini non sufficiat, ex quo solo lapsu prædicto læsio non resultet, & tamen extremum necessarium, in restitutione in integrum obtinenda, lęsionem esse omnes admittunt *ita post Bartbol. Angel. Salicet. Abbat. Deci. Bero. & alios dixit Roland. cons. 10. n. 15. vers. quinto accedit volu. 4. Natt. consil. 34. per tot. Bartbol. in leg. nam, & postea §. si minor ff. de iure iurand. Surd. cons. 226. n. 6. & nu. 17. vers. respondetur secundo vol. 2. Sforz. Odd. de restit. in integr. qu. 65. art. 11. & n. 7. & art. 12.* & fuit discussum in causa illorum de Ruxina, cum comendatore della Marra, de qua meminit *Castill. nouissime decisio.*
11 *197. vol. 2.* qua propter clarissimum est, † quod aperitio punctorum excludit maiorem à beneficio restitutionis, etiam si ex parte eius non fuerit facta conclusio, non obstante protestatione, & reseruatione predicta: alias *Ritus prædictus* seruiret de vento, & eius dispositio tolleretur per simplicem protestationem partis, & esset modus facilis eludendi *Ritus prædicti dispositionem*, vt nunquam altera parte in vita daretur causę cōclusio: quod est absurdissimum; & nihil *Ritus prædictus* operaretur aduersus eum, qui ex parte sua conclusit. Tunc enim concludens excluditur ex proprio facto suę conclusionis, & probationum re-
12 nunciationis: Sed quando † pars maior sinit aperiri puncta, per Iudicem excluditur ex dispositione legis, & Ritus; quia omittit petere restitutionem, & permittit aperiri puncta. Vnde videtur tacitè, & omittendo consentire, & adhęrere conclusioni factę per aduersarium, vel per iudicem, qui aperit puncta non obstante protestatione, & tacitus ille consensus idem operatur, ac si ipse conclusionem fecisset, cum conclusioni consentiat, non comparendo cum capitulis, & restitutionibus antequam processus reassumatur per Iudicem primum visorem, & puncta aperiantur, & ita censuit M. C. anno 1609. pro Laurentio Romeo contra Vincentium Romeo confert tandem nam vera ratio, qua potuit moueri *Ritus*, & eius conditores doctissimi, quare post aperta puncta denegetur maiori restitutio, ea potuit esse, quia ille maior ex cogitata malitia, & arte expectet, quod Iudex puncta aperiat, vt exploret Iudicis intentionem, quam si videt sibi propitiam omittat petere restitutionem; sin autem secus: cui artificio, & fraudi credo, quod voluit occurrere *Ritus* cum motiua Iudicis sententiam declarent, eiusque partem esse iudicentur. *Boer. dec. 172. nu. 25. Soccin. Iun. consil. 181. nu. 89. lib. 2. Magon. in Florent. dec. 47. nu. 10. dec. 54. nu. 1. dec. 133. num. 16.* quę Ritus cautela frustatoria redderetur, & eluderetur, si pars cum protestatione concluderet, & expectaret aperitionem punctorum, quibus visis deliberet restitutiones pręsentare, vel non: vt cautius ei videretur.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio crediti inducitur per solutionem partis debiti, & Correis acquiritur exceptio taciti pacti, itaut pro virili, & non insolidum a Creditore conueniantur.*

2 *Diuisio crediti inducitur, ne dum per partis solutionem, & receptionem: Sed etiam si à creditore pars debiti fuerit petita.*

Diuisio crediti a creditore fit, si omnes correos debendi insolidum pro suis portionibus, & ratis conueniat. num. 2.

3 *Diuisio crediti inducitur, si creditor plures correos insolidum conueniat absque clausula, quod vnica solutione sit contentus.*

Clausula, & protestatio vnica solutione contentus, quid importet n. 3.

4 *Solutio partis debiti a correo debet fieri, vt ratha puntualiter correspondeat, nec plus, nec minus, & debet soluere pro sua persona, vel ratha, ad hoc, vt inducatur debiti diuisio.*

5 *Creditor si recipiat ratham ab vno ex correis debēdi insolidum soluente de vsuris, seu interesse, & non de sorte principali, debitum non diuidit.*

6 *Protestatio saluo iure solidi, vel æquipollentia verba prohibent debiti diuisionem.*

7 *Protestatio declaratoria voluntatis non dicitur contraria facto.*

8 *Protestatio contraria facto, non vero, sed præsumpto sustinetur.*

9 *Protestatio saluo iure solidi, ad hoc vt iuuet, & impediat debiti diuisionem, fieri debet in ipso actu solutionis, vel petitionis rathæ debiti.*

10 *Protestatio post actum consum itum non prodest, etiam, quod ab animo tantum dependat.*

11 *Diuisio debiti non fit tacitè, quando aliquis ex correis debendi insolidum non est soluendo.*

Limita nisi post diuisionem factam aliquis ex correis factus fuerit non soluendo n. 12.

13 *Dominus directus consentiens absque protestatione diuisioni emphyteusis factæ inter plures emphyteutas, vel cohæredes, debitum pensionis diuidit, & quilibet ex eis tenetur ad ratham pensionis indiuisione obuentam.*

Possessor quilibet cuiuscunque partis rei emphyteoticæ

ticæ tenetur ad pensionem insolidum nu. 13. & 32.

14 *Hæredes de legato alternatiuè per testatorem grauati, possunt per legatarium insolidum conueniri.*

15 *Diuisio debiti inducitur per exactionem vel petitionem ratha ab vno ex hæredibus per legatarium, quando quilibet ex hæredibus teneretur insolidum.*

16 *Diuisio debiti inter plures correos insolidum, an sicut potest tacitè diuidi per creditorem, ità etiam per Iudicem in sententia.*

17 *Diuisio debiti inducitur ex acceptilatione facta per creditorem de ratha tangente alicui ex correis debendi insolidum.*

18 *Diuisio debiti facta ab vno ex correis credendi cæteris correis creditoribus nocet.*

19 *L. si creditores C. de pactis procedit inter quoscunque debitores insolidum.*

Diuisio debiti per petitionem, vel receptionem rathæ fit inter plures tutores, qui insolidum astringuntur num. 19.

20 *Exceptio taciti pacti, & debiti diuisionis quæsita cæteris correis insolidum absentibus ex solutione rathæ facta ab vno ex correis, an eis sit quæsita in reuocabiliter, vel soluentis penitentia possit reuocari?*

21 *Stipulari alteri nemo potest, ne dum ad acquirẽdam actionem, sed nec exceptionem.*

22 *Ratum habere non possumus, quod nostro nomine gestum non est.*

23 *Pactum cum vno gesto cæteris non prodest.*

24 *Absentibus non acquiritur, nisi stipulatio, nũtius, vel epistola interueniat.*

Amplia in pacto resolutiuo, vel liberatorio, in quo absenti sine stipulatione, ne dum actio, nec exceptio acquiritur. n. 25.

26 *Pactum ad fauorem tertij absentes sine stipulatione potest reuocari.*

Limita in Pacto tacito, & à lege sub intellecto, vel præsumpto n. 27.

28 *Diuisio debiti pro futuris annuis præstationibus an inducatur, si creditor census bullaris ab vno ex correis, vel possessoribus insolidum obligatis, recipiat partem census pro sua ratha.*

29 *Creditor census si ab vno ex correis insolidum obligatis recipiat ratham census vnius anni, non censetur facta debiti diuisio, quo ad census antea maturatos.*

30 *Diuisio debiti inducitur inter plures correos insolidum ad census bullaris præstationem obligatos, si vnus ex reis redimat, & sortem census soluat pro sua ratha.*

31 *Præscriptiones tot esse debent, quot sunt annuæ præstationes.*

32 *Debiti diuisio inducitur inter plures emphyteutas, vel hæredes, vel possessores ad censum emphyteoticum obligatos insolidum, si Dominus ab vno ex eis exegerit, solutionem census receperit pro sua ratha.*

33 *Tutor, Procurator cum libera, vel alius quilibet administrator, non potest diuidere debitum, solutionem recipiendo, vel petendo pro ratha contingente ab vno ex correis insolidum obligatis.*

34 *Prohibiti de iure alienare veluti minores, & similes non possunt debitum diuidere.*

35 *Diuisio debiti ex receptione rathæ, an fiat inter plures fideiussores, vel correos habentes beneficium diuisionis inter se.*

ARGVMENTVM.

Quæ partis solutio, vel petitio inter plures correos debendi insolidum debiti diuisionem inducat.

RESOLVTIO. LXX.

1 Remittitur solidi obligatio ex receptione † partis debiti ab vno ex correis debendi solutæ recipiente creditore, & debiti diuisio inducitur, non dum fauore debitoris soluentis, sed omnibus correis debendi acquiritur exceptio taciti pacti itaut pro viritibus partibus tantum conueniendi sint, ad textum *vbi communiter, Doctores in l. si creditores C. de pactis. l. liberum C. de fideiussoribus. Afflict. & Vrsill. decision. 142. Gratian. disce pt. 359. & disceptat. 566. à nu. 20. & sequen. Mantic. de tacit. & ambigui. conuention. lib. 1. tit. 5. num. 8. volu. 1. & lib. 15. tit. 5. per tot. Trentacin. var. resolut. libr. 3. tit. de solut. resolut. 6. Roderic. de ann. redd. lib. 2. q. 5. sub nu. 40. Costa de ration. rathæ q. 130. Petr Benintend. decis. 81. nu. 6. Giurb. dec. 46. nu. 3. & in consuetud. Messan. capit 9. Gloss. 6. par. 1. n. 18. Bellon. consil. 44. Tepat. variar. resolut. lib. 2. tit. de duobus reis. col. 2. Canalcan. decisio. 30. num. 116. 117. p. 2. Cepoll. cautel. 257. Boeri. decis. 310. sub num. Ronchegall. in l. 3. versic. vtique nu. 23. ff. de duobus reis Paris. cons. 5. num. 204. lib. 4. Asini. de exequution. §. 7. cap. 94. n. 5. Lanar. consil. 19. Ponte consil. 81. lib. 2. Thesaur. dec. 203. Fontanell. de pact. dotal. clausf. 4. glos. 18. p. 5. nu. 48. vol. 1. Cardin. Tusch. conclus. 539. litt. D. vol. 2. Peregr. cons 104. lib. 3. Bursa. consil. 428. nu. 20. lib. 4. Francisc. de Caldas. Pereyra de empt. & vendition. cap. 33. nu. 54. 55. & sequent. & nn. 65. & sequent. Anton. Faber. C. lib. 4. tit. 21. definit. 20. n. 10. Anne. Rober. rerum Iudicatar. lib. 4. c. 7. Vincent. de Anna, alleg. 3. n. 6. & sequent. Ricci. Collectan 1053. Carroc. de excussione p. 2. q. 1. per totum Ioseph. Ludouic. deci. Lucens. 21. Felician. de censibus. p. 2. lib. 3. cap. 2. num. 4. Pirrus Manrus de fideiuss. sect. 6. c. 4. nu. 53. & sequent. et de solution. cap. 38. per totum Scipio Rouitus consil. 20. n. 1. lib. 2.*

2 Idemque censuit *glossa verbo proniderit in dicta l. si creditores* procedere, † ne dum accipiendo creditor partem debiti, sed etiam petẽdo partem ab altero ex correis diuisionem induci; vel fortius si omnes in iudicio æqualibus portionibus pro eorum ratha conueniantur: quia totum ius suum diuidendo, in iudicium creditor deduxisse dicitur *l. liberum C. de fideiuss. Afflict. decis. 142. vbi Vrsillus. n. 2. 3. Gratian. discept. 359. nn. 1. 2. & disceptat. 566. nu. 22. Mantica de tacit. & ambig. conuention. lib. 15. tit. 5. nu. 2. 6. Trentacin var. resolut. lib. 3. resolut. 6. tit. de solut. n. 8. vers. secunda est opinio. ex maxima veneratione decisionum. Sacri Consilij*

filij Bellon. consil.44. Gaspar. Caballi. de diuiduis,& indiuidu. par.2.n 61.Magon. decis.98.nu.32. in Lucensibus.Scrader. de feudis. par. 2.9.par. principal.sectiõ.14. nu.25.vol.1. Costa de ration.rathæ q.130. nu.7.Pereg.cons.104.sub nu. 1. vers. secundo videtur lib.3.& n.6.Franc.Caldas Pereyra de empt.& vendit. cap.33.sub n.56.& nu.87.88.89.90. Carroc. de excussion par.2. q.1.n.6.& sequen. vbi de veriori statur.Gabriel.Pereyra de Castro in decisione supremi Senatus Portugall.85.n.5.

3 Vel si contra plures correos † insolidum actum sit, qui diuisionis beneficio renunciassent, prout est in Regno de stilo, & creditor, non fuerit protestatus, quod vnica solutione sit contentus inducitur diuisio. bona fides enim non patitur, vt bis idem exigatur *l.bona fides ff.de reg.iur.* ideò pro virili conuenti censentur. *vt notatur in authentica hoc ità C.de duobus reis* iudicatum in Sacro Concilio Neapolitano testatur. *Afflict decis.142. Mãtica de tacit.& Ambig.conuention.lib.15.tit.5.nu.8. vol.2. Trentacin. variar.resolut. lib.3.tit. de solutio. resolut.6. sub num.8. versic.apud me, & versic. tertius, & vltimus casus. Benintend. decis.81. num. 8.* vbi de vi clausulæ prædictæ vnica solutione contentus. *Idem Franc. decision 305. Vrsill.decis. 215. pract.Papiens. in forma libelli contr.plures reos. debendi versic.contra,& aduersus. Rota Genuæ decisio. 202. sub n.3.bene Caualcan.decis.30.nu.116.part.2. Card.Tusch.conclus.539.n.12.lit.D.Giurb.in consuetud. Messan.c.9.Glos.6. part.1. num. 22. Francisc.de Caldas Pereyra de emption.& vendition.cap.33.sub num.88. Gregor. Lopez l.8.tit 12. part.5. Molin. de contract. disput. 543.sub nu.2.10.late Carroc.de excussion.p.2.q.1. n.2.3.4.5. Ioseph. Ludouic.decis.Lucens.30.n.19. 20.*

Proinde dubitari contingit. Creditore petenti, vel recipiente partem debiti ab vno ex pluribus correis insolidum obligatis, ad hoc vt debiti diuisio inducta dicatur,& acquiratur cæteris correis exceptio taciti pacti ab eis non petendi, nisi pro virili qualiter solutio partis, vel petitio esse debeat, & resolutũ est requiri. Primo quod † correus debendi, & insolidum obligatus soluat partem,& ratham suam tantum, & non plus nec minus,itaut solutio puntualiter correspõdeat rathæ, & portioni soluentis: quia si in aliquo excedat,vel minor sit dispositio legis prædictæ non intrat. itẽ quod soluat pro ratha sibi tangente ex tota obligatione, vel pro sua persona, & ità creditor recipiat solutionem,vel petat; secus si alter ex dictis correis pro parte tantum conueniatur;quia ea electio est,& non diuisio:nec creditori, quo ad cęteros correos debendi insolidum in aliquo præiudicaret petitio partis prædictæ *Iason.in l.si creditores C.de pact.nu.3. vers.secundo limita Roman. num. 2. Paulus de Castro nu.1.versic.sed quia dixi. Alex.n.6. Bald. n.4. versic.si vero decis.n.212. vbi de communi Paul.de Castro in l.si ex toto §.si ita scriptum num. 3. ad fin.ff.de legat.1. & ibi Bald.ad fin. versi.aut non diuisit actionem suam in omnes,& in l.liberum num. 3. Co.de fideiussor. Gloss. in l. inter eos §. 1.in verbo. soluit. vbi Angel.in fine ff.de fideiussor.de magis communi testatur. Alexan.consil.178.n.12. versic.præterea lib.7.Bursa.cons.428.nu.20. Roderiq. de annuis*

4

Ant.de Amat.P.II.

reddit.lib.2.quæst.5.sub num.40.& seruatum in Sacro Concilio eo patrocinante testatur Vrsill.ad Afflic. decis.142.n.1. ex Iasone dicto loco. Afflict.de execut.§. 7.cap.94.n.5. Lazar.consil.19.nu.1. in fine.Mantica de tacitis, & Ambig. conuent. tit.5. lib.15. num.2. 3. versic. vnde si creditor, & sequ.Giurba in consuetud. Messan. cap.9. Gloss.6. par.1. num. 18. in fine Pirrus Maurus de fideiussor. section.6.cap.4.nu.59. 60. & de solutionibus cap.38. num.3.4.Gratian.disceptat.359.num.2. & num.6.& 10.& sequent.lib. 2.& discept.566.num.20. Aldobrand. cons.114.nu. 49. libr.1. Bellamer. consil.44.num.3. circa medium Ronthegall. in l.3.versic. vtique n.23.34. 92.ff. de duobus reis.Lanfranc.decis. 289. Rota in vna Romana pecuniaria 23. Martij 1607. apud Sanctissimum Ludouisium dec.302.nu.7.8.Trentacin. variar. resolut.lib.3.tit. de solution.resolut.6.n.1.2.3. & sequen. Aponte consil.81.n.10. libr.2.Costa de ratione rathæ q.130.n.1. & sequent. & nu.4. Caualcan.dec.30. n. 117. lib.2.Cepol. cautel.257.Thesaur.decision. 203. Fontanell. de pact. dota.claus.4.gloss.18.p.5.nu.48. vol.1. Cardinal. Tusch. conclus.539.lit.D.nu.2.3.8. 9.Peregrin.consil.104.n.5.lib.3. Duenna regul. 266. exceptio taciti pacti Villalobus commun.opinion.verbo.diuisio.Francisc.de Caldas Pereyra de emption.& vendit. c.33.n.56.57.60. 61.vbi relatis Bart. Cino. Alberic.Angel.Imola,& alijs contrarium tenentibus hanc receptiorem modernorum esse testatur *nu. 62.63.& n.91.92. Anna allegat.3.nu.6. Ricci. collectan.1053.Sess. decis.202.nu.23.24. lib.2.Carroc. de exeuss.p.2.q.1.nu.6.7.8.9.cum pluribus sequent.n: 32.& seq.Ioseph.Ludou.decis.Lucens.21.n.6.& seq.*

Et licet considerabilis aduersus hoc primum requisitum videatur ratio *Decij, & Curtij, Iunioris, in dicta l.si creditores C. de pactis*, qui profitentur non requiri, quod pars soluta per correum pũtualiter, nec minus correspondeat rathæ,& portioni soluentis respectu totius summæ debitæ, sed sufficere,quod pro ratha tangente correo aliqua pars soluatur.& ità à creditore recipiatur,vel petatur, ex quo creditor accipiendo à debitore soluente quicquam pro sua parte videatur facere actũ contrarium obligationi solidi, & ideò non mirum si diuisio, & remissio obligationis solidi inducitur; quia id renuntiare tantum pẽdet ab animo,& voluntate creditoris,& sic quando debitor soluit pro sua ratha,licet pars soluta rathæ punctualiter non correspondeat, videtur etiam constare de animo creditoris, quod voluit diuidere etiam daro,quod plus, vel minus solutum sit, & quod vtique illud, plus,vel minus videatur per errorem potius solutum, arbitrans creditor, & credens illam portionem solutam, vel petitam esse ratham correi soluentis, & sic ex receptione illius summæ pro parte tangente videtur induci diuisio, & remissio obligationis solidi, & dicitur isto modo constare de voluntate creditoris circa remissionem solidi, & debiti diuisionem: nec illud plus, vel minus ex errore vtriusque causatum remouet, præsumptionem voluntatis tacitè ex solutione, & receptione illius partis causatæ *Decium* secutus est pluribus relatis. *Vincent. de Anna allegat.3. num.7.* Tamen à contraria opinione nõ puto recedendũ saluo meliori teste:quia à diuersis

G dicta

dicta *Decij, & Curtij* considerandum etiam est ex erronea partis solutione, & receptione veluti ratha punctualis contingens correo soluente non causari creditoris voluntatem, & stāte errore prędicto non præsumitur ex receptione illius maioris partis, vel minoris inducta diuisio, & remissio solidi *Carroc. de excussione par. 2. quæst. 1. nu. 12. in fine* tanto magis, quod hæc solidi remissio est donationis, vel perditionis species, vt infra latius dicemus, ideo non esset capienda donationis pręsumptio, vbi etiam erroris suspicio versatur; sed potius ea sumenda est interpretatio, scilicet quod creditor eam partem receperit, vt pro ea parte obligationem extinguerit, & vltimo loco residet. *Curtius Iunior. sub num. 13. in fine*, quod comprobatur ex dispositione *l. inter eos §. 1. ff. de fideiussor. & est de mente omnium in dicta l. si creditores*, quam meam excogitatam rationem, & opinionem post hæc scripta sequutam vidi *per Trentacin. variar. resol. lib. 3. resol. 6. de solution. nu. 3. & doctissimum Franc. de Caldas Pereyra de emption. & venditio. c. 33. n. 92.* qui concludit Decij calumniam, & argumentum reijci.

5 Secundo quod creditor † de sorte principali recipiat, & non de vsuris requiritur; *Iason. Castrēs. Alexand. Soccin. Deci. Curt. in dict. l. si creditores Vrsill. dict. decis. 142. nu. 1. l. tale pactum §. post diuisionem ff. de pactis Trentacin. variar. resol. lib. 3. tit. de solutio. resolut. 6. n. 4. Costa de ration. rathæ q. 130. n. 4. Ripa in l. ex toto §. si ita scriptum n. 12. ff. de legatis 1 l. nuda C. de contrahend. stipulat. DD. in l. pacto, quo pęnam C. de pactis, & in l. si ex toto §. 1 ff. de legatis. 1. Io. Ferrariens. in l. 3. §. vtique num. 37. 39. ff. de duobus reis Franc. de Cald. Pereyr. de empt. & vendition. cap. 33. n. 58. fol. 791. & nu. 83. fol. 802. vbi late disputat. Giurb. in consuetud. Mess. c. 9. Gloss. 6. par. 1. num. 24. Pirrus Maurus de fideiuss. sect. 6. c. 4. n. 61. & de solut. c. 38. n. 5. Ricci. Collect. 1053. Carroc. de excuss. p. 2. q. 1. n. 35.*

6 Tertio quod sine † protestatione aliqua per creditorem recipiatur partis solutio, vel petatur vel vti saluo iure solidi, vel similibus verbis, quibus constet creditorem in diuisione debiti sibi per petitionem, vel receptionem partis, vel rathæ non præiudicasse. *Iason. Alex. Deci. Curt. Iunior. & alij, & præcipuè Guid. de Suzaria. Cin. Baldus Salicet. & Alberic. de rosat.* qui sicut, & Castrensis dicunt vidisse de facto seruari *in dicta l. si creditores Aretin. Soccin. Ripa n. 12. & alii in l. si ex toto §. 1. ff. de legatis 2. Costa in memoral. versic. creditor Vrsill. ad Affuct. dicta decisio. 142. n. 1. Gratian. discept. 359. num. 17. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 15. tit. 5. num. 4. Trentacin. variar. resolut. lib. 3. tit. de solution. resolut. 6. n. 4. Roderic. de Ann. reddit. li. 2. quæst. 5. sub num. 40. Pirrus Maurus de fideiuss. section. 6. c. 4. num. 62. & de solution. cap. 38. nu. 6. Gomez in l. 58. Tauri. nu. 11. Bellon. consil. 44. Roncheg al. in l. 3. verbo vtique nu. 23. cum sequen. ff. de duobus reis. Asini. de exequutionibus §. 7. capit. 94. Costa de ration. rathæ quæst. 130. nu. 3. Giurb. decis. 46. n. 3. & in consuetud. Messan. c. 9. Gloss. 6. p. 1. sub nu. 23. Caualcan. decisi. 30. num. 117. part. 2. Cepoll. cautel. 257. Boer. decisi. 310. sub num. 8. Lauar. consil. 19. n. 3. Franc. de Caldas Pereyra de emption. & vendit. cap. 33. n. 59. Ricci. collectan. 1053. Carroc. de excuss. part. 2. quæst. 1. num. 39. 40. & sequen. Felician. de censibus p. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 5. Azeued. l. 1. tit. 16. n. 8. lib. 5. recompil.*

Placuit tamen *Soccino in l. si ex toto §. 5. ff. de legatis 2.* ab ista communi, & proxima propositione recedere prætextu, quod protestatio prædicta veluti contraria facto creditori non prosit, nec ius solidi protestanti præseruet: cum receptio rathæ sit contra naturam integralis solutionis. At *Soccino* dupliciter, sed sufficienter respondet *Trentacin. variar. resolution. l. 3. tit. de solution. resol. 6. n. 5.*

7 Primo quod † ista protestatio est declaratiua voluntatis creditoris recipientis, & ideo potest stare simul cum facto, nec ei contrariatur, & veluti cum facto compatibilis sustinetur. *ex Bartoli declaratione in l. 1. in penult. col. C. de litis contest.* Secundo nam id, quod dicitur diuisionem esse inductam ex receptione rathę, procedit ex præsumpta mente

8 creditoris, sed † factum quando est contrariū protestationi non verè, sed præsumptè protestationem non tollit. *Gemmian. in cap. penult. §. 1. in tertio notab. per illum textum de procuratoribus in 6.* quare non obstante *Soccini* impugnatione ab ista communi non esse recedendum dixit. *Trentacin. dict. loco. Franc. de Cald. Pereyra de empt. & vendit. cap. 33. num. 84. 85. 86. Carroc. de excussion. p. 2. q. 1. n. 40. 41. & sequ.*

9 Si tamen protestatio † prædicta in ipso actu solutionis, vel petitionis fieret, alias post dictum actum consumatum non iuuaret. *Purpurat. in d. l. si creditores col. 4 n. 24. in fine versic. & intelligite C. de pact. Gratian. discept. 359. nu. 18. 19. Carroc. de*

10 *excuss. p. 2. q. 1. sub n. 10. versic. siue igitur*; Sicut † videmus similes protestationes post actum consumatum non admitti, etiam quod ab animo tātum dependeant. *glos. in l. in concubinat. n. 3. in verbo. testatione de concubi. Roman. cons. 257. primo dici potest. in fine Alex. in l. si ita scriptum 14. nu. 3. de delegat. 1. Gratian. dicta discept. 359. n. 18.*

11 Quarto requiritur, † quod omnes correi fiāt soluendo ratham suam, secus si aliquis soluendo non sit. nam tunc non inducitur debiti diuisio. *glossa magna in dicta l. si creditores. vbi communiter Doctores. Affuct. dict. decis. 142. sub n. 2. Vrsill. num. 2. ex Iasone in l. si ex toto §. si ita ff. de legat. 1. Ronchegal. in l. 3. §. vbi duo n. 39. 107. ff. de duobus reis. Costa de portion. rathæ q. 130. num. 6. Franc. de fideiussor. cap. 5. num. 441. Trentacin. variar. resolut. lib. 3. tit. de solution. resolution. 6. sub nu. 8. versi. apud me in fine. Giurb. decis. 46. nu. 3. Franc. de Cald. Pereyra de empt. & vendit. cap. 33. nu. 56. in fine Ricci. collect. 1053. Anton. Faber. lib. 8. tit. 28. C. de fideiussor. defin. 7. & lib. 4. tit. 21. defin. 20. num. 10. in allegatis Tomingi. decis. 47. Thorus in compend. decis. Neapol. vers. diuisio debiti. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 21. num. 3. & sequent. Pirrus Maurus de fideiussor. sect. 6. cap. 4. num. 63. & de solution. c 38. n. 2.* quamuis istam opinionem non tutam arbitratus sit *Gratian. discept. 359. n. 21. 22. & sequent. ex Iacob. de Arena. Bart. Bald. Castrens. Salicet. Alexan. Claud. Aquens. & alios per Purpurat. in d. l. si creditores nu. 34. C. de pactis, & n. 35. vbi Petrus Stella n. 7. in 2. declarat. & num. 13. in 6. declarat. & Curt. Iunior.* num.

*nu.*10. & dictam opinionem non esse veram idem dixit. *discept.*566.*n.*21. *sensit Ponte consil.*81. *nu.* 10. *in fine lib.* 2.

12 Nisi post diuisionem factam † alter ex correis non soluendo factus sit: quo casu cessat dictum quartum requisitum, quod procedit, quando tempore receptionis correus iam inhabilis erat *Purpurat. in l.si creditores n.*35. *ad finem vers.& vltra ad illum C.de pactis.Gratian.discept.*566. *nu.*23. *lib.*3. *Ponte cons.*81. *sub nu.*9.*vol.*2. *Cardin. Tusch. concl.*539.*n.*11.*lit.D.* Et secundum prædicta censuit M.R.C.in causa Comitis Sancti Marci 7.Aprilis 1612.stante solutione vnciarum 258.facta creditori per Don Ioannem de Ioenio alterum ex correis pro rata sibi tangente ex causa insolidum obligationis cum Illustriss. D. Ioanne de Padilla Adalentato Castelle tunc triremium Classis cuius Regni Generali Capitaneo,licet inde ex nouo capite deducto per Comitē exceptionis, scilicet cedendatum, fuerit per Tribunal Consistorij sententia prædicta reuocata 22. Iunij 1613.

13 Cuius exemplo † diuidi quoque videmus pensionis exactionem Domino absque protestatione consentiente diuisioni inter coemphyteutas; vel eius hæredes factę, quod si eo inconsulto facta fuisset, agere insolidum super qualibet parte fundi emphyteotici, & eius possessore potuisset. *Corne. cons.*24.*n.*17.*lib.*2. *Afflict.decis.*153. *Peregr. de iure fisci tit.*6.*lib.*6 *n.*53.*vers.attamen.& conf.*104.*n.*4. *in fine lib.*3. *Gratian.disceptat.*36.*n.*30.31.*& sequen. vol.*1. *Iason in l.*2.*n.*61. *C.de iure emphyteot.Couar. variar. resolut. lib.*3.*c.*7.*nu.*7. *Anna, allegat.*3.*n.*4. *late Caualcan.dec.*30.*nu.*118.*& sequent.p.*2. *Benedell. de retract. in princ.constitu.n.*113.*Castill.decis.*41.*num.*3.4.*lib.*1. *Anton. Faber.Co. de iure emphyteot.definit.*12. *Thorus in cōpendij decis.Neapol. verso diuisio Fab. de Anna cons.*16.*& cons.*83. *Amat. decis.*31.*nu.*18.19. *Mariscott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.*38. *num.*1. *Aloys. de Leo in authent. qui rem n.* 20.*C. de Sacrosanct. Eccles. Boceacc. de censi.p.*2.*nu.*106. *Foller. de censibus ver.instrumentum gratię post n.*37. *Guttier.cons.*49.*n.*8. *alios affert. Giurb. in consuetudin. Messan.c.*1.*glos.*2.*n.*27.28. 30.

Principalis conclusio nostra,& si de plurib.reis debendi posita sit, & sic in dispositionibus inter viuos,& in contractibus;veriorem tamen opinio-
14 nem puto illam † extendi etiam in vltimis voluntatibus, veluti in legatario respectu plurium hęredum delegato alternatiuè per testatorem gratuatorum.qui insolidum tenerentur *iuxta dispositionem l.si ex toto* §.1.*ff.de legatis primo* nā legati exactio etiam pendet à voluntate legatariis *l. pactum*
15 *inter hæredem C.de pactis.* vnde † si per legatarium ab altero ex hęredibus partem legati pro ratha receperit, cur non dicendum inductam diuisionē, & renuntiationem solidi, prout in contractibus. *Iacob de Arena,Imola, Bald. Paul. de Castro.Ripa Vineen.Herculan.in dicta l.si ex toto* §.1. *Alex.Iason, Cinus,Salicetus, Decius,Curt. Iunior. in* 2. *lectura in dicta l.si creditores, quorum opinionem sequutus est Trentacin.variar.resol.libr.*3. *tit.de solut.* 6. *num.*7. Quamuis ex ratione fauoris vltimę voluntatis, in qua non inspicitur solutio, sed iudicium defuncti, qui in solidum obligationem induxit in vlti-

mis voluntatibus non procedere solidi diuisionē, & renunciationem senserint. *glo. Bar. Bald. Franc. Tigr. in dicta l.si creditores Bart. Angel.& Imola in l.inter eos* §.1.*ff.de fideiussor.Bar.in l.duobus in* 2.*col. ff.de duob.reis Bartol.& Angel.in d.l.si ex toto* §.1.*ff. de legat.*1. *Cardin. Tusch.concl.*539.*n.*6.*litt.D.*

16 Et quod diximus in diuisione facta per creditorem, idem dicimus procedere † si huiusmodi diuisio inter plures correos insolidum facta sit per Iudicem aliquo modo in sententia, etiā quod per iniuriam, & grauando iudex solidi obligationem remiserit, nam dum sententia durat, subsistit diuisio prędicta, fortius si eius exequutio a creditore petita sit, vel ea in rem iudicatam, quoquomodo transierit. nam pars si intendebat eam non iure latam suis debebat aduersus sentētiam prędictam tēpore habili vti remedijs *est solemnis decisio Pauli de Castro in l.inter fideiussores ff.de fideiussoribus,& in l.amissi.*§.1.*eodem,& in notabili casu consuluit. Regens de Ponte conf.*81.*vol.*2.*pracisè nu.*11. *ex prędicta Pauli doctrina,& in eodem casu consuluit contrarium Lanari, conf.*19. *& Nouissimè videndus Scipio Rouitus.conf.*20. *vol.*2. *per totum.*

Eodem modo, quod se solutione pro ratha tāgente diuisionem inducere dictum est procedere
17 † etiam in acceptilatione per creditorem eodem modo facta *Bartol. in authent. hoc ita nu.* 39. *vers. secundo quæro C. de duobus reis.Cardin. Tusch. conclus.*539.*n.*14.*lit.D.*

Notanter etiam *Bartol. in dicta authent. hoc ità*
18 *num.*38. *C. de duobus reis* ampliat. quod † sicuti creditor ratham recipiendo circa solidi renunciationem sibi pręiudicat, ità cęteris correis credendi, ope tamen exceptionis pręiudicat diuisio prædicta ab altero credendi correo facta sequitur *Card.Tusch.concl.*539.*n.*16.*lit.D. vol.*2.

19 In omni quoque † debitorum specie ampliatur procedere dispositionem *dict. l.si creditores*, dum modo in solidum fint obligati, aut ex conuentione *vt toto tit.ff. de duobus reis*, aut quia lex illos insolidum astringi voluit, vt in fideiussoribus, qui insolidum obligantur *vt in* §.*si plures instit. de fideiussoribus*, quod idem in pluribus tutoribus, & curatoribus sancitum est *in l.*2.*C.de diui.tutelæ*, quod probat *textus in d.l.si creditores* quatenus generaliter nulla facta distinctione de creditoris, vel debitoris specie loquitur, vt ponderant. *Alex.ibi poteft.n.*6.*& Iason ante n.*2. illum textum ad fideiussores extendētes sequitur *Franc. de Caldas Pereyra de empt.& vendit. c.*33.*n.*65.

Sed exceptione prędicta taciti pacti correis, vel insolidum obligatis absentibus quæsita, vt pro suis rathis a creditore conueniantur ex solutione facta ab altero ex correis pro sua ratha creditore recipiente, vel ità petente non leuis, nec vulga-
20 ris circa hoc possit oriri difficultas an scilicet † correis absentibus ex solutione huiusmodi, & tacito pacto ius sit, quæsitum in reuocabiliter, itaut soluentis pœnitentia illis non noceat. Quo circa resoluendum videtur fortissimis medijs pactum prædictum correis quęsitum nuda voluntate, & pœnitentia correi, eo modo sol-
21 uentis posse reuocari; tum quia † alteri per alterum non quæritur ius, & obligatio etiam

naturalis. *leg. stipulatio ista habere licere §. alteri ff. de verbor. obligation. & in §. alteri institut. de inutil. stipulat. Amb. de pactis nu. 109. Gabri. de verbor. obligat. concl. 1. nu. 1. Roman. cons. 441. nu. 5. Surd. cons. 179. num. 22. & de alimentis tit. 8. priuil. 73. num. 1.* Item exceptio oritur. *Secundum nota. in l. si tibi decem §. pactus ff. de pactis l. si actionem secundum lecturam Iacob. de Rauenn. Petri. Cini & Salicet. C. de pactis Tiraquell. de retract. lignag. § 1. gloss. 9. num. 127.* Quare cum is, qui soluit, licet correus extraneus sit, neque ex iis personis sit, per quas acquirere possimus, consequens est ex sua solutione non posse alijs correis etiam exceptionem acquiri, nè vltra partem sibi pro virili
22 competentem exigantur; tum quia † ratum habere non possumus, quod nostro nomine gestũ non est, *ad textum in l. si pupilli §. sed si ego ff. de negot. gest. notatur in cap. ratum de regulis iur. in 6. Corne. cons. 34. in fine vol. 4. Crot. cons. 15. num. 7. & sequent. Cephal. cons. 248. num. 35. Meno. cons. 12. num. 22. Surd. cons. 9. n. 52. cons. 183. n. 40. decis. 33. nu. 15. Lancellot. de attentat. p. 1. cap. 1. nu. 74. to. 4. comm. opin. loco. 12. tit. 16. cap. 2. Osasc. decis. 138. nu. 17. Rota Auenion. decis. 13. Gallia cons. 64. numer. 26.* consequens videtur, cum prędicta species solutionis solius soluentis nomine facta sit, correis etiã illam ratham habere volentibus irreuocabiliter
23 prodesse non posse: tunc etiam quia † conuentio facta cum aliqua persona ad aliam porrigi non soleat. ad notata *in l. iubemus C. ad Velleianum, & in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de verbor. obligation. l. si vnus §. ante omnia ff. de pactis Ruin. consi. 11. n. 8. vol. 1. Crot. cons. 89. n. 9. Paris. cons. 100. nu. 61. 63. vol. 1. Alba. Mandell. cons. 3. nu. 13. Cephal. consil. 317. num. 15. Capell. Tolos. decis. 263. Natta cons. 94. num. 7. Castrens. cons. 70. lib. 2. Roman. consil. 472. in princip. Surd. cons. 170. nu. 2. lib. 2. consil. 179. nu. 19. consil. 60. nu. 25. cons. 262. nu. 56. consil. 424. nu. 13. decis. 132. num. 7. Tiraquell. de retract. Consang. §. 1. gloss. 9. num. 127. Peregrin. de fideicom. art. 52. nu. 16. Rebuf. ad Regias constitu. tit. de lit. obligat. art. 1. glos. 9. num. 28. 29. Mansuerium, Imbertum, & alios allegans Casanate cons. 29. num. 28. Menoc. lib. 3. præsu. 13. n. 6. Peregrin. cons. 4. num. 3. Eugen. cons. 83. n. 16. Berrett. cons. 44. nu. 11. consil. 146. n. 4. Intrigl. singul. 64. nu. 42. lib. 3. Vincent. de Franc. decis. 477. nu. 2. Molfes. in consuet. Neapol. to. 1. par. 4. tit. de renunciation. quæst. 7. num. 28.* Tan-
24 dem refragare videtur illa propositio † inter absentes pacta iniri non posse, nec eis acquiri, nisi nuntius, epistola, vel stipulatio interijceatur, vel aliud æquipollens, *vt in l. 2. ff. de pactis & in l. consensu ff. de action. & obligation. & in l. absenti ff. de donation. l. quæcumque gerimus ff. de action. & obligation. glossa final. communiter recepta in l. illud. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Bart. in dict. l. absenti in princip. Paul. de Castr. in l. nuda ratio ff. eod. Roman. cõsil. 195. num. 1. Corne. consi. 73. num. 7. & cons. 254. volu. 3. Gozzadin. consil. 87. num. 8. Alex. cons. 110. vol. 1. & cons. 131. col. 2. vers. nec prædictis vol. 4. Aretin. cons. 17. Paris. cons. 88. num. 15. lib. 3. Guidon. Papa decis. 222. Capicc. decis. 180. n. 8. Clarus. §. donatio q. 12. Ancharan. cons. 169. Gabr. cons. 112. lib. 1. Ruin. cons. 131. n. 4. lib. 1. Boer. decis. 353. nu. 3. Tiraquell. in l. si vnquam in verb. libertis nu. 84. C. de reuocand. donation. Peregr. de fideicom. art. 53. n. 3. 4. Surd. cons. 179. n. 21. lib. 2. Becci. late consil. 65. nu. 4. 5. 6. Seraph. de iuramento priuil. 25. Meno. cõs. 331.*
25 *nu. 93. lib. 4.* quæ procedunt etiam † in pacto resolutiuo, seu liberatorio, quod absenti non prosit, nec naturalem obligationem oriri, nec exceptionem dixit. *ab ex ea de pactis n. 57. nu. 124.* Proin-
26 de videtur, † quod pactum factum in fauorem tertii absentis absque nuntio, Epistola, vel stipulatione legitima posset in absentis prejudiciũ quandocumque reuocari, & sic pęnitentia debitoris soluentis, ratham in virili obligatione, & exceptionem taciti pacti ex huiusmodi solutione quęsita cęteris correis prejudicare posse *ex Bartoli doctrina in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verbor. obligat. Bald. in l. cum a Socero. C. de iure dotium Couarr. variar. resolutio. lib. 1. cap. 14. nu. 7. Clarus §. donatio. q. 13. versic. difficultas est.* Vbi de veriori, & magis communi testatur, & quod si casus contingeret non auderet ab ea recedere in iudicando vel consulendo *Peregr. de fideicomm. art. 51. n. 43. & sequen. & cons. 8. num. 35. lib. 1. infinitos affert. Gabr. de donation. concl. 5. nu. 1. qui Bartoli veriorem sequuntur opinionem Rolan. cons. 19. n. 19. vol. 1. Surd. cons. 150. n. 102. lib. 1. cons. 351. n. 35. lib. 3. & decis. 209. Vivi. decis. 257 Fab. de Anna consil. 32. 52. Molin. de iust. & iure lib. 4. c. 2. n. 74. Gratian. discept 49 nu. 40. & discept. 575. nu. 7. Cephal. cons. 312. nu. 104. Menoch. cons. 270. n. 74. 75. Mantic. de tacit. & ambig. conuẽ. lib. 13. tit. 48. n. 8. & 9. Ant. Faber. in C. lib. 8. tit. 37. de donat. quæ sub modo definit. 2.* sed aduersus Bartoli opinionem etiam communiter alii te nuerunt *vt refert Fabi. de Anna cons. 32. nu. 32. nu. 1. lib. 1. Fachin. controuer. iur. lib. 8. c. 89. & alii.* Quamuis stipulatione interueniente ius irreuocabiliter absenti acquiratur, vt ex magis communi, & veriori alias plenius diximus. *in resol. 63.* & pro ista opinione *post Paulum de Montepico, & Petrum stellam insurgit. Alciatus. in l. si Creditores C. de pactis.*

Quæ & si valde vrgere videantur, verior tamen est contraria opinio, quod immò correis exceptio taciti pacti acquiratur ex huiusmodi solutione irreuocabiliter, & in contrarium adducta
27 Vnico Verbo dissoluuntur, † quia procedunt in pacto expresso, per quod alteri per alterum non potest ius aliquod acquiri; Secus in tacito pacto resultante ex receptione particularis solutionis. hoc enim pactum tacitum hanc specialem prærogatiuam habet, vt Correis quãuis absentibus prosit, & commodum afferat, quod esse speciale in pacto tacito docuit. *Bald. in authent. si quas ruinas col. penult. C. de Sacrosanct. Eccles. et est de mente omnium in dicta leg. si Creditores Cod. de pactis, & in leg. 2. eodem titul. vbi notant. Doctores maximè Alexan. in leg. si cum emptore num. 2. ff. eodem. titulo* eamdem etiam sententiam tenuit. *Decian. in dicta leg. si Creditores num. 5. post Bartol. & alios ibi Alexand. in l. si cum dotem ff. solut. matrim. Bald. in l. 3. §. final. ff. de negot. gest. per l. 4. eod. tit.* vbi voluit donationem pręsumptam absenti prodesse *idem Peregrin. de fideicom. art. 51. sub num. 3. versic. fallit in donatione,* & istam sequitur *cum Bald. admissa longa disput. & apertis iuribus Franc. de Caldas.* Pereyra

Pereyra de emption. & vendict. cap. 33. a n. 66. 67. ad num. 79. Carroc. de escussion. par. 2. quæst. 1. a nu. 50. ad num. 54. Laderch. consil. 131. versic. nec dicatur in fine.

28 In annuis tam præstationibus † veluti in vno ex correis debendi ex causa annui census, si vnus ex eis, licet in solidum obligatus, pro sua ratha soluat, vel conueniatur cum omnibus requisitis ad diuisionem debiti inducendam: non ideo erit aliorum diuisa obligatio respectu sequentium canonum, & præstationum: Sed tantum respectu catameni, & præstationis illius anni, quo alter ex dictis correis ad ita soluendum pro ratha sua fuerit admissus. *Alciat. in l. si creditores nu. 15. Co. de pactis ibidem Petr. Stella column. 5. ad finem nu. 41. circa medium vers. veruntamen non est ab hac limi-*
29 *tatione. Gratian. discept. 359. num. 13. 15. &* † quo ad alios fructus iam maturos, & decursos dixit. *Stella dict. loco num. 42. ad num. 48.* vt non censeatur inducta diuisio *Roderic. de annuis reddit. lib. 2.*
30 *q. 5. nu. 40.* Qui in † solutione, & receptione rathæ sortis principalis solutæ ab altero ex correis debendi in solidum census præstationi obligato, & redimente pro sua parte, vel ratha, resoluit diuisionem, & renunciationem solidi induci, & exceptionem taciti pacti cæteris, Correis insolidum obligatis acquiri. *Gaurb. decis. 46. num. 3.* & sentit *in consuetud. Messan. cap. 9. Gloss. 6 p. 1. num. 24. in fine* dum remittit *ad Rodericum dicto loco*, etiam si toties solutio, reiterata sit, vt præscriptioni sufficiat. Nam præscriptionem nostra suprema tribunalia non admittunt, nisi immemorabilem. Itē
31 † ror deberent esse perscriptiones perfectæ, quot sunt præstationes. *Surd. consi. 302. nu. 8. libr. 3. Ponte consil. 48. n. 11. lib. 1. Gratian. discept. 359. n. 14.*
32 Quod, quid sit † in censu, & annua præstatione emphyteusis, vbi inter plures emphyteutas heredes, vel possessores emphyteusis diuisio, & renuntiatio solidi inducitur, vt censuit, & refert iudicarum *Peregrin. consi. 104. lib. 3.* si fuerit pro sua ratha exactum à Domino à qualibet emphyteusis possessore *ex Fulgos. consi. 80. visa, & fuisse decisum* refert *Vincentius de Anna alleg. 3.* Quamdiu enim diuisio facta non est ius Canonis annui est indiuiduum *Anton. Faber. C. de iure emphyteot. li. 4. tit. 43. defini. 39. & num. 9. in allegatis.* Et ratione magni præiudicii versantis circa dictam remissionem solidi obligationis, & debiti diuisionem; quasi id donare, vel perdere sit Administratoribus
33 non permissum prohibita † est diuisio prædicta, tutoribus, & procuratoribus, etiam cum libera, & Administratoribus quibuscumque nisi de eorum mandato specialiter constaret: qui non possunt agendo pro ratha, vel debiti solutionem recipiendo creditum diuidere. *Alex. & Iason. in l. pręses. C. de transaction. idem Iason. in l. ius Iurandum, quod ex conuentione ff. de iure iurando. Ripa in l. si ex toto. §. 1. n. 19 ff. delegat. 1. Alciat. in dict. l. si creditores C. de pactis. ad finem glos. 1. Ronchegal. in leg. 3. versic. vtique n. 43. ff. de duobus reis. Petr. Stella in repetit. l. si creditores nu. 56. C. de pact. fol. 188. tomo 7. repeten. Gratian. disceptat. 359. nu. 11. Lanar. consil. 19. num. 4. Franc. de Caldas Pereyra de emption. & venditio. capit. 33. numer. 93. Carroc. de escuss. Ant. de Amat. P. II.*

part. 2. quæst. 1. num. 54. & sequent.

34 In prohibitis quoque † alienare ex maioritate rationis, veluti in minore, id prohibitum quoque ampliat. *Stella per Gratian. discept. 359. num. 12. Ponte consil. 81. sub n. 9. volum. 2.* vbi quod saltim via restitutionis in integrum minori succurri dicto casu dicit. *ad textum in l. amissi §. inter ff. de fideiussor. Francis. de Caldas Pereyra de empt. & vendit. c. 33. n. 93.*

Sed quod diximus diuisionem induci ex receptione rathæ cum omnibus requisitis, vt supra,
35 restringitur † non procedere in pluribus fideiussoribus, & correis insolidum beneficium diuisionis inter se de iure habentibus, *ad textum in authent. de duobus reis in princip.* Nam cum tunc ex necessitate iuris creditor dicatur recipere ratham solutam, non dicitur fecisse pactum de non petendo reliquum; sed conclusio procedit, si id creditor faciat ex libera voluntate, & nullo iure cogente, quod probatur *ex dict. l. inter eos §. 1. ff. de fideiuss.* post longam discussionem *dixit Trentacin. variar. resolut. lib. 3. tit. de solution. resol. 6. n. 6. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libr. 15. tit. 5. nu. 3. vers. sed quod Cardin. Tusch. concl. 539. nu. 10. litt. D.* nisi per correos dicto beneficio diuisionis renuntiatum esse proponatur, quod de iure non dubitatur permitti, quo casu procedit nostra conclusio. *Alexan. in dict. l. si creditores Ripa in l. si ex toto §. 1. sub n. 11. ff. deleg. 1. vbi Vincen. de Herculan. in pennlt. col. in fin. Trentacin. variar. resol. lib. 3. tit. de solution. resol. 6. nu. 6. in princ. Anton. Faber. in C. lib. 4. tit. 21. definit. 20. num. 11.* Ideo in Regno de plano procedit nostra conclusio stantibus prægnātissimis clausulis, in instrumentis de stylo apponi solitis renuntiationem prædicti beneficii diuisionis inducentibus respectu creditoris.

Vltra quod nec sine contradictore stat, quod dictum est de pluribus fideiussoribus beneficium diuisionis inter se habentibus. Nam contrarium resoluit. *Alexan. in l. si ex toto §. 1. col. final ff. delegat. 1.* motus ex generalitate *dictæ l. si creditores, et per l. in his §. 1. & l. quoties ff. de solution.* Nec vrget fundamentum contrarię opinionis, quamuis creditor potuerit compelli, vt ratem accipiat: non tamen potuit compelli adijcere in receptione, quod pro ratha portione soluentis quota vel virili recipit. Item potuerat etiam cum protestatione de non diuidendo debitum recipere, vt inde constaret noluisse diuidere, quod cum creditor, non fecerit potius voluntarie quin ex necessitate solutionem recepisse dicendum est, & cum in eo concurrant omnia de quibus *in dicta l. si creditores* resoluendum non sibi minus nocuisse particularem debiti solutionem, quam cuique alio creditori; quam opinionem sequutus est *Francisc. de Caldas Pereyra de emption. & vendition. cap 33. sub num. 65. versic. quo circa.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata nō visis actis vtrinsque partis est nulla. Amplia n. 2. 3. 4.*
4 *Sententia est nulla non visis scripturis ab extra præsentatis.*

G 3 Scri-

Scripturæ ab extrà sunt de actis.
5 *Recitatio processus fit in feudalibus.*
6 *Visa Iudicis super scripturis apposita an probet causæ cognitionem interuenisse, & n. 10,*
7 *Assertioni Iudicis regulariter non creditur.*
8 *Assertioni Iudicis non creditur, quando eius sententia redargueretur nulla, vel valida resultaret.*
9 *Assertioni Iudicis non creditur testanti causæ cognitionem interuenisse,*
11 *Sententia non est nulla, si deficiat visa super Processu, quando aliundè constare posset causæ cognitionem interuenisse,*
12 *Sententia est nulla, licet sit apposita, visa super Processu, si tamen constet etiam præsumptiuè Iudicem causæ cognitionem non adhibuisse 14.*
13 *Causæ cognitio non præsumitur ex temporis breuitate.*
Sententia præcipitanter lata est nulla. n. 13.
15 *Conclusio in causa non requiritur in summarijs causis, & alijs.*
Declara vt n. 19.
16 *Conclusio in causa fit per citationem ad collationem Processus, seu scripturarum parte non comparente, vel nihil apponente.*
17 *Processus, & scripturæ non statim atque Pars fuerit citata ad earum collationem mittuntur Iudici, sed stant in Archiuio per spatium 24. horarum.*
18 *Sententia non visis actis partis aduersæ non est nulla si Pars fuerit citata ad collationem Processus, & scripturarum, & fuerit negligens in mittendo iudici acta ad eius fauorem præsentata.*
20 *Conclusio in causa an sit de iudicij substantia in causis ordinarijs.*
Quid ex Ritus dispositione. n. 21.
Declara n. 24. sequent.
22 *Conclusio in causa an sit de forma in causis sūmarijs. Declara num. 24. sequent.*
23 *Aduersarius cogi potest ad concludendum in causa.*
25 *Summariè iuxta formam ritus quando dicatur Processum.*
26 *Ordinariè iuxta formam ritus quando dicatur fuisse Processum.*
27 *Definitio cui non conuenit, nec conuenit definitum.*
28 *Collatio Processus, & scripturarum habet vim conclusi.*
29 *Conclusio causæ fieri potest ab vna tantum parte altera inuita.*
30 *Iudex ex officio potest in causa concludere.*
31 *Missio scripturarum siue Processus ad Iudicem habet vim conclusi.*
32 *Missio ad effectum, & contrarium effectum habet vim conclusi.*
Declara nisi adsit protestatio cum potestate addendi, & probandi; ex qua Impeditur conclusio. n. 33.
34 *Apertio punctorum, & Processus recitatio habet vim conclusionis in causa.*
35 *Vltimus actus habet vim conclusi in spolio, & alijs summarijs.*
36 *Conclusio in causa, nec publicatio fit in spolio.*
37 *Visa super Processu habet vim Conclusi.*
38 *Termini lapsus ad probandum, & probatum habendum habet vim conclusi.*

ARGVMENTVM.

Pars ad scripturarum collationem citata, num possit de nullitate sententiam arguere ex capite, quod per iudicem actis vtriusque partis non recognitis pronunciatum sit. Ad intellectum capitulorum ritus 134. & 171.

RESOLVTIO LXXI.



Acta litis, & causæ ab vtraque parte ius dicenti, vt instructus ad decisionem causæ deueniat, & cognitis partis vtriusque iuribus eisque auditis; nè in ciuiliter iudicet tota lege non perspecta,
1 mitti eurantur *Liu Ciuile ff. de legibus* quibus † per eum non visis nullius roboris redditur, quod inde prounntiatur. *Bart. & Doctores in l. prolatam C. de sentent. cap. abbate sane de re iudicata in 6. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 13. & nu. 17. de Constitut. Paris. consil. 124. nu. 1. & sequent. libro 4. Cephal. consil. 518. n. 43. Angel. in §. oportet in authent. quomodo oport. Episcop.* vbi loquitur, quando non sunt visæ exceptiones rei. *Vant. de nullitate ex defectu process. num. 34. Hippolit. de Marsil. de bannitis in Verbo sententia. §. 4. n. 91. & §. 6. nu. 42. Grammatic. consil. 96. in ciuil. Cagnol. in l. 2. n. 64. 66. 67. & 68. C. de edend. vbi Curt. & Ripa Bart. nu. 18. Bolognett. n. 40. Petr. de Gregor. de iud. caus. feudal. q. 37. Cumia ritu 76. nu. 127. & 128. Gabri. de sentent. conclus. 9. nu. 10. Vers. contrarium. Mastrill. decis. 80. n. 1. lib. 1. Castill. decis. 45. n. 5. 7. lib. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 33. num. 6.* siue
2 † Interloquutoria, siue diffinitiua sit *Paris. consil. 124. n. 1. 3. 22. lib. 4. cons. 185. nu. 47. lib. 3. Cumia*
3 *ritu 76. nu. 127.* Quod † maximè procedit, quando scripturæ non visæ releuanter faciunt ad causam *Felin. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ col. 7. vers. 9. de Constitut.* vbi dicit veriorem, & communiorem esse doctorum sententiam *Mastrill. decis. 80. num. 2. lib. 1.*
4 Etiam † si scripturæ post conclusum in causa (quas ab extra ex fori consuetudine appellamus) præsentatæ parte citata visæ non fuerint, sententia erit nulla: Quia sunt de actis, cum sint parte citata præsentatæ *ex Pragmatica Excellentissimum Comitis Aluæ de anno* 1589. per quam fuit dispositum omnes scripturas ab extra fore præsentandas parte citata: & consequenter de actis fiunt *ex Guid. Papa decis. 241. Bolognett. in l. 2. nu. 29. Cod. de edend.* & vltra de mandato iudicis præsentatę dicuntur de actis *ex Bald. in leg. illud unic. 3. versic. deinde nota Cod. de Sacrosanct. Eccles. Pacta. de probation. cap. 65. num. 4. part. 1. Bolognet. in l. 2. num. 28. C. de edend.* vt de Anno 1607. fuit decisum in Cōsistorio inter Don Ioseph Russo cum Don Aloysio de Magistro Antonio vt testatur. *Castill. decis. 71.*

Ideo-

5 Ideoq. in feudalibus † fieri recitationem Processus in Iudicio *dixit Petr. de Gregor. de iudic. caus. feud q.37.*

Constare igitur debet pro sententiæ validitate iudice partes audiuisse, & Instructũ de causa fuisse nè dum scripturas simpliciter visas fuisse hinc vtimur Iudices apponere solere visam super scripturis super quibus pronuntiant *vt dixit Mastrill. decis. 80. num. 2. lib. prim.*

Quæ super scripturis, vel processu terminando
6 per Iudicem apposita † licet sola non faciat testimonium ad plene probandum iudicem fuisse instructũ, processum visum; causæque cognitionẽ
7 fuisse adhibitam: cũ Iudicis † Assertioni in quocumque casu non credatur *c. cum à nobis de testibus c. post cessionem de probation. l. eo. C. de appellat. Dec. l. 2. num. 35. C. de edend. Gabr. de sentent. concl. 9. num 12. lib. 2. Menoch. de arbitr. casu 187. num. 31. & libr. 1. quæst. 76. Farinac. quæst. 9. num. 7. & quæst. 46. a num. 76. & sequent. Mastrill. dec. 195. n. 1. lib. 2. Mascard. de probation. conclus. 951. num. 2. & nu. 10. Gratian. decis. 100. num. 11. dec. 198. num. 34. Surd. cons. 472 n. 37. cons. 452. n. 54.* Et maxi-
8 me † in eo, quod redargueretur eius sententia nulla, vel valida redderetur *dixit Butr. in cap. cum à nobis num. 10. col. 4. vers. secundo quando proceditur Felin. nu. 8. vers. Item procedit conclusio de testibus Aufrer. de reprobat. testibus num. 11. verbo arbitrer versic. procederet etiam ista conclusio Crauet. cons. 265. per totum Menoch. de arbitrar. quæst. 73. num. 8. Mascard. de probation. conclus. 124. nu. 9. Hector. Emill. de testibus verbo arbitrer num. 15. Farinac.*
9 *q. 60. num. 108.* quemadmodum nec Iudici † creditur attestãti causæ cognitionem interuenisse *Hyppol. de Marsil. in tractat. de Bannitis in verbo sentent. §. 6. num. 46.*

10 Concurrentibus tamen † aliis adminiculis, vel coniecturis dicta visa causæ cognitionem interuenisse probat, & iudicem fuisse de causa instructum ad validitatem sententiæ, vel vt si aduocati aut Causidici fuerit auditi, vel aliter Iudex informatus, vel si apparerent scripturę ab eodẽ Iudice tacturatæ vel motiuatę, etiam super his data ipsius Iudicis conscientia, vt discusso negotio fuisse decisum in Consistorio pluries testatur *Mastrill. dicta decis. 80 nu. 11. & 12. ex Ancharan. cons. 439. Crauett. dicto loco. numer. 22. Mascard. de probation. conclus. 951. num. 15. Decian. cons. 18. num. 202. volum. 1.*

11 Cæterum & si † super processu, vel scripturis deficiat visio manu Iudicis non scripta; si tamen aliunde apparere posset causæ cognitionem per Iudicem fuisse adhibitam, valida erit sententia *Bolognett. in leg. 2. nu. 39. versic. Præterea si notarius Cod. de edendo Castrens. cons. 19. lib. 1. Paris. cons. 79 vol. 1. Castil. dec. 71. n. 6. Mastr. dec. 80.*

12 Vnde ex diuerso † licet in dorsum Processus fit annotata visio per Iudicem, si tamen aliunde constare posset extrinsecè etiam præsumptiuè iudicẽ causę cognitionem nõ adhibuisse sententia quoque erit nulla. Nam vis nõ stat in mera visione scripturarum ad validandã sententiam, sed in cognitione, & discussione causæ: licet scripturarum visio Pars cognitionis sit principalis vt aduertit.

Castil. dec. 71. nu. 4. Cuius potest esse exemplum si
13 † magnus processus terminandus Iudici oblatus in sequenti die fuerit decisus: quamuis in dorsum eius apponatur visa, cum verisimilitudini congruum satis sit, Iudicem infra tãm breue spatium temporis non potuisse de causa mature prout decet, instrui, & sententia erit nulla tamquam præcipitanter, & sine causæ cognitione prolata; cum præcipitatio in sententiis sit nouerca iustitiæ *Bart. Bald. & alij in l. prolatam C. de sententijs Alex. & alij in l. 2. C. de edendo, & l. Iudex. C. commination. vel Epistol. Felin. & alij in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constitution. Soccin. cons. 66. viso n. 2. & cons. 87. pensatis n. 5. & seq. & cons. 92. n. 12. libr. 4. Paul. de Castr. cõs. 336. volum. 2. Ancharan. cons. 255. Decian. cons. 544. nu. 18. Paris. cons. 89. n. 47. libr. 1. Crauett. cons. 153. & cõs. 179. in principio. Menoc. de arbitrar. lib. 1. quæst. 19. num. 7. & quæst. 42. & cons. 208. num. 17. 18 libr. 3. Gabriel. de sentent. lib. 2. conclus. 6. a nu. 5. cum plur. sequent. Mascard. de probationibus. conclus. 241. a num. 2. & seq. & conclus. 1296. num. 36. 37. Ferret. cantbel. vltima nu. 8. 9. Alciat. regul. 3. præsumption. 9. num. 8. Grãmatic. dec. 15. num. 13. Vant. de nullitat. ex defect. process. num. 30. & sequent. Muta decis. 12. num. 28. Eugen. cons. 1. num. 51. 52. Milanens. decis. 2. num. 35. part. 1. Castill. decis. 71. num. 5. & decis. 194. num. 63. Surd. decis. 334. n. 4. p. 2. Cephal. cons. 518. num. 42. lib. 4. Caualcan. decis. 46. a num. 454. sequent. lib. 1. Decian. cons. 38 n. 69. lib. 3 Becci. cons. 52. nu. 113. Paris. de Puteo de sindicatu vers. sententia ca. 8. num. 1. 2. Muscatell. in praxi p. 7. Glosa sententiam a num. 28. 29. & sequent. Trois. ritu 86. num. 3. Simoncell. da decret. lib. 3 titul. 7. inspect. 3. num. 17. Riccius in sua praxi. dec. 8. lib. 3.* vel si tempore decisio-
14 nis † coram Iudice non curauerit pars omnes scripturas apportari facere: quamuis à principio fuerit super eis apposita visa ordinaria, vt moribus receptum est. Quod fit, vt tempore, quo causa votanda est, diligentius Iudex proferat, cum multis inuolutus negotijs immemor præsumatur de gestis coram eo à principio; quamuis fuerit tunc temporis de omnibus instructus *Iuxta notata per Decium, & Ripam vbi Cagnol. num. 63. in principio, Bolognet. num. 14. & 34. vers. non in meritu, & num. 42. vers. sextus intellectus in leg. 2. C. de edendo Menald. cons. 38. num. 28. volum. 1. Surd. decis. 175. numer. 10. per Castil. decis. 71. numer. 8. & seq. lib. 1.*

Inoleuit Igitur praxis, & cauthela pro euitanda nullitate sententiæ ex isto Capite visionis
15 actorum, vt in summariis † causis, & in aliis in quibus non fit formale conclusum *vt post Marant. de ordini Iudic. p. 4. distinct. 9. num. 22. Petr. de Gregor. de Iudic. caus. feudal. q. 21. num. 2. 3. Burs. cons. 129. num. 24. Cumia ritu 39. num. 63. Cardin. Tusch. conclu. 559. num. 13. littera C. volum. 2. Castill. dec. 196. numer 3. 4. lib. 2. Carauita ritu 75. num. 1. ritu 238. numer. 3. Alexandr. cons. 84. volum. 4. Roman. cons. 175. Afin. in praxi §. 3. c. 11. n. 1. §. 23. cap. 6. limit. 7. nu. 2. Capic. dec. 1. n. 33. 34. Afflict. decis. 272. num. 4. in cap. 1. nu. 109. de inuestitur. inter domin. & vassal. & in Constit. Iuris peritorium num. 41. & in Constitut. pacis culturam numer. 54. &* in

in const. vniuers. n. 6. 7. Giurb. dec. 74. n. 1. Menoch. de arbitrar. quaest. 35. nu. 11. & de adipiscenda possession. remed. 4. n. 682 Vant. de nullit. ex defectu process. num. 45. Scacela de iuditijs libr. 2. cap. 12. num. 8. Misinger. obseruat. 17. num. 1. centur. 3. Mascard. de pro-
16 batton. conclus. 1176. n. 47. citetur Pars † ad collationem scripturarum, qua citata non comparente, vel nihil opponente fit collatio, & conclusium dicitur esse in causa Afflict. in Constitut. vniuersos n. 6. lib. 2. rubr. 44. Muscatel. in praxi p. 7. gl. script. n. 12. Magon. dec. Florent. 39. Bellam. dec. 55. & decis.
17 552. Ricc. Collect. 1478. Et non statim † vel eadem die mittuntur scripturae Iudici, sed statim in Archiuo per spatium 24. horarum vt testatur Muta ritu 171. n. 25. quod fit ad hoc vt Pars ad collationem scripturarum citata ex parte sua in dicto tempore curet vt mitatur etiam inclusae, seu sutae iudici omnes scripturae, & acta facienria in eius
18 fauorem, quae † si negligens fuerit in hoc curando, & Iudex pronunciauerit super actis, & scripturis ab vna parte tanto missis valide pronunciauit: nec potest infringi sententia, ex quo non visis actis partis aduersae pro lata sit, quia suae negligentię hoc sibi imputet pars est doctrina Felin. in c. Ecclesiae Sanctae Mariae num. 18. de Constitution. magis in expresso Prouinzal. in addition. ad Bertach. in verbo sententia. Gabr. de sentent. conclus. 9. num. 15. Cassador. decis. 2. num. 19. de appellation. quos sequitur Intrigliol. singular. 87. num. 2. libr. 2. & testatur Cumia in ritu 77. secundum eius ordinem num. 26. & num. 127. & ita fuit decisum in Curia primarum appellationum huius vrbis pro Donna Laura Vaidina Contra Paulum Anzalone de Anno 1622.

Animi aduersione tamen dignum est circa
19 † id, quod supra diximus conclusionem non requiri in causis summarijs, procedere tantum in summariis iuxta formam Pragmaticę nouissimè, per quam causae omnes in regno effectè sunt summariè Mastrill. decis. 237. lib. 3. Nam licet de iure
20 controuersum sit † an conclusio in causa sit de iudicij substantia: & quod de iure communi non requiratur in ordinarijs, nisi in causis Ecclesiasticis. Abbas Fel. in c. cū I. & A. de re iudicat. Cardinal. in Clement. saepe §. Et quia a q. 19. de verb. signific. Vant. de nullitat. ex defect. process. n. 45. Cumia ritu 39. n. 63. Troisi ritu 40. n. 2. Caraual. ritu 238. vbi latè & ritu 75. n. 2. Marant. de ordin. iudic. p. 4. distinct. 9. n. 23. & p. 6 actu 15. n. 9. Mising. obseruat. 17. cent. 3. Menoch. de arbitrar. lib 1. quaest. 35. num. 8. Afflict. in constitution. Vniuersos lib. 2. rubr. 44. num. 6. Muscatell. in praxi par. 7. Glos. de iure num. 8. Afini. in praxi. §. 3. cap. 11. num. 3. & §. 23. cap. 7. tamen ex
21 † forma ritu 171. conclusio in causa in ordinariis est de forma; quia dicitur ibi concludatur, & cetera. Ita notat ibi Fimia quem refert Muta ibid. nu. 22. & in Consuetud. Panormit. c. 2. n. 3. & cap. 5. num. 27. & cap. 67. num. 14. Corsett. libr. 2. quaest. Forens. 11. qui in feudalibus, & hoc est indubitatum.
22 Pariter † ex forma Ritus 39. seu 134. Conclusio in causa est de forma, etiam in summariis iuxta formam ritus Mastr. dec. 237. lib. 3. Cumia d. Ritu
23 39. num. 63. Inde est vt aduersarius † cogi possit ad concludendum in dictis causis Guid. Pap. dec. 587. vbi additio Iason. in l. admonendi num. 50. 51. ff. de iure iurando refert. Muta d. Consuetud. Panbor. 5. n. 27. & seq. Menoch. de arbitrar. libr. 1. quaest. 35. num. 7. Afflict. in Constit. Vniuersos. num. 6. rubric. 44. lib. 2.
24 Quod declaratur tamen † procedere si fuerit ordinariè, vel summariè iuxta formam ritus processum: Secus si alio modo Iuxta formam Pragmaticae, vel ex abrupto; quia tunc conclusio non
25 requiritur. Ideo † summariè Iuxta formam ritus tunc dicitur procedi, quando fit citatio incusatur Contumacia, & fit litis contestatio Bartol. in l. ne quicquam §. de plano ff. de officio pro consul. Ioan. Aloys. de Settimo d. ritu 134. vbi alij, & Cumia n. 3.
26 & qualiter procedatur dixit ritus praedictus † Ordinariè vero Iuxta formā ritus dicitur processum, si fuerint seruata contenta in cap. Ritus 171. vbi Cumia, & Muta latè verū si nullo ex dictis modis fuerit processum non potest dici conclusionem
27 requiri quia cui non Conuenit † diffinitio non conuenit diffinitum l. si seruum. §. non dixit ff. de acquirend. haereditat. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto Roman. cons. 442. num. 2. & de statuto. Decius cons. 591. num. 2. Becci. cons. 1. numer. 25 Surd. dec. 274. numer. 32. beue Petr. de Gregor. de iudic. causar. feudal. q. 21. n. 1. 2. 3. seq. & latè fuit discussum pro D. Antonio de Quinrana Duegna Marchione Florelle in supremo rerum Italiarum Consilio cōsiliario, & Regni Siciliae Regente meritissimo, & Decano, contra Don Antonium Statella in causa feudi Plachez.
28 Cumque collatio † predicta scripturarum in dictis causis vim conclusi obtineat. Petr. de Greg. de iudic. causar. feud. quaest. 21. num. 3. Castill. decis. 196. n. 14. lib. 2. Boniornis ritu. 184. Intrigl. singul. 158. num. 2. lib. 2. Giurb. dec. 74. nu. 1. Quoque cer-
29 tum † est quod sufficiat si conclusio, siue collatio ab vna tantum parte fiat, quae Scripturas Iudici mittat. Cum per Ritum 171. Conclusio requiratur sat est, quod facta, sit quamuis ab vna parte alia tamen citata ad accollationem faciendam: Nam si opotteret conclusionem ab vtraque parte fieri si aduersarius nolet cōcludere, vel conclusioni cōsentire numquam missio scripturarum ad iudicē fieret; vel aliter concluderetur: nec causa expediretur, & isto Iure vtimur. vt dixit Afflict. in Constitut. vniuers. n. 6. in fine rubr. 44. libr. 2. Mastrill. decis. 237. nu. 9. & 10. lib. 3.
30 Et quoque † Iudici ex Officio permittitur altera parte inuita in causa concludere ad immortalitatem litium euitādam Hypol. de Marsil. tract. de Bannitis verbo Iudice num. 232. Iason. in l. admonendi n. 46. ff. de iure iurando Masull. ad Capiec. decis. 82. num. 7.
31 Similiter, & † missio scripturarum; siue processus facta Iudici vim conclusi habet; quia tunc petitur Iudici per partem sententia proferri Felin. in c. cum dilectus colum. 7. de fide instrumentor. Imola & Butr in Clementin. 2. de causa possession. & proprietat. Bart. in lege ex filio C. de appellation. Cagnol. in leg. Consilij numer. 11. ff. de regularis Iuris Capic. decis. 180. numer. 10. Natta cons. 251. testatur decisum Boniorn. in ritu 184. in fine vbi Fimia Roland. cons.

*conf.52.num.10.lib.4. Menoch. de arbitrar. lib.1.q. 35.num.5.Carauita ritu.239.num.4. Muta in dicto cap.Ritus 184.nu.7.& in ritu 171.n.25. Giurb.dec. 74 n.1.*qui testatur per M.R.C.decisum pro Barone Siculianæ de Anno 1600.*Cauagnol. ad Decret. Montisferrat.16.§.4.num.4.Sola ad decret. Sabaud. titul.de conclusion.Gl.1.nu.12.Surd.cons.8.num. 21. cons.160.num.85.Gratian.dec. 198. num. 10. Afflict. in const.vniuersos,& singulos num.6.lib 2. rubric.44.Castil.dec.196.num.2.& num.7.libr.2.Mastrill.dec.237.n 6.lib.3.*

32 Vel si missum sit † ad effectum, & contrarium effectum, per quem modum in causa concluditur. *Petr.de Gregor.de iudit.causar.feuda'.quæst.21.n.1. 2.& 3.Mastril.in addit.Cumia in sua praxi post ritum fol.11.colum.1. Asini.in praxi §.23.cap. 6. n. 1.Ioann. de Amicis cons.108.Gail.lib. 1. obseruat. 107.num.4, Castil.dec.196.num.5.& seq.lib.2. Cephal.cons.51 .num.19.Caacer.variar.resol.lib.3.ca. 17.de sentent.numer. 16. Sola ad decret. Sabud. tit. de conclus.in causa p.2.gl.1. num.5. Menoch. de arbitr.l.1.q.35.Osasc.dec.142.n.6.Caual.de Bracch. regio titul. de numer.test.num.150.Tepat.lib.1.titul. de conclus.in caus.Grauae.Tusc.& alij per Giurb. decis.47.num.8.*

33 Nisi pars, † quæ ad effectum miserit fuerit protestata, ponendo clausulã cum potestate addendi, & probandi, etiam per testes, si quæ desunt: ex qua reseruatione impeditur quandoque conclusum. Idem est quo ad partem, quæ ad contrarium effectum miserit cũ eadẽ protestatone, & clausula: alias, secus *Cappella Tholos.decis.14.quem allegat.Cumia in sua praxi post ritum fol. 11. Ripa in c. ex part.n.71.de rescript.Muta ritu 134 num. 35.& super Consuetud. Panor.cap. 4.num. 34. Bellamer. decis.55.56.57. Muscatel.in sua praxi. part, 7. Glosa in verbo conclusio numer.1.fol. 179.Gail.libr. 1. obseruation.107.num.15.Carauita ritu 238.num.3. Giurb.dec.47.num.9. 10.*de quo latius alias diximus *in resolution.69.*

34 Item recitatio † Processus, & apertitio punctorum habet vim conclusi. *Imola in Clementin. final. de causa processi,& proprietat. Felin. in c. insinuante de officio delegat. Petr. de Greg.de iudit.causar.feud. quæst.21.num.2.3.vbi Mastril. in additon.allegat. Bart.*ex ratione quia tunc liquet iudici de causa *Thesaur.dec.33.Sola super Consuetudin.Sabaud. tit. de conclus in caus.Glos.1.par.2. num. 13. Muta super Consuetudin.Panormit.cap.5.num. 33. Mastrill. decis.237.num.3.4.8.& 21.lib.3.Castil.dec.196.n. 8.lib.2.*

35 Vltimus quoque actus † qui fit habet vim conclusi, tam in spolio summarijssimo, quam etiam in omnibus causis in quibus expressim, & formaliter non fit conclusio, vt in summarijs *Doctor.in ca. insinuante de exception.Corn.cons. 235.col.3.vol. 3. Fimia ritu 183.Marant.de ordin.iudicior.distinct.9. num.24.Muta super Consuetud.Panorm.cap.5.num. 32.Capic.decis.1.Asin. in praxi §. 3 cap.11.num.2. & §.23.cap.6.limit.7.n.3.8.Castill.decis.196.num. 6. libr.2.Giurb.decis. 74. num. 1. Cardinal. Tusch.*
36 *conclus.559.litter.C.volum.2.nu.15.*Non enim † fit conclusio, nec publicatio in spolij iudicio *Petr.de Gregor.de iudit.caus.feudal.quæst.17.num. 3. Muta in ritu.135.num.100.*

37 Visa etiam † quæ super scripturis, & processu per Iudicem apponi solet in his causis vim conclusi habet, quia tunc iam iudici dicitur quoque de causa liquere *Boniorn.ritu 184.vbi Bascus Lancea verbo concludatur.Giurba decis.74.n.1.qui affert.Rebuff.ad Regias Constitutiones titul.de littera impetr. at renuntiation. artic.2. Gl.1.Sola ad decretum Sabaudiæ titul.de Concl.gl.1.n.13.&* testatur decisum de Anno.1600. In Magna Regia Curia pro Baronæ Siculianæ.

38 Quando etiã lapsus est † terminus datus parti ad probandum, & probatum habendum, dicitur in causa Conclusum. *Glos.in Clementin. sepe in verbo Conclusione de verbor.signification. Fel.in c.cũ dilectus num. 29. de fide instrumentor. Anton.de Butr. in capit. licet causam colum. 3.de probation. Lancellott.Conrad.in sua practica cap.9.de Pretore §.secundo de Officio prætoris in caus.Ciuil. in titul.de publication.sub num.1.Lanfranc.in capit.Quoniam contra in titul. de depos. test. num.59. Iason. in l. licet. n.2.C.de Procurator,& in l. admonendi in prima lettura num.50.ff.de iure Iurando,& Institution.de act. in princip.num.109. Lafranch.de Oriano in titul. de exceptione.num.10.Menoch.de arbitrarijs lib. 1. qu. 35 num.6. Surd.cons 8.num.11.lib. 1. Fulgos. cons. 138 colum.3.versic. bis illis consequens Alexandr. cons.77.num.9.lib.1.& cons.101.viso processu.nu.4. libr.2.& cons.198.viso processo num. 9.lib.7.Cardinal. Tuscb. conclus. 559. num.3.4. 10. & conclus. 560.n.5.litter.C.volum.2.Bald.cons.67.quia ex facto in fine lib.1.Muscatel.in praxi p.7.Glos.de iure nu. 7.& Glos.scriptur.numer.11. Roman.cons.176. Carauita ritu 239.numer. 4. Hippolit. de Marsill. in Trattat.de Bannitis in verbo Iudice n. 231.* qui dicit esse modum singulare, & perpetuo menti tenendum ad concludendum in causa *Andr. ab Exea de pactis num.441.Bero. in cap. Quoniam contra num.211.de probation.Marant. de ordine Iudic. pars.6. titul.de Conclusione in causa nu. 1. Asin. in prax.§.23.c.2.n.2.*qui de statuto Florentino idem disponente testatur *Gratian.disceptat.206. nu. 29. libr.2.Mascard.de probation.conclus.1176.nu. 45. 46.volum.3.*

SVMMARIVM.

1 *Præceptum pænale fieri potest à Iudice vel Principe ad tuendam propriam iurisdictionem, & auctoritatem, vel ad scandala, & in licita euitanda.*

2 *Muta dicitur pena in pecunia cõminata a Iudice pena vero quæ iuris communis, vel statutarij dispositione imponitur.*

3 *Iudex in imponendis multis debet proprium arbitriũ regulare pro facti, & personarum qualitate.*

Multa quanta sit quando in præcepto certa à Iudice non taxatur, & exprimitur.

4 *Multa eccessiua irrogari non potest, & quæ sit cecessiua.*

5 *Appellatio datur ab excessu multandi.*

6 *Appellatio an detur, à Iudicis præcepto.*

7 *Præceptum non transit in iudicatum.*

Appe-

8 *Appellatio non datur a precepto facto fideiussori de represetando licet ad Principem detur recursus.*
9 *Delegatus an possit multam inrogare.*
10 *Iudex ecclesiasticus an possit laicum multare.*
11 *Castellanus vel Iudices pedanei, & infime iurisdictionis an possint multare.*
12 *Procurator fiscalis an possit multam irrogare.*
13 *Arbiter an possit multam comminare.*
14 *Scriptura an sit de substantia in praeceptis penalibus.*
15 *Iudex an possit multam modificare, vel in totum remittere contemnenti, & contumaci.*
16 *Princeps an de multa possit facere gratiam si sit Fisco applicanda, vel parti.*
17 *Prorex in Regno non potest facere gratiam de pecuneis Regio Fisco applicandis.*
18 *Praeceptum Iudicis, vel Principis contemnens qualiter puniri possit.*
19 *Contemptus Iudicis semper est punibilis.*
20 *Praeceptum cum clausula iustificante per comparitionem resoluitur in vim citationis.*
21 *Multe Fisco applicantur.*
22 *Multa applicantur Fisco Baronis cum mero, & misto imperio.*
23 *Iudex an possit multam locis pijs, vel parte applicare.*
24 *Praeceptum penale, & multa, tam in ciuilibus, quā in criminalibus potest per Iudicem comminari.*
25 *In criminalibus an à praecepto penali incipi possit ante formatam inquisitionem.*
26 *Praecepta, & rescripta Principum non sunt exequēda, quando sint contra ius, vel tertij praeiudicium, sed Principi est consulendum, & expectanda secunda iussio superseděd o in exequutione quid in rescriptis Apostolicis, num. 29.*
27 *Proreges concedunt exequutorias priuilegijs, & rescriptis ab extra regnum venientibus audito fisci patrono, vel tertio interesse pretendenti alias exequi in Regno prohibentur.*
Amplia in rescriptis apostolicis. num. 28.
29 *Beneficia patrimonialia fauore certarum personarum eligendarum non subijciuntur Regule octaue Cancellarię.*
30 *Terminus de nouo dandus est contemnenti praeceptum penale ad dicendum causam quare praeceptum non obtemperauerit. num. 31.*
32 *Praeceptum iniustum non tenetur quis obtemperare.*
33 *Causa qualibet colorata excusat a pena in praecepto comminata.*
34 *In dubio dicendum praeceptum non obtemperatum ex causa saltem colorata non in contemptum.*
35 *Iudicis arbitrio remittitur ex facti qualitate si ex causa, vel in contemptum praeceptum non fuerit obtemperatum.*
36 *Donatiuum non potest tribui proregi in Parlamento per Congregatos.*

ARGVMENTVM.

Pœnale pręceptum Iudicis, vel Principis contemnens an statim lapso praecepti termino exigendus sit, vel debeat super causa non obtemperati pręcepti citari, & terminus iterum dari, & quando liceat Principi consulere, & praeceptum non exequi.

RESOLVTIO LXXII.



1 NE Princeps, & ius dicentium Tribunalia contemnātur, & eorum deludatur auctoritas datur † est illis pœnali preceptiuo iudicio propriam auctoritatem, & iurisdictionē tueri eorumque mandata exequi etiam ad scandala, vel illicita euitanda, iuxta Text. *& ibi Doctores omnes in leg. vnica ff. si quis ius dicen. non obtemperau. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit Bart. & Alexand. in l. 1. §. his videtur. ff. si quis ius dicenti non obtemperauer. Roland. cons. 47. num. 1. volum. 2. Bossi tit. de multa. nu. 17. Menoc. de arbit. cas. 280. l. 1. Gail. l. 1. obser. 13. Farin. qu. 107. num. 265. Eugen. cons. 31. num. 11. Camill. Borel. in sum. decis. tit. 46. num. 97. 98. volum. 1. Asin. in praxi §. 21. cap. 3. n. 1.* Et ea † multa dicitur
2 si in pecunia comminetur quae Iudicis arbitrio imponitur a differentiam pœne, quę de iure communi vel statuario inseritur *ad Textum in l. 1. C. de modo mulia l. & in multis. C. de appellation. l. 1. ff. si quis ius dicendi non obtemperau. l. aliud est §. 1. & l. si quis pœna ff. de verbor. significat. cap. 1. de dolo, & contumacia speculator. de sentent. §. 2. verbo & est quarta. Alexand. in leg. ex cōsensu. §. final. de appell. Bald. in l. certa. C. quando prouoca. non est necessar. Capic. in inuestitur. feudal. in verbo cum multarum. Peguera decis. 6. num. 18. Peregrin. de iure fisci lib. 4. tit. 8. num. 2. Cardinal. in Clementin. 2. §. 1. de haereti. regulādo †* Iudex arbitrium proprium in multis
3 imponendis pro facti, & personarum qualitate, quicquid sit quando in praecepto certa non taxatur pœna *iuxta text. in l. eos C. de modo multan. Iason. in l. 1. in 2. notab. ff. si quis ius dicen. non obtempera. Oldr. cons. 15. Marant. in specul. in 4. p. 5. par principal. num. 69. Boss. de multa. num. 8. in fin. & seq. Afflict. in c. 1. num. 21. in fi. ex quibus caus. feudal. amittat Roland. cons. 47. num. 13. 14. lib. 2. Menoch. de arbitrar. casu 280. num. 2. Ponte cons. 53. num. 12. lib. 2. Cagnol. in l. vnica num. 9. 10. 11. & 19. ff. si quis iis dicen. Farinac. q. 18. n. 31. 59. quamuis dissentiat Bertazol. cons. 417. num. 10. 11. 12. & sequent. lib. 2.*
4 Licet irrogari non possit † pro summa, & multa graui, & omnes iudices ab excessiuis multis cessare debent *per Text. in l. final. Co. de modo multan. Alex. cons. 53. viso themate col. 3. vol. 2. Alciat. in l. aliud est fraus. §. inter multā vers. ex arbitr ff. de verbor.*

bor. significat. Anfr. ad Cappell. Tholosan. dec. 274.
Cagnol. in l. 1. in princip. n. 19. ff. si quis ius dicend.
non vbi temperan. reiectis multis dicentibus de
consuetudine contrarium seruari Roland. cons. 47.
num. 49. 53. vol. 2. Bossi. tit. de multa. n. 10. Natta.
cons. 240. num. 2. cons. 593. num. 5. Clar. in §. fin. q.
31. vers. item vero Bertaz. cõs. 354. n. 4. l. 2. & cons.
416. nu. 67. Farinac. q. 18. num. 29. Rota Lucens. di-
uersor. dec. 43. in fine. Grat. discept. 638. nu. 16. lib. 4.
& excessiuam in proposito declarant Cagnol. in
dicta l. 1. Montan. de appellation. lib. 1. cap. fin. num.
92. Camill. Borrel. in summa decision. tit. 33. a n. 699.
cum plurib. sequent. volum. 2. & dicit correspondere
re delicto nec grauiorem irrogari debere, & esse
insolitam si contra stilum loci, & Curiæ, vel deter-
minationem iuris sit, vt si multetur in tota causa,
vel ipsius valore ita vt nulla tunc reddatur multe
comminatio absque appellatione. dixerunt Rolãd.
dicto cons. 47. nu. 52. libr. 2. Baiard. ad Clar. q. 31.
numer. 27. Dec. cons. 458. numer. 10. Plot. cons. 3.
numer. 7. inter cons. Criminal. diuersor. Tom. 2.
Bossi. in dicto tit. nu. 10. Farinac. quæst. 18. num. 30.
& sequ. ad nu. 50. Natta cons. 594. num. 4. Cagnol. in
dicta l. 1. num. 14. 21. Rimin. Sen. cons. 270. num. 45.
Bertazol. cons. 415. nu. 3. libr. 2. Claud. Bertazol. ad
5 Patrẽ cõs. 354. liter. D. & ab† excessu multandi ap-
pellationem dari Cagnol. in dicta l. 1. num. 19. 21.
& sequen. Farinac. qu. 18. num. 58. Boss. de multa. nu.
6 2. 3. 4. & seq. Sicut † & ab ipso Iudicis præcepto,
& multa quandocunque appellari potest Franc in
c. cum cessante. num. 6. in fine, & sub num. 10. de ap-
pellation. secundum Scacc. de appellation. libr. 3. cap.
2. quæst. 12. num. 160. fol. 258. Boss. de multa num. 5.
Bart. & Cagnol. num. 105. in l. 1. ff. si quis ius dicen.
non obtemperan. Serafin. decis. 972. num. 16. Borrel.
in summa decison. tit. 33. num. 681. 686. 687. lib. 2.
7 Cum † in iudicatum non transeat Surd. cons. 160.
num. 44. post Innocent. & Abbat. Castrens. cons. 182.
8 num. 1. 3. vol. 1. Secus† in processo facto fideiussori
de repræsentando à quo non conceditur appella-
tio licet detur recursus ad Principem Menoch. lib.
1. de arbitrar. quæst. 67. numer. 14. & quæst. 70. &
libr. 3. casu 40. Farinac. qu. 34. num. 147. 148. &
sequentes.

9 Ceterum an liceat † delegato multam præce-
ptumque irrogare, cum multare iurisdictionis sit
& ius dicẽtibus permissum ita, vt eorum appella-
tione quoque delegatus veniat, vel non late dis-
serit Cagnol. in rub. ff. si quis ius dicen. non obtemper.
à num. 12. & sequen. per totum & in l. 1. num. 56. &
sequen. eodem Farinac. quæst. 18. num. 49. & sequen.
Roland. cons. 47. libr. 2. num. 11. 12. 13. seq. 74. 75.
10 seq. Idemque quæritur an † ecclesiastico Iudici
quoque liceat præceptiuè multare laicum de
quo Roman. singul. 448. Abbas in C. ad aures de Si-
monia in C. postulasti de Iudeis, & in C. licet de pe-
nis. Cagnol. in l. 1. num. 25. 26. ff. si quis ius dicen. Fa-
11 rinac. quæst. 18. num. 39. Idem† de Castellanis, &
Iudicibus pedaneis vel infimæ iurisdictionis si
multare possint quærit Cagnol. dicto loco num. 43.
& sequent. num. 53. & Doctores omnes in dicta l. 1.
Alberic. Fulgos. Paul de Castr. Alexandr. Iason. &
Claud. Aquens. Peregrin. de Fisco lib. 4. tit. 8. num.
12 29. Guid. Pap. dec. 626. Et† in Procuratore Regii
Fisci post Plot. dixit Farinac. quæst. 18. num. 48. Ca-
mill. Borrel. in summ. decision. tit. 33. num. 715. vol. 2.
13 Quid† in arbitrio Dixit Cagnol. in dict. l. 1. num. 59.
60. & sequent. Plot. cons. 3. num. 40. in fin. in 2. vol.
Criminal. diuersor. Menoch. de arbitrar. libr. 1. quæst.
14 74. num. 13. Farinac. qu. 18. n. 47. Et † in his simili-
bus præceptis scripturam non esse de substantia
dixit Mastrillus decis. 259. num. 56. 57. lib. 3. sed vi-
dendus Bertazol. cons. 415. num. 1. lib. 2. Et ego di-
co quod scriptura iniuntionis, & præcepti est ho-
die de substantia per Pragmaticam tertiam in fine
tit. 82. de penis temere accusantium, & de modo pro-
cedendi in spretis penis t. 1. fol. 272. dixit Castil. dec.
188. num. 13. lib. 2.

15 Posse tamen nonnulli censerunt Iudicem† mul-
tam in pręcepto cõminatam modificare, vel in to-
tum remittere parti contemnẽti maxime ex cau-
sa paupertatis, vel alia Doctores in l. 1. in principio
vbi Cagnol. nu. 81. 82. 86. ff. si quis ius dicenti Bar-
bos. cons. 57. dub. 2. vol. 3. Alciat. in §. inter multã
leg. aliud est fraus ff. de verbor. significat. Bertazol.
cons. 415. num. 6. & cons. 417. num. 35. vol. 2. Petra
in tractat. de potestat. Principis cap. 12. num. 1. 2.
& sequent. Brun. de cession. bonorum in 4 quæstion.
principal. num. 5. Vasq. controuers. Illust. 24. num. 15.
Clar. §. fin. q. 95. num. 7. Boss. de multa num. 14. Fari-
nac. quæst. 18. num. 56. 57. & seq. Baiard. ad Clarum
quæst. 31. num. 32. Peregrin. de Fisco libr. 4. tit. 8.
numer. 19.

Ego vero hæc non admicto cum iam sit fisco
ex contumacia vel contrauentione ius quæsitum,
& prædictà de consuetudine non seruantur teste
Bossio dicto loco num. 14. nec nos seruari in Regno
16 vidimus, & quamuis de † ca multa Princeps pos-
set de iure communi contemnentem a gratiare
quatenus esset Fisco applicanda vt dixit Petra
de potest. Principi dicto cap. 12. num. 1. 5. & cap. 8.
num. 48. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 7. tom. 1.
& de indult. cap. 24. num 19. 20. & seq. vbi etiam
si esset parti applicanda eã nõ cõcordata Carauit.
17 Rit. 272. n. 2. in Regno tamen hoc † Principi etiã
est prohibitum stante expressa dispositione Regiæ
Pragmaticæ tit. 40. de rebus Regiæ Curiæ non conce-
dend. & pariter ex litteris Regys emanatis de an-
no 1600. & in Regno exequut. quibus negatur Pro-
regibus gratiam facere posse de pecunijs, vel pe-
nis Regio Fisco applicandis. Mastril. de Magistrat.
tit. de offic. Proreg. libr. 5. cap. 6. nu. 151. seq. & dec.
205. numer. 34. & sequent. libr. 3. Muta decis. 44. n.
28. & sequent. Proinde anno 1617. Magna Regia
Curia non dubitauit gratiam concessam per Illu-
strem Ducem Ossunę tunc Proregem Marco An-
tonio Sitaiolo qui fuerat condemnatus ad soluen-
dum scutos duos milles pro apportatione sclopi
rotati Fisco Regio applicandos, fuisse nullam licet
cum tunc gratia fuerit impetrata ad instantiam
Eminentissimi Magni Magistri Hierosolimitane
Religionis, fuerit resolutum consulendum esse suę
Catholicę Maiestati maxime, quod verisimiliter
non erat dubitandum Regem concessurum ad pe-
titionem tanti magni Principis testibus Consilia-
rijs. de Mastrill. & Mut. locis prædictis.

18 Contemnens† hinc penale pręceptum, & con-
tumax etiam criminaliter puniri posse cum con-
tuma-

tumacia delictum sit licet in ommittendo censuit
Glos. in dicta lege vnica in Glos. magna §. final. in
fin. Foller. in practic. criminal. canon. vers. non
comporentes contumaces reputentur cap. 10.numer.
24.Farinac.quæst.18.num.27.Corn.cons.95.num.3.
consil.198.num.9.volum.4.Menoch.de arbitrar.ca-
su 153.Mattesilan.singul.17.num.7. Hippollit. in
practica crimin. §. postquam num.63.64. Roland.
cons.47. num.2.& sequent.lib.2.Gail.de Pace publ.
lib.2.cap.5.numer. 8.Cagnol. in l.vnica ff. si quis ius
19 dicen.numer.7.& sequen. Et † contemptus Iudicis
semper punibilis est Baiard.ad Clar. §. final. quæst.
21.num.104.Mastrill.decis.259.nu.28.lib.3. etiam
punitur contemnens Principis præceptum eius
arbitrio secundum Franc.decis.455 num.3.

20 In præceptis vero factis † cum clausula iustifi-
cata si senseris te grauatum compareas per com-
paritionem resolui præceptum in vim nude cita-
tionis dicunt Bald.cons.129.libr.2.Castrens.cons.5.
Cagnol.in l.vnica ff.si quis ius dicenti num. 85. An-
charan.Regiens libr.1.quæst.25. num.9. Bolognet.
cons.7.num.69.Rota Genuæ decis.28.num.12.Gail.
libr.1.obseruation.19.Muta decis.35.num.18. Ve-
lanzol.cons.6.num.53.54. & sequent.Parlador. lib.
2.rer.quotidian.cap.fin.p.1.§.1.num.22.Rebuff. de
liter.obligator. articol. 6. Glos. 2. numer. 4 Caual-
can. decision. 19. num. 1. Guttier. canon. quæst.cap.
4.num.18.

21 Quę multe † & si fisci hærario regulariter ve-
niant applicande vt ait Test.in l. multarum C. de
modo multa leg.1.ff. si quis ius dicen.non obtemper.
l.2.§.1.ff.si quis in ius vocat. non ierit Farinac. q.
100.n.15.in fi.Vin.decis.59.num. 3.Peregr. de fisco
22 lib.4.tit.8.num.1. Vel fisco † Baronis cum iurisdi-
ctione vel mero, & mixto imperio arrogatis la-
te Scrader de fend.par. 10.Section. 3.quæst. 8. num.
23 92.93.Tom.2. Poterit Iudex † alijs causis perso-
nis publicis edificiis, vel piis operibus applicare
vel etiam partibus, Bertachin. in verbo multe om-
nes Bald.in leg. multarum.C. de mod.multand. Test.
in C.quarēti de verbor signification.Hostiens.in sum-
ma tit.de sentent.& reiudicat. & in tract de multa
in §.quis possit.Abbas.Archidiachon. Præposit.Bu-
trig.& alij quos refert.Foller. vbi supra.Eugen.cons.
31.num.11.22.& sequent.lib.1.Gail.de pace publica
libr.2.cap.5.num.2. Mastrill. de indult.cap.18.num.
24 8. & 9. Et vtique tam † in criminalibus quam in
ciuilibus posse Iudicem pęnam in præcepto com-
minare dixit Clar. in §.fin.quæst.31. vers.Item quæ-
25 ro. Improbant † vero in criminalibus incipien-
dum esse pręcepto ante formatam inquisitionem
secus si post Doctores omnes post Glos.fi.in l. 1.ff. si
quis ius dicen.non obtempera.Boss.tit.quomodo proce-
dendum per præceptum Roland. cons.47.n. 44. 45.
libr.2.Bertazol.cons. 354 num.1.2.cons.416.417.l.
2.ex Brun. cons.87.num.46.& cons.41. Baiard. ad
Clar. quæst.31. num.14. 15. Farinac. quæstion. 18.
num.54.

26 Principis † tamen vel ius dicentium mandatis,
& pręceptis parendum semper nō est nā si contra
ius, vel in tertii pręiudiciū referibat, vel pręcipiat
cum id per importunitatem impetrantis fecisse
pręsumatur ideo super sedendum erit per quem,
spectanti in exequutione, & consulendum Principi
vel Superiori auditis interesse pretendentibus,
& expectanda secūda rescribētis iussio §.& hoc ve
ro iubemus in authent.vt nulli iudicum l. sibi vendi-
cari C. de penis.cap.si quando de rescriptis Glos. no-
tabilis in §.si quis autem verbo nuntians in auth. de
mandat.Princip. dicens quod Iudices rescribendo,
& consulendo Principi deseruiunt.Cagnol. in rubr.
ff.si quis ius dicen non obtemper.num.8.Ponte de po-
testat. Proreg. titul. 2. de abundantia Ciuitatis §.
3.num.13.14.& sequent.vbi Torus additionator.&
decis. 23.& cons. 53.num.5.lib.1. Afflict. in con-
stitution. hac leg. nn. 11.& 12. qui vndecim ponit
casus in quibus Principi consuleri potest Mastril.
de magistrat. lib. 5.cap.6. numer. 221. 222. 223.
vol.2. Lancellot.de attentat.par.2. cap.17.num. 86.
Surd.cons.358.num.13.14.15.lib.3. Farinac. quæst.
97.cas.2. inspetion. 1.num. 33. & sequen. & casu
3.num.75.76. Bouadill. in sua politic.lib. 2. cap. 18.
num.208.Roias singul.148. Couarr.prat. q. c.35.n.
3.4.Simancas de Catol.de institution.ca.44. num.32.
Oliba.de iure fisci c.15.n.15.& sequ.Cenall.commun.
contra commun. Tom. 4. quæst. 1. num.292. & seq.
quod idem prouisum est nostrorum Serenissimo-
rum Regum Santionibus vt est Regni capitulum
sub Rege Martino 32. & sub Rege Alphonso cap.
27 393. Cum Proreges in Regno † ex speciali pote-
state in priuilegio per Catholicam Maiestatem
demandata concedant litteras exequutoriales
omnibus priuilegijs, & rescriptis, vel litteris
ab extra Regnum venientibus eis recognitis au-
dito Regio Fisci Patrono pro interesse Regię iuri-
sditionis, vel tertio cui interest, & alio modo
exequi in Regno prohibentur Petr. de Gregor.de
concession.feud.p.8.quæst.7.num.8.Mastrill. de Ma-
gistrat.lib.5.cap.6.num.220.volum.2.post Couarru-
uiam. Capiblancum, & alios testantes ita seruari in
Regnis Hispaniarum, Galliæ, Neapolis, Flandriæ,
Cataloniæ, Aragoniæ, Castelle, & in statu Ecclesia-
stico.10. Salas de legibus disput. 13. Section. 4. post
Emanuel Roderic. Suarez. & Bannes. Borell. in ad-
dition.ad Bellug.in Specul. Principis rubric. 6. in
verbo priuilegij, & in tractat. de præstantia Regis in
fine.Fabius de Anna cons.7. num. 28. Anendagn. de
exequend.mandat.lib.2.cap.30.in princip.Cabed.de-
cis.Lusitan. 3.num.7.Cancer.variar.resolut.lib.3.c.
14.num.60. Oliban. de iure fisci cap.10.num.4.Por-
tules ad Molinam §. alienigena. Gramat. cons. ciuil.
109.Ferett.cons.1.num.14.15.Morla in emptor.iu-
28 ris tit.2.quæst.4.num.9. Idque † seruari etiam in
rescriptis Apostolicis passim in Regno vidimus
& dixit Petr.de Gregor. de concession. feud. par. 8.
q 7.nn. 8. ex Pragmat. Santione Catolici Regis Fer-
dinandi de anno 1479.per eum relata latissime Co-
uar.practicar quæst.c. 35.num.3.4.Foller.in constit.
post mundi machinam.Cancer.variar.resolution. lib.
3.cap.14.n 60.Mastril.Oliban. & omnes supracitati.

Quę rescripta, & bullę Apostolicę si vere non
tendat in pręiudicium tertii, vel damnū reipubli-
cę temporalis turbando Regalem iurisdictionem
& pacem subditorum, exequi debent per Princi-
pes Emanuel.Roderiq.10.1.quæstion.regular.quæst.6.
articol.8. Cenall.commun.contra commun.li.4.quæst.
1.a nu.362.& in tractat. de cognition.per viam vio-
lentiæ glos.6.a numer. 62. & sequent.in executio-
ne

29 ne † quorum rescriptorum Apostolicorum in Regno si de eorum subreptione, vel obreptione aliquando ab interesse prætendentibus opponatur, & petatur exequutorias non concedi, ob reuerentiam tamen Sanctissimæ Sedis Apostolicæ debitam Consiliarij, & Regij Ministri quando id fieri potest, & rei aptitudo permittit exequutorias concedere solent saluis iuribus parti coram Apostolico delegato, vt de facto fuit seruatum de anno 1621. 17. Augusti inter Don Franciscum Nouello, & Dō Roccum Pirri petentem exequutorias Bullæ Apostolicę super impetratione beneficij de furbalato 16. Calendas Iunij 1619. & cognitis inde per Apostolicum Delegatum, vel exequutorem causis ex quibus rescriptū non sit exequendū etiam quod merus, & nō mixtus esset executor ex forma bullatū Apostolicatū in eius executione, quiesceret, & de omnibus qua decet modestia, & reuerētia Sanctissimū consulat eumque certiorando humiliter rescribat, & secundā iussionem expectet *Glos. in verbo nuntians in §. si quis autem in auth. de mandat. Princip.* quæ contra Prælatos exclamat, qui tantum timent literas Papæ, vt non audiant in contrarium replicare *Cardinal. Zabarell. in cap. si quando de rescriptis num. 3. in fine vers. circa hæc* vbi dicet se ita alias consuluisse in casu quo Vrbanus Papa VI. sub grauissimis pœnis præceperat Episcopo Florentino, vt publicaret quosdam processus per ipsum Papam factos contra Carolum Regem Siciliæ, & cum ex tali publicatione timeretur de scandalo consuluit inquam esse rescribendum, & expectandum secundam iussionem *latè Farinac. quæstion. 97. casu 2. inspection. 1. n. 33. 34. Ceuall. commun. contra commun. Tom. 4. q. 1. n. 292. & sequen.* vbi ait quod id fieri debet, ab exequutore non animo, vel intentione impediendi exequutionem litterarū Apostolicarum sed vti Princeps, vel Pontifex maximus melius instructus de precibus supplicātis prouideat illud quod magis sedi Apostolicæ cōueniat, & interim in exequutione supersedeatur. Ideo Reuerendissimus Vicarius Generalis Catinensis Apostolicus Delegatus discussis subreptionis, & obreptionis capitibus terminauit quod rescribatur humiliter, & de omnibus certioretur Sanctissimus in causam dictorum de Nouello, & de Pirri vltimo Septembris 1622.

Pariter vidimus Seruatum in rescripto Apostolico alias impetrato ad Instantiam Clerici Vicētij Caprino super impetratione beneficij, & Canonicatus, quod non fuit in Regno exequutum. Immo, Concorditer per Spectabilem fisci Patronum & Illustres Pręsidentes, & Consultorem Excellentiæ Suæ ex Speciali commissione eiusdem fuit prouisum, quod omnes de Sacro Consilio referant, vt maturius potuisset Santissimus de omnibus certiorari de anno 1629. 29. Septembris Pro Collegio Maioris Ecclesiæ Sancti Nicolai Ciuitatis Nicosiæ, & Sacræ Theologiæ Doctore Don Ioseph Plāzone Protonotario Apostolico, & Sacrę Concionis non vulgari professore contra Fiscum Curiæ Archiepiscopalis Ciuitatis Messanæ, dictūque de Caprino. Idque tum ex centenaria, & immemorabili consuetudine, ac quasi possessione capituli dicte collegiate eligēdi in dicto canonicatu virtute singularis Apostolici indulti per fœlicē recordationem Leonis Decimi, concessi anno 1521. & ita inuiolabiliter passim seruati, tum etiā quia beneficium erat iuris patronatus laicalis, & demum quia erat Patrimoniale fauore certarum personarum eligendarum, quod non comprehenditur sub dispositione regulę 8. Cancellariæ, prout ita pluries Rotam Romanam sensisse *testatur Garzias de beneficijs. p. 7. cap. 15. nu. 1. & 2. & par. 5. cap. 11. §. 11. volum. 1. num. 561. fol. 379. Massobrius in praxi Concursus in præludijs Gonzal. Gl. 9. §. 1. in regul. Cancellariæ.* Et quia prædictus de Planzone per dictum Capitulum fuerat Electus cum non fuerit per Archiepiscopum Messanensē loci ordinarium Confirmatus, qui dixit quod habeat recursum ad Sanctam Sedem Apostolicam, tamquam de beneficio in prætenso mense reseruato Sanctæ Apostolicæ Sedi ex regula prædicta Cancellariæ 8. fuit declaratum, dicto de Planzone dictoque Capitulo fuisse in latum grauamen per duas Cōformes, tum per Tribunal Apostolici delegati Regieque Monarchiæ 28. Iunij 1628. Tum etiam per Ecclesiasticum Iudicem cum voto Tribunalis Consistorii, & Sacrę Principis Conscientię, 30. Augusti, eiusdem anni. Quibus in Iudicatum transactis fuit Planzono tradita Canonicatus Possessio.

Hinc ex superius firmatis (vnde discessimus redeundo cum præmissa non inutiliter inciderint,)
30 fuit in facto tentatum † lapso termino in pænali præcepto præfixo multā, vel pœnā exigi breui manu cohertionibus realibus, & personalibus non citato de nouo contemnente, vel contumace, & fuit resolutum pænam exigi non posse nisi contumace iniuncto, & iterum citato ad dicēdum causam quare præceptum non obtemperauerit ita *Bart. in l. 1. num. 13. ff. si quis iusdicen. non obtemper. vbi Cagnol. num. 97. Iason in l. ad rem num. 3. ff. de verbor. obligation. Cast. cons. 49. lib. 1. Gail. obseruat. 15. lib. 1. Plot. in cons. Criminal. diuersor. cons. 3. n. 17. & sequent. libr. 2. Bald. cons. 124. versicul. praeterea multa l. 1. Rolan. cons. 47. n. 6. 43. 45. l. 2. Nicell. in concordia Glosar. 325. Kircoui commun. opin. centur. 5. conclusion. 70. Claud. Bertazol. ad Patrem consil. 353. numer. 2. libr. 2. Clar. § final. quæst. 44. versicul. veruntamen scias. Bossi. tit. de multa num. 6, 8. Baiard. ad Clarum quæstion. 31. §. final. numer 24. 29. late Farin. quæst. 18. n. 44.* vbi dicit pluries citandus ex iuridica Romanæ Curiæ practica *Cartar. dec. 37. n. 15. 16. Gratian. disceptation. 638. n. 16. lib. 4.* cum super impositione multe nouus requiratur processus, & sententia *Gail. dicta obseruation. 15 lib. 1. Griuell. in decis. Dolan. 140. numer. 4.*

31 Et ideo † in Regno datur terminus extraordinarius contumaci, & præceptum contemnenti, qui est loco citationis ad dicendum causam quare non obtemperauerit, *& adest Pragmat. 3. tit. 82. de pænis temere accusantium, & de modo procedendi in spretis pænis tom. 1. f. 272.*

32 Ratio manifesta est quia † in multis casibus in-

iunctus non teneretur obtemperare præceptum
vt si sit iniustum *Plot dicto consi.3.num. 31.sequen.
Farinac. quæstion. 18 numer. 45. quæstion. 97. casu 2.
inspection. 1. numer. 25. & sequent. Surd. decis. 7. nu.
3.4. & cons. 424. numer. 36.* & etiam in casibus in
33 quibus teneretur obtemperare † ex multis cau-
sis potuit moueri ad non obtemperandum, &
etiam quod causa non sit in effectu iuxta si tamē
est colorata, & probabilis excusat a pæna in præ-
cepto comminata *cap. cum teneamur de præbend.
vbi Glos. & omnes notant Plot. dicto cons. 3. numer.
6.28. Bald. ibi qui consuluit in eodem casu numer.
29. Castrens. consil. 49. libr. 1. Gomes variar. re-
solution. libr. 3. tit. de iniuriar. num. 2. in fine Cardin.
Tusch. litter. P. Conclusion. 237. in fine Farinac.
quæstion. 11. numer. 50. 51. quæstion. 18. numer.
40. 42. quæstion. 90. numer. 7. Bertazol. cons. 416.
num. 14. lib. 2 qui de magis communi testatur. Gra-
matic. vot. 32. in fine. Costa de remed. subsidiar. ca-
pit. 110. numer. 7. Mastrill. decision. 259. numer.
31. libr. 3. Honded. consil 94. numer. 30. & consil.
100. libr. 2. Decian. consil. 51. numer. 36. libr. 3.
Anton. Padill. in lege si quis maior. Cod. de transact.
numer. 42. Guttier. de Iurament. confirmatorio par.
1. capit. 61. numer. 23. Gargiar. patrocin. 13. num.
25. Becc. consil. 78. num. 28. 29. cons. 96. numer. 17.
Barz. decision. 62. 139. & 145. Surd. decision. 89.
decision. 216. numer. 40. & decision. 265. Lud. deci-
sion. 54. Viui. decision. 80. Rota Gen. decision. 35. nu.
4. decis. 56. num. 6. decis. 76. nu. 10. Turret. cons. 4. 8.
& 15. lib. 1. Castill. decis. 188. lib. 2* quorum aliqui
34 dicūt sufficere causam esse bestialem, & † in du-
bio præsumitur non obtemperasse ex causa saltē
colorata non autem præsumitur non obtempe-
perasse in contemptum superioris *Bald. inter cons.
Crimin. vbi sup. nu. 29. in fin. Glos. magna in fin. in l. 1.
§. in dubiū in fin. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* &
35 arbitrio Prudētis † Iudicis remanet ex facti qua-
litate perpendere si ex contemptu, vel iuxta causa
saltem colorata non obtemperauerit *Bald. cons.
159. n. 8. l. 3. Tusc. liter. P. concl. 478. n. 10. Bertaz.
cons. 416. num. 14. libr. 2. Farinac. quæst. 90. nu. 44.
& numer. 9. & quæstion. 11. num. 50. sequen. Menoc.
de arbitrar. cas. 353.* Ex quibus fuit datus terminus
defensionis Illustri Comiti Comisi veluti Prætori
felici Vrbis Panhormi, & Marchioni Limine mo-
do Principis Rocce floridæ, quibus tamquam Re-
gni Deputatis de mandato Marchionis Villenæ
Proregis, fuerat facta iniunctio cum termino ho-
re vnius sub pæna scutorum viginti mille, ad sub-
scribendum litteras donatiui ei per Regnum facti
in generali Comicio, tunc derempto de scutis ses-
saginta mille, ob subscriptionem non factam, &
constanter denegatam, & ex quibusdam causis
non fuit exacta dicta pœna, & fuerunt liberati
superuenientibus etiam litteris id iubentibus Suę
Catholicę Maiestatis eiusque Supremi Italię con-
silii vt etiam meminit *Castillus decision. 188. in fine
libr. 2.*

Et si rationem licet inuestigare Suæ Catholicæ
Maiestatis, Suique Supremi Consilii credo fuisse,
36 quod † in Comitis, & Parlamentis non possunt
Congregati tribuere Donatiua, Proregi idque
expt esse iubētibus litteris Regiis de Anno 1612.
20. Octobris aliisque nouissime ponderatis *per P.
Dianam in suis resolutionibus moralibus p. 1. tr. 3. de
parlamento resol. 29. f. 104.*

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur ex adiudicatione emphy-
teusis infra terminum ad redimendum num. 4. 7.*
2 *Gabella debetur ex translatione rei irreuocabili.*
3 *Gabella non debetur ex conditionali contractu.*
5 *Laudimium debetur ex venditione emphyteusi cum
pacto de retrouendendo.*
6 *Laudimium an debeatur ex retrouenditione ne-
cessaria ex pacto de retrouendendo, vel iure redi-
mendi.*
8 *Possessor emphyteusis tenetur Dominum recogno-
scere laudemia, & census soluere, vel rem di-
mittere.*

ARGVMENTVM.

Laudemium an debeatur à creditore pen-
dente termino ad redimendum men-
sium quattuor, rem emphyteuticam sibi
iudicialiter adiudicans, & quid re-
dempta re per debitorem infra termi-
num prædictum.

RESOLVTIO LXXIII.


X iudiciali ad iudicatione emphy-
teusis † sequuta traditione nō dum
1 termino ad redimendum elapso: an
laudemiū directo domino per cre-
ditorem debitū sit de facto vrget du-
bitari aduersus Dominū pro creditore solutionē
laudimii denegantem adducimus exemplū deci-
2 mæ, † & gabellę, quę, & si pro qualibet trāslatione
cōpetat, de translatione irreuocabili intelligitur
absq. in termino ad redimendum *ex Tiraq. de re-
tract. conuent. §. 6. glos. 2. n. 16. in fin. Aponte de lau-
dim. q. 37. col. 2.* vbi terminis laudimii testatur de-
cisum per Senatum, laudimium non deberi,
quando breue tempus ad redimendum adiectū
est, & emptor fructus non fuerit lucratus: secus
si fructus saltem vnius anni percepit *Bertrand.
consil. 211. libr. 4. Surd. decision. 305. vbi late* veluti
3 † de gabella ex cōditionali contractu non debita
dixerunt *Gomes variar. resolut. libr. 2. capit. 11.
numer. 30. Lasarte de decima vendit. capit. 5. a nu.
Molin. de contract. disputat. 337. numer 10. Hi-
polit. Riminald. cons. 722. Surd. dict. decision. 305.
numer. 16. Viui. decision. 124. num. 9. Roderiq. de
Annu. redit. lib. 2. quæstion. 22. sub num. 30. Guttier.
de Gabel. q. 8. Gironda eod. tractat. par. 6. in princip.
numer. 1. & sequent. Parlador. rerum quotidianar.
libr. 1. cap. 3. §. 3. n. 25. Perusin. dec. 114. Azeued l. 1.
num.*

num.96.97.tit.17.libr.9.recompilation. cum possit
se habere ad esse, & non esse venditiones enim
huiusmodi,quę sub hasta fiũt videntur conditiona-
les propter redimẽdi ius,quod intra quattuor mẽ-
ses competit condirionalium autem venditionum
naturam illam esse scimus, vt ante conditionis
euentum in perfectę habeãtur; & ob id nec prius
laudemia ex ijs vlla debeantur *Anton.Faber. C.de
iure emphyt.lib.4.tit.43.definit.28.nu.2.*
4 Pro partes Domini directi tuentibus, † videli-
cet laudimium competere etiam durãte termino
ad redimendũ. Imò etiam infra dictum terminum
pet emphyteutã facta reluitione, prout ita actum
fuit in facti contingentia pro Notario Cesare Lu-
parello,dico exemplum de gabella, seu decima ad
tem non facete,seu non esse procedẽdum de simi-
libus ad similia: ex quo in terminis laudimij Do-
5 ctores magis communiter concludunt † deberi
laudimium, ex venditione sub facultate redimẽ-
di; quia venditio est iam ex omni parte perfecta,
& dominium translatum,& possessio,& prætium
est solutum licet sub conditione resoluenda *Fre-
za de sub feud.lib.2.author. 2.vers.Hic quæro à n. 3.
ad num.7. Amicus de iure emphyteut. quæst.55. nu-
mer.5.* Nam per multum interest vtrum venditio
sub conditione contrahatur,an vero pure contra-
cta sit sub conditione resolutiua *Anton. Faber. C.
lib. 4. tit. 43.definit.30.à num.15.16.& per tot.* Ita
post antiquiores pro vtraque opinione relatos cõ-
cludit *Tiraquell. de retract.conuent.§ 6. Gl. 2. num.
19.20.idem dicit Aponte de laudim. dicta q.37. Te-
saur.decis.75.numer. 2. 3. Plene Burg. de laudimio
par.2. inspection.45.& 50 Alber.Bal. Paul. de Ca-
stro in l.ab emptione.ff.de pactis.Neuizan. cons. 88.
num. 17. Pirr. in Consuetud. Aurelian. tit. de lau-
dim. cap. 12. in fine Mansueri tit. de locat. & in-
re emphyteut.§.1.Intrigl.sing.95.nu.35.lib.3. Ami-
cus de iure emphyt.qu.55. a num. 5. sequent. Caldas
de extinction.emphyteu.l.4. cap.16. num.55. ad nu.
58.Gratian.discept.180.Faber.dict. deffinit. 30. nu.
21.* Quidquid senserint.*Boer. decis. 182. num. 39.
& dec.234.in fi. Cassan.in Consuet. Burgund.rub.10.
§.1.num.15.vers.aduerte. Secundum Galliæ consue-
tudinem loquentes,vt post Thesar.dicta decis.75.nu.
1.in fine aduertit Burg.dicta inspect. 50.sub num. 2.
Amicus dicta quæst.55.num.9.* Adeo vt pro ista
6 sentientes opinione † plura deberi laudimia dixe-
runt,si eodẽ in termino fiat reuenditio,vel si plu-
ries vendatur emphyteusis *Cagnol. in l.2.n.237.
C. de pact. inter emptor. & venditor. Tesaur. decis.
75.num.3. Roderic.de Ann.reddit.lib. 2.quæst. 22.
sub numer.30.Intrigliol.sing. 95.n. 36.l. 3.Solson.in
sua lucerna laudimi cellul.10.num.* 20. licet in hoc
absolute non assentiam *ex Burgio dicta inspection.
50.Surd.decision.321.Amicus de iure emphyteut. q.
55.num.6.in fine.Gratian.discept 180.Muta in Con-
suetudin.Panorm.26.nu. 124. Sola in constitut.Pe-
dam.in tit.de pact.inter empt. & vendit.Glos.1.p.4.*
& idem esset fortè dicendum in decima, vel ga-
bella; vbi statutum, vel consuetudo non obsta-
ret,pro vt in Regno, in quo attenduntur instru-
ctiones Regiæ.
Non obstat quod *Aponte dicta quæst. 37.* refe-
rat in Anno 1464.fuisse decisum laudimium non
Ant.de Amat.P.II.

deberi,quãdo pactum redimendi est infra mensẽ.
Primo, quia antiquo tempore hęc quęstio non
erat ita clara,& resoluta,pro vt est hodie: Secun-
do quia *Aponte* (& merito)illam decisionem non
sequitur,sed aliter distinguit *vers. ego vero.* Tertio
quia loquitur, quando pactum reuenditionis es-
set conceptum per verba directa resolutiua ipso
iure. Quarto illa determinatio hodie derigitur
contra communem merito non est sequenda *ex
Tiraquel. Aponte Burg.& alijs iam deductis.*
Pariter nec resistit *Surd. decis. 305.* Tum quia
loquitur in casu gabelle, & in casu quo erat fa-
cta venditio non translato dominio. Sed ex pacto
fuerat retentum;tum etiã quia n.10.est pro nobis
Nec n.26.aduersatur,quia vltra,quod in diuersis
loquitur terminis, nõ se fundat in illo argumen-
to,& in omni casu *secundum Tiraqu.*quem allegat
intelligendus est, qui licet loquatur arguendo ta-
men aliter concludit *n.19.20.*
7 Hinc pro costanti † deberi laudimium ex hac
venditione licet retractabili ob terminum ad re-
dimendum habet,*Burg.de laudimio p.2. inspect.45.*
dum solum disputat, si sequuta reluitione infra
quadrimestre, vel durante prorogatione debea-
tur aliud laudemium, sed quod semel debeatur,
non ambigit fortius quod in terminis nostri ritus
redimendi facultas, non est mensi prout loqu-
tus est *Aponte d.q.37.* sed quadrimestris. Itẽ ritus
cõcedit creditori vt interim fructus suos faciat,&
licet de facto quandoq. fructus non percipiat nõ
ex hoc cessat natura contractus iam perfecti se-
quenda est ergo natura contractus,& id quod fre-
quentius accidit, ad quod magis legum disposi-
tio accomodatur *l. nam ad ea ff.de legibus, & ple-
nius firmat Anton.Fab.in C. de iure emphyt.l.4.tit.
43.defin.30.à n.14.& seq.& per totum.*
Euenit in contingentia facti prędicti, quod
durante termino ad redimendum proprietarius
8 † condemnari fecerat creditorem cui bona fuerũt
adiudicata ad recognoscendum, & soluendum
laudimia, vel dimittendum iuxta *Regni praxim
ex glos.in l.final. vbi communiter Doctores C. de iure
emphyteut. Surd. decis.32. Aluar. Velasc.de iure
emphyteut quæstion.32. Giurb.decis. 8. in principio
Mastril. dec.171. Vincent.de Franc.dec.615.lib. 4.
Amicus de iure emphyteut.quæst.57.* lata dicta sen-
tentia iuxta petita superuenit debitor,& facto de-
posito redimit rẽ adiudicatam a posse creditoris,
& sic creditor desiit possidere; quia possedit solũ
per menses tres proprietarius exequutionẽ dictę,
sententię cõtra creditorẽ petebat excipiebat cre-
ditor,quod possidere cessauerat ex retrouẽditio-
ne necessaria stãte deposito per debitorem facto,
ex *Ritus* dispositione replicabat tamen proprie-
tarius laudemium semel ei fuisse quęsitum ex vẽ-
ditione licet iudiciali, nec ius iam quęsitum ex
resolutione venditionis cessare Curia Pretoriana,
seu vnus ex Dominis,cui causa erat commissa pro
creditore conuento, eumque ab soluendo pronũ-
ciauit,reseruando iura contra debitorem redimẽ-
tem a posse cuius bona fuerat adiudicata; sed ex
parte proprietarij remissione petita in M.R.C.vnus
ex Dominis sententiã in melius corrigendo, præ-
fatum creditorẽ ad solutionem laudimii cõdem-
H 2 na-

nauit licet ex actu necessario possidere desierit ex redemptione prædicta. Proinde *textum in l. 1. ff. de app llation.* pro sententia Magna Regia Curia stare credimus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in exequutiuis quo ad effectū suspensiuum à sententia lata Panormi, Messana, Cathina, & Drepani.*
2 *Appellatio suspensiua in exequutiuis nō datur in Regno à sententia cuiuscunque iudicis inferioris cum voto iuris periti.*
3 *An locum habeat in sententia lata in secundo iudicio, & causa oppositoria tantum, an etiam in sententia in primo exequutiuo iudicio lata, & num 4.5.6.8.*
5 *Limitatio, & exceptio est de regula.*
6 *Dispositio qualibet de primo actu intelligitur. Maxime in exorbitantibus, & odiosis n.7.*
8 *Pactum de non opponendo non fuit cognitum per Ritum Condentes, sed vnicā supposuerunt esse causam & instantiam appositoriam.*

ARGVMENTVM.

Appellatio suspensiue denegata à sententia in causa oppositoria à Curijs inferioribus ad Magnam Curiam, An in sententia in primo iudicio exequutiuo lata etiam procedat ad interpretationem Ritus c. 116. & Capituli Serenissimi Regis Ioannis 37.

RESOLVTIO. LXXIV.



Curijs inferioribus sententia in causa oppositoria lata ad magnam Curiam succumbēti appellationis auxilium ad sententiæ reformatoriem, vel integrū restitutionem (vbi à iure com-
1 muni permittitur) indulgetur † preter quam si sententia in Ciuitatibus Panormi, Messanæ, Catinæ, & Drepani, proferatur in quibus iuris peritorum copia residet, proinde sententiam iuste verisimiter latam esse præsumitur, in quibus suspensiuus effectus ab eatum appellatione ad Magnam Curiam denegat *Ritus cap. 116.* prestito per Victorem de restituendo in casu succumbentiæ; Quod
2 hodie † ne dū in Ciuitatibus prædictis, sed in qualibet Ciuitate, & Terra Regni si à iuris perito, vel cum eius voto fuerit sententia lata ampliatum est procedere *per Capitul. Regis Ioannis 37.*

Ancipitem circa hoc quandoque vidimus Iu-
3 dicem in intellectu Ritus prędicti si † Ritus prędicti, *& capitulum.* 37. Regis Ioannis dispositio cū de sententia lata in causa oppositoria in eis, mētio fiat ad sententiam in primo iudicio exequutiuo latam extendi posset, in negatiuam inclinātem *ex authoritate Curiæ in dicto capit. Ritus 116.* quod secundum suum ordinem est *cap. 21. n. 23. & 24.* dum in interpretatione dicti Ritus de sententia lata in causa oppositoria Panormi, Messanę, Catine, Drepani, vt non suspendatur per appellationem, vel in integrum restitutionem, in quibus est iuris peritorum copia, & præsumitur iuste lata, vt intelligatur Ritus de sententia lata in secundo iuditio, quod tunc scilicet appellatio non suspendat exequutionem: secus si appelletur à prima sententia lata in primo iudicio, quia suspenditur exequutio, & ita dicit communiter Ritum prędictum interpretari ponderando verba Ritus loquentis in plurali videlicet a Curijs inferioribus ad Magnam Regiam Curiam.

4 Sed manifeste in hoc † *Cumiam* errasse ostēdimus tum si respicimus interpretationem ex obseruantia, quę etiam de sententia lata in primo iudicio est, quod passim seruamus, & peritiores pro resoluto hoc semper habuerunt reiecto *Cumia* tū etiam si consideramus verba Ritus; vtique eius verba expresse conueniunt sententijs latis in Curijs inferioribus in primo iudicio, seu instātia nec pluralis loquutio per *Cumi.* cōsiderata aliquid obstat, quia in Regno plures ad sūt Curiæ inferiores.

Item Ritus dat effectum suspensiuum regulariter aduersus sententias latas in causa oppositoria per Curias inferiores, & sic indefinite siue in Curiis inferioribus, si prima, siue secunda sententia deinde excipit sententias latas, Panormi,
5 Messane, &c. ergo † limitatio est de regula *ex Dec. Cagn. in l. 1. ff. de regul. iuris* hoc idem sentit dicti capitulum *Regis Ioannis* 37. vbi extendit priuilegium Panormi ad alias Ciuitates Regni si sententia à iuris perito, vel cum eius voto lata fit, vt exequatur non obstante appellatione, vel restitutione in integrum.

Nec rationem differentiæ capio qua sententia lata in secundo iuditio, & causa oppositoria debeat exequi appellatione vel restitutione non obstante, & nō in primo dum in Ritus, & Regni Capitula votum Doctoris solū considerant, vel quod sit lata Panormi, &c. vbi est peritorium copia quam rationem, tam in primo, quam in secundo iudicio militare planè constat.

Apertius tamen hoc idē ex eodem Ritu deducimus: postquam Ritus loquitur de prima sētentia, in qua debitor succubuit triplici ratione.

6 Primo, quia † quęlibet dispositio de primo actu intelligitur *l. boues §. hoc sermone ff. de verbor. signification. vbi Tiraquell. in sua repetitione d. §. Surd. consi. 121. n. 11. & 12. & consi. 264. n. 7. & cōs. 281. & de aliment. tit. 4. q. 26. n. 15. tit. 8. priuil. 31. nu. 1.*
7 *Castil. dec. 125. n. 5.* quod † in omni dispositione maximè exorbitante, & odiosa procedere firmant *latè Alex. consi. 16. nu. 8. lib. 4. Card. Tusc. conel. 499. litt. D. n. 25. Castill. decis. 125. n. 8.*

Secundo quia Ritus loquitur de sentētia in causa oppositoria, in qua debitor succubuit, & certè
8 hæc est prima sententia quia Ritus vnicam supponit causam, & instantiam oppositoriam, ex quo † pactum de non opponendo (quo instantia oppositoria diuiditur in primum, & secundum trimestre, vt alias dictum est) non fuit cognitū tēpore cōditi Ritus ex re vera debitor dicitur succumbere ex prima sententia, quæ fertur in causa oppositoria.

Tertio

Tertio ritus expressè loquitur de prima sententia, aduersus quam interponitur appellatio, vel restitutio in integrum, & vult, quod non suspendatur exequutio, sed exequatur præstito per creditorem de restituendo in casu succumbentiæ in aliquo ex remediis prædictis, & sic si succumbuerit creditor in appellatione. Cauendum igitur est à Cunia dicto loco contra ritum loquente.

SVMMARIVM.

1 *Vita Militia, & dos de paragio an super feudo ex linea transuersali proueniente debeatur num.* 28.
Quid in feudo nouo, vel antiquo num. 29.
Quid in feudo proueniente à communi stipite, & ascendentibus n. 46.
2 *Vita militia, & dos de paragio æquiparantur, & in quibus num.* 3.
4 *Dos de paragio, & vita militia succedunt loco legitimæ vide num.* 40. 41.
5 *Dos de paragio, & vita militia succedunt loco portionis hæreditariæ.*
6 *Legitima proprie dicitur pars hæreditatis, item appellatur debitum bonorum subsidium n.* 7.
Item quandoque appellatur debitum emolumentum. num. 8.
9 *Legitima non debetur à fratre fratri sorori, & transuersali.*
10 *Dos de paragio, & vita militia debetur quando feudum ab extendentibus obuenit.*
11 *Vita militia an succedat loco alimentorum, vel sit quædam tertia species, & nu.* 41.
12 *Alimenta non debeatur à fratre fratri.*
13 *Bona fideicommisso subiecta, a transuersalibus obuenientia non possunt pro dotibus alienari contra n.* 46. *Limita inter transuersales venientes à communi stipite num.* 45.
14 *Authentice resque, dispositio locum habet in ijs personis quibus legitima competeret in bonis testatoris, & num.* 19. 45.
15 *Statuta recipiunt interpetrationem à iure communi.*
16 *Argumentum valet de fideicommisso ad feudum, & num.* 17.
17 *Feudum, & fideicommissum equiparantur.*
18 *Feudum pro dotibus de paragio obnoxium est, quãdo ab ascendẽtibus præueuit nõ à transuersalibus.*
20 *Dos de paragio, & vita militia non fuerunt cognita de iure commum sed per Regni constitutiones.*
21 *Statutum exorbitans, & correctorium non est extendendum.*
22 *Casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris communis.*
23 *L. commodissime ff. de liber, & posthum. locum habet in quacumque dispositione.*
24 *Patruus an teneatur dotare neptem.*
25 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
26 *Statutum includens certas personas ad successionem an cæteros excludat. Quid ex identitate rationis an ad alias persona extendatur num.* 52.
27 *Qui tenetur ad aliqua onera expressa, & specificata in pacto, vel statuto censetur a reliquis oneribus exemptus.*
30 *Dos de paragio, & vita militia vere in Regno fuerũt introducta ratione exclusionis à successione portionis feudi stante iure francorum, per quod masculus feminæ, & maior natu, minori præfertur.*
31 *Dos de paragio, & vita militia debetur omnibus, qui à feudi successione excluduntur. Illustris Regens D. Petrus Corsetus laudatur.*
32 *Soror, vel frater nepos, & neptis ex francorum iure ex prærogatiua sexus, vel ætatis, & feudi indiuiduitate à successione portionis feudi de iure competenti excluduntur.*
33 *Ius francorum habet locum etiam in linea trasuersali sicut in successione ascendentium.*
34 *Filij omnes de iure æqualiter succedunt in feudo, quia diuiduum est de iure.*
35 *Feudum in Regno est effectum indiuiduum.*
36 *Feudum non potest peruenire in Regno nisi ad vnũ.*
37 *Fœmina hodie in Regno est habilitata ad feudum: licet, eum prærogatiua sexus n.* 38.
39 *Dos de paragio, & vita militia est loco portionis feudi, à qua quis excluditur propter prærogatiuam sexus, & ætatis ex francorum iure, & feudi indiuiduitate num.* 40.
42 *Dos de paragio, & vita militia per quot regula peti possit.*
Et an vna sola sufficiat ad petendum, vel omnes copulatiuè requirantur n. 44.
43 *Rationes plures vbi concurrunt cessante vna remaneut aliæ.*
47 *Femina à statuto exclusa debet esse congrua dotata de bonis eius, de cuius successione agitur etiam, quod per statutum nihil ei fuerit reseruatum n.* 48.
49 *Statutum exclusiuum fæminarum semper intelligitur reseruata congrua dote pro exclusis, & numer.* 47. 48.
50 *Generalis vbi est ratio legis generalis etiam eius erit dispositio.*
51 *Statutum ex identitate rationis extenditur ad alios casus, & personas.*

ARGVMENTVM.

Vltra militia, & dos de paragio, an super feudo in successione transuersalium debeatur.

RESOLVTIO LXXV.



IAm nostrates, quam Neapolitani non modice auctoritatis hinc inde pro vtraque opinione ad resolutionem propositi articuli multa ponderabilia adducunt.
1 Et opinionis† negatiue autor extitit originaliter *Blascus Lanza in capit. si aliquem quæst.* 21. *quem sequuti sunt Cannet. in eadem extrauagati* §. *at pulcra, & nodosa fol.* 326. *& num.* 47. *dicit Blasci opinionem veriorem Cunia ibidem verbo maritata nu.* 451. *& sequent. & ex Neapolitanis firmat Fab. de Anna cons.* 6. *lib.* 1. referens eiusdem fuisse sententiæ Regentem Villanum magnum feudorum interpetrem.

Ex pluribus ad id firmandum præfati patres potissimum mouentur. Et primo, quia dos de pa-

2 ragio, & vita militia, quæ duo † æquiparantur *Andr. de Isern. in constit. comitibus in prima, & secunda lectura. Fab. de Anna, conf. 6. num. 11. & cōs. 75. num. 6. Ponte consil. 79. num. 5. 7. lib. 1. Amatus cons. 11. & 12. Lelius Caputus in consuetud. Neapol. si moriatur p. 2. §. 2. num. 19. Petr. de Gregor. de vita militia quæst. 2. numer. 2. & 11. & quæst. 5. num. 6.*
3 *& quæst. 6. numer. 11.* & licet † in multis differant tamen, quo ad rationem exclusionis ea æquipa-
4 rari firmat. *Gregor.* dictis locis succedunt † loco legitimæ, & ne filijs aduersus naturalem etiam æquitatem à legitima excludantur introducta est dicunt *Hostiens. Ioann. de Andr. & Doctores in cap. licet de voto per Cannet. dicto loco num. 57. & in §. & cum præfati num. 3. fol. 316. Molin. de primogen. Hispan. libr. 2. cap. 1. num. 25. Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 73. num. 3. Loffred. cons. 26. Ponte cons. 65. & 79. libr. 1. Masul. ad Capic. dec. final. n. 6. Milan. decis. 5. num. 76. lib. 1. Cumia in C. si aliquem verbo maritata, & numer. 84. & sequ. n. 96. Deeian. cons. 46. num. 20. 30. & 40. vol. 3. Zuccard. cons. 77. num. 1. Becc. cons. 112. nu. 9. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 1. num. 39. cum sequent. plures casus considerat. Peregrin. de fideicommiss. artic. 38. num. 20. Franc. dec. 618. lib. 4. Moroc. cons. 3. Viu. dec. 502. Minado cōs. 1. num. 67. Fab. de Anna. cons. 75. & cons. 6. num. 3. post Camerar Tiraquel. Pernum. Paridem de Puteo, & Vincen. de Franc. ibidem. adductos, qui num. 4. ex Andr. de Isernia in constitutione comitibus* paragiū
5 † & militiam loco portionis hereditariæ esse dicit à qua prop er prærogatiuam sexus, vel ætatis, quis à successione excluditur, *& num. 7. 8* hanc hereditatis partem pro legitima filijs competente intellig. *& Neapolan. in consuetud. si moriatur n. 29. 30. vbi nouissime Caputus dicta p. 2. §. 2. nu. 22.*
6 ex quo propriè † legitima dicitur pars hereditа-
7 tis filijs debita, quæ alioquin † debitum bonorum
8 subsidium appellatur, & quandoque † debitum emolumentum, vt ex iuribus, & autoritatibus per *Annam* dicto loco adductis videre est. Obid. sicut
9 † in bonis fratris cæteris fratribus, & sororibus nō debetur legitima *l. fratres, & l. fratris C. de inoffi. test. Bald. in Authen. ex causa, & n. 42. C. de liber. præter. Cumia Cannet. & Blasc. Lancea dictis locis. Fab. de Anna cons. 6. numer. 29. Intrigl. de feud. art. 73. nu. 4. Cent. 2. Vincent. de Franc. dec. 73. n. 8. Gabr. cons. 94. n. 4. l. 1. Pont. cōs. 13. n. 29. Pereg. de fideicom. art. 36. n. 45.* eadem ratione neq. dotem de paragio, & vitam militiam debitam esse dicunt, quam loco legitimæ deberi firmant.

Hinc per *Constitutionem Comitibus in fine, & Constitution. vt de successionibus §. filij autem vbi*
10 *Isernia*, sancitum est † dotem de paragio, & vitā militiam sororibus, & fratribus deberi quando feudi successio à communi patre ad primogenitum deuoluitur, secus si à transuersali, cum in ascendentium bonis eis legitima debita tantum sit, vt latius infra.

11 Similiter si dicatur † vitam militiam, loco alimentorū succedere, vt profitetur *Marin. Freza de feud. differ. 19. n. 2.* Idem seruandum esset, transuer-
12 salibus nec deberi, cum nec † alimenta frater debita de iure sint *Fab. de Anna cons. 6. n. 19. 20. 21. Surd. de alimen. p. 7. q. 15.*

Secundo, quod sicut de iure magis communiter interpretatum est bona fideicommisso subiecta
13 † pro dotibus, & alimentis descendentium testatoris tantum distrahi posse, quod propter verbum liberis in *Authēt. resque. C. commu. delegat.* expressum dispositum est pænitus transuersalibus exclusis nè ad euersionem fideicommissi ad transuersales dispositio authenticæ prædictæ protrahatur *vt per Doctores magis communiter in auth. resq. C. com. mun. delegat. resolutum est Bart. Angel. col. 1. Curt. Iun. n. 18. Padilla nu. 62. & 114. Vincent. de Franc. decis. 241. Honded. cons. 76. n. 11. 12. lib. 1. Hippoll. Rimin. cons. 777. nu. 8. seq. lib. 7. Io. Crot. in repetion. §. diui l. filius familias in 3. limitation. num. 6. ff. de legat. 1. Petra de fideicomm quæst. 8. nu. 411. & seq. Ludouicus decis. Lucens. 28. n. 90. Molin. de primog. libr 4. capit. 6. numer. 6. vers. ex quibus infertur. Bero. cons. 110. num. 6. Siluan. cons. 33. Pereg. de fideicō. miss. articul. 42. num. 49. Aretin. Rum. Paris. & Soccin. ibi per eum Anton. Padil. in authen. resq. in prima limit. numer. 114. 115. Couar. var. resolut. libr. 3. cap. 6. num. 10. Bursat. cons. 189. num. 58. libr. 2. Ferdin. Loazes in repetit. §. Diui. num. 142. vers. ex quo infero, & num. 361. Menoch. cons. 33. num. 5. Ponte cons. 45. num. 4. Eugen. cons. 54. num. 17.* alios vidi post hæc scripta congestos per *Don Marium Cutelli de donation. contemplation. matrimon. tractation. 1. discur-*
14 *sus 3. part. tit. 6. n. 65. fol. 245. vol. 1.* Cum † authentica resque eiusque dispositio in iis personis procedat, quibus in bonis testatoris legitima competit, pro quarum dotibus, & bona ipsa restitutione subiecta essent obnoxia, quæ ratio, vt euidens est transuersalibus non conuenit, quibus legitima in transuersalium bonis non debetur. Idque clare colligitur ex textu *dictæ authenticæ ibi (sed si liberis portio legitimæ non sufficeret) Alciat. & Simon. de Prætis per Honded. cons. 76. numer. 11. libr. 1. Padil. dicto numer. 114. Hippol. Rimin. cons. 777. num. 18.* similiter in linea trasuersali dotem de paragio, &
15 militiam super feudo non deberi dicunt. Cū † Regni constitutiones à iure communi passiuam recipiant interpretationem, *vt ex Farinac. quæst. 19. numer. 5. & alijs dixit Intrigl. de feud. artic. 73. nu.*
16 *69. centur. 2.* & valet † argumentum de fideicommisso ad feudum præcipue a fideicōmisso ad feu-
17 dum ex pacto, & prouidentia. Et † æquiparantur *Isern. Castrens. Peregr. Cannet. Menoc. Cesal. Roger. & Rol. per Intrigl. d. loco nu. 12.* ex quo in fine
18 infertæ † constitutiones feuda obnoxia pro paragio, & militia esse disponentes, intelligi cum feuda ab ascendentibus non à transuersalibus obuenerint idem firmat *Cum. in c. si aliquem verbo Maritata n. 453. & Cann. d. §. At pulcra. n. 8. in fine.*
19 Cæterum cum † super bonis fideicommisso subiectis a primo institutore, & sic ab ascēdētibus legitima deberetur, pro dotibus, & alimentis tunc ea alienari posse dixerunt *Molin. de primog. lib. 2. c. 15. n. 67. Cannet. in d. §. At pulcr. n. 8. Padilla d. n. 114. Hond. cons. 76. n. 11. lib. 1. & ita est intelligendus Hypol. Rimin. cons. 777. lib. 7.*
20 Tertio cum de iure Regni Siciliæ, & † non iure communi cognita sit militia, & dos de paragio, *vt tradit Cannet. in dicto §. At pulcra, & nodosa n. 4. Georg. alleg. 9. num. 15. Intrigl. de feud. artic. 73. nu.*

nu.5.centur.2. ideo cum per *conſtitutionem comitibus in fine, & conſtitutionem, vt de ſucceſſionibus. §. filij* diſponatur de paragio tantumdebendo, ex ſucceſſione parentum, & aſcendentium; non ſunt
21 † ad alium eatum eatum diſpoſitiones protrahēde nempè ad ſucceſſionem tranſuerſalium. *leg. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrimon.* quare cum caſus
22 † dotis de paragio, & militiæ debendæ intranſuerſalium ſucceſſione per conſtitutiones prædictas diſpoſitus non fuerit, remanere debet in iuris communis diſpoſitione *ad textum in l. commodiſſime ff. de liber. & poſthum. Menoch. conſil. 76. nu. 8. Intrigliol. de feud. art. 73. n. 8. cent. 2. qui ex Vinio*
23 *Tiraquell. Gozadin. Rimin. & Cephal.* ſubiciunt † ſanctionem *dictæ l. commodiſſimæ* in quacunque diſpoſitione locum habere, cumque iuris diſpoſitione onus neptem dotandi maximè in allodialibus, vel feudalibus ad patruum non protrahatur, cum in eis prędeceſſorum fideicommiſſo, vel prouidentia ſucceſſiſſe contingat ex eo quod lege nō caueretur, vt firmant. *Doctores omnes in l. 1. ff ſolut. matrim. vbi Ripa n 86. de communi teſtatur. Syluan. conſil. 33. nu. 12. 14. Bald. Nouell. in dict. l. 1. n. 147. & de dote p. 6. Special. 16. n. 5. Hyppol. Rimin. conſ. 777. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 15. nu 67. Iſernia in conſtitut. comitibus in repetit. col. 4. verſ. verius dicitur* ideò paragium neque nepti deberetur, quod nec diſpoſitum patruum teneri ad paragium nepti per Regni conſtitutiones reperitur.
25 Imò † per conſtitution. in aliquibus quædam perſonæ includuntur, quibus paragium ex tranſuerſalibus deberi diſponitur videlicet ſorores, & amitę Baronis, vnde conſequens eſt, quòd aliæ excluduntur cum vnius incluſio alterius excluſionem operetur *l. cum prætor ff. de iudic. Becc. conſ. 55. nu. 11. Cardinal. Taſch. concluſ. 71. lit. I. num. 43.* qui
26 † *ex Baldo conſ. 205. lib. 4.* in ſtatuto loquitur ad ſucceſſionem certas includente perſonas, quod alii cenſeantur excluſi, *& latius concluſ. 675. lit. S.* ad quod faciunt dicta *per Crauett. conſ. 111. num. 4. Corne. conſ. 142. col. 2. lib. 1. Surd. conſ. 234. nu. 16.*
27 *17. lib. 2.* vbi † ſi quis per pactum, vel ſtatutum teneatur ad aliqua onera ſpecificata cenſeatur à reliquis exemptus.

28 Contrariam opinionem † in praxi ſeruatā magiſque receptam eſſe compertum eſt, quam tutati ſunt *Petr. de Gregor. de dote de parag. q. 21. in fine, & q. 23. lute Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 73.* ex Neapolitanis *Loffred. in parafraſi feudal. in c. 1. §. quid ergo verſ. dubitatur ſi moritur auunculus de inueſti. de re alien. fact. Capic. deciſ. 211. Franc. deciſ. 73. & 87.* vbi ſecundum conſuetudinem Neapolitanam loquitur *Minad. conſ. 1.* qui teſtatur ita deciſum fuiſſe *Caputus ad conſuetudinem ſi moriatur p. 2. §. 5.* quam etiam *Intrigliol. dicto loco nu. 17.* receptiorem dicit. *Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. q. 12.* eamque tenuerunt *Prouinzal. Campixian. Vbertus de Marino, conſumatiſſimus Murianus de Iuliana, & alij noſtrates*, qui dicunt
29 non ſolum † hoc in feudo antiquo, ſed etiam in nouo procedere *Intrigl. de feud. centur. 1. q. 51. nu. 239. Cumia in repetit. cap. ſi aliquem, verbo antiquis nu. 543. verſ. idem etiam concludit* vbi ne dum in dote de paragio conſtituenda, ſed reſtituenda firmat, & in Regno ſecundum hanc opinionem ſæpius fuit deciſum, & precisè anno 1597. pro Marchionis Giarratanæ, & anno 1603. 18. Decembris pro Donna Delia Sabia, & Spinello contra Donnam Belladamma Sabia, & Spinello.

Et quidem euidentioribus magiſque de iure probatis fundamentis iſtorum ſentētiam ſub fulſ-
30 tam eſſe detegimus ſiquidem vera † & genuina ratio, qua introductum paragium, & militiam eſſe in Regno decernimus, fuit ratio excluſionis à ſucceſſione feudi ſtante ius frācorum, per quod maſculus fęminæ, & maior natus minori in feudi ſucceſſione pręfertur. *ita Petr. de Gregor. de dote de paragio q. 23. & q. 4. num. 1.* quę regula deſumitur ex medulla textus *conſtitutionis in aliquibus verſ. ſi autem vbi Iſernia Ponte conſ. 65. n. 1. lib. 1. Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 73. nu. 19. Vinc. de Anna allegat. 70. n. 2. 3. Fabius filius conſ. 6. Lelius Caputus ad conſuet. Neapol. incip. ſi moriatur p. 2 §. 2. nu. 9. & 22. Lanar. conſ. 70. nu. 4.* vbi quod ſola excluſionis ratio eſt cauſa, vt dos de paragio, & vita militia debeatur. *Vinc. de Franc. deciſ. 73. maximè nu. 16. 17. vbi allegat Capic. Freci. & Minado.* con-
31 cludendo † quod omnibus à feudi ſucceſſione excluſis paragium, & militia debeatur, quam veriorem potiſſimum rationem eſſe firmat *Corſett. conſ. feudal. 16.* cui acceſſit vir ille omni diſciplinarum genere inſtructus, & celeberrimus, cuius ingenij acumen ſapientiamque noſtra tempeſtate admiramur. Meritiſſimus Illuſtris Regens. D. Petrus Corſettus auctoris filius, & additionator.

Illud quoque (cauſis apud nos probatum) conſequens eſt, vt ex iure francorum, quo in Regno vtimur propter pręrogatiuam ſexus, vel ętatis, ſoror, vel frater nepos, vel neptis aut deinceps vlterioris gradus à ſucceſſione portionis, & quote ſuper feudo tam aſcendentium, quam tranſuerſalium eis de iure communi competente ex-
33 cludantur: quod francorum ius † etiam in tranſuerſalium ſucceſſione ſicut aſcendentium locum obtinet. *Cannet. in dicto §. At pulchra, & nodoſa in extrauaganti ſi aliquem n. 19. fol. 327. Cumia in verbo mutata n. 44. Petr. de Gregor. de dote de parag. quæſt. 23 n. 2. & de ſucceſſion. feud. p 4. q. 12. Intrigliol. de feud. art. 73. n. 20. 21. centur. 2. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. dict. quæſt. 12. in princip. Vinc. de Franc. deciſ. 73. numer. 23.* vbi quod in Regno primogenitura extenſa eſt ad lineam tranſuerſalem. Etenim iure communi feu-
34 dorum, † quo feuda diuidua eſſe (pręter aliqua) diſpoſitum eſt, differentia ſexus, & ætatis inter exiſtentes in eodem gradu penitus ſublata, cuilibet pro ſua portione equaliter eorum defertur ſucceſſio *per textum in c. 1. §. præterea ducatus de prohibita feud. alien. per Federic. & notant omnes in c. 1. §. omnes filij ſi de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. cum alijs per Petr. de Greg. de vita militia q. 1. n. 5. 6. Surd. conſ. 227. n. 11. Bammacar. Scrader.*
35 *Camill. de Curt. & alij* quod † noſtro iure per Regni conſtitutiones, & *capitulum volentes Regis Federici* correctum eſt, cum feudum indiuiduum ef-
36 fectum ſit. quare † non poteſt niſi ad vnum deuenire *Cannet. in d. c. volentes §. explicitis nu. 15. fol. 39. Cum. in extrauag. ſi aliquem verbo francorū,*

& ex

& ex iure francorum fæmine à masculis, & minores nati à maioribus excluduntur talis ideo exclusionis ratione ex sexus, vel ætatis prærogatiua debetur fæminis, exclusis paragium, & masculis
37 militia etiam transuersalibus. Cum fæmina † in Regno ad feudi successionem ad instar masculi habilitata fuerit ex constitutionibus, & capitulis eiusdem *Vincen. de Franc. dec.73. nu.14. Capiblan. de Baron. in proem.nu.32. Bologn.consi.6. n.52. Freza de sub feud q.12. prope finem*, quamuis non
38 † simpliciter, sed seruata sexus prærogatiua propter ius francorum, *vt per Frez. & Franc. locis prædict.*

Hinc firmat magnus practicus *Petr. de Greg. de vita militia qu.1. & de dote de paragio qu.2.* quod
39 † vita militia, & dos de paragio est loco portionis feudi, à qua fæminę, & minores nati propter prærogatiuam sexus, & ætatis excluduntur, & in qua succederent si feudum non esset indiuiduum *Isern. in const. Comitib. col.2. fol.242 vers. periti regnicula, & vers. eadem ratione nu.60.70. & in const. in aliquibus. Minado cons.1.nu 44. 67. Mastrill. ad Greg. de vita militia quæst.4. litt. C. & q.2. lit. A. Decian. consi.46. n.20.30. lib.3. Surd. de alimen. tit. 6. q.1. n.39. & tit.7. q.15. nu.16. Ponte consi.65. & 79. Anna consi.75. lib.1. Milan. dcis.5. n.76. lib.1.*

Nec fundamenta adducta pro contraria opinione resistunt, & id quod primo loco dicebatur.
40 Nam † verior est opinio, quod paragium, & militia succedat loco portionis feudi competentis de iure exclusis propter prærogatiuam sexus, vel ętatis, ex dictis; vnde debentur etiam transuersalibus sicut deberetur de iure communi portio super feudo si ex iure nostro Regni feudum nō fuisset effectum indiuiduum, nam, & si multa ad instar legitimè serventur in dote de paragio in omnibus tamen legitimè comparari non posse euidens est, *ex Thoma Minado in constit. in aliquibus in 7. notabil. nu.9. Corseitus Regens in addit. ad consil. 36 sui Genitoris in feudalibus n.8.9. & sequ. Molfes. in consuetud. Neapol. p.3. de successión. ex testamen.*
41 *q.7. n.5.8. & sequ.* Imò † quo ad vitam militiam variæ sunt opiniones, quod sit loco alimentorum, vel quod sit quędam tertia species, vt videre est apud *Petr. de Gregor. de vita militia q.1. nu.1. vbi additio, & latius q.2. vbi additio* ponit tres opiniones, *& q.4. nu.8. & q.6. & q.10. n.3. & qu.11. nu. 2. Cannit. in cap. si aliquem fol. 332. Freza de subfeud. lib.3. q.19. n.2. fol.264. Vinc. de Franc. decis. 61. Maful. ad Capic. decis.211. nu.7. Minado consil. 1. plenè Fab. de Anna cons.121. & cons. sequent.* Et
42 verius respondetur, quod cū † per Doctores plures constituantur regulę, quibus dos de paragio, & vita militia peti possent; nempe, vel quia loco legitime succedunt, vel ratione exclusionis, vel in casu, quo adiutorium à vassallis exigi posset. *Isern. in constit. quam plurimum, & constit. Comitibus Petr. de Gregor. de dote de paragio q.4. & 13.* Inde est, quod si aliquo casu cessat vna regula, alia intacta remaneat, & ex ea paragium, & militia petitur, vnde si in successione transuersalium cessat regula illa, ex quo loco legitime succedit paragium, & militia, à qua transuersales excludantur, ex adductis in contrarium, includuntur tamen ex alia regula propter exclusionem scilicet à successione portionis feudi, quod est ineuitabile. Ete-
43 nim † quando duę concurrunt rationes cessante vna, remanet alia *§. affinitatis instit. de nupt.* Nec
44 vaticinando dicatur † quod ad hoc, vt paragium, & militia debeantur debeant cumulatiuè, & copulatiuè omnes dictę regulę concurrere, quia hoc vlla lege cauetur, & ex vna ex dict. regulis sufficit petere, vel quia exclusi, vel aliter, quia posset peti adiutorium à vassallis.

Ad secundum fundamentorum respondetur, conclusionem ibidem firmatam pro modo confitendo, ex qua ad dotem de paragio, & vitam militiam super feudalibus in linea transuersali non
45 deberi infertur, sed primo procedit † conclusio quando fideicommissum à communi stipire non obuenit secus si à communi stipire *Peregr. de fidei commiss. art.42. n.49. Petra de fideicommiss. q.8. nu. 411. & sequen. Molin. de primogen. lib.2. c.15. n.67.*
46 *& lib.4. cap.6. nu.6.* vnde pariter † cum feudum à communi stipire descendit cum tunc transuersales à primo feudi acquisitore, & communi stipite prouenientes non vti transuersales, sed vti descendentes iudicentur, quod à fratre fratri, & sorori paragium, & militia debeantur firmant. *Blascus Lanzea in c. si aliquem q. 21.* respondendo ad secundum obiectum per ipsum, & factum *Cannet. in cap. si aliquem §. At pulchra, & nodosa num.8. in fine fol. 326. Petr. de Gregor. de conceß. feud. p.4. q. 12. n.11.12. p.5. q.4. n 6. Cumia ibidem verbo maritata num.471.*

Nec absolutè pro vera existimatur opinio eorum, qui firmarunt dispositionem *authent. resque* non procedere in fideicommisso transuersalium, vel extraneorum, vt diximus supra *nu.13.* Nam aliis contraria placuit sententia, vt etiam in trāsuersalibus, & extraneis nedum inter descendētes procedat indistinctè authent. prędicta eiusque dispositio, pro dotis restitutione, quamuis tales essent transuersales, qui non à communi stipite, & grauante descenderent, quod fundari videtur ex *nouella Iustiniani 169. si quis vnū de liberis ibi (quod si hæres institutus ex liberis non sit, contentus esse debet ex deductione dotis, & propter nuptias donationis, & reliquas res fideicommissario hæreditarias restituere) & sentit. etiam Gloss. in §. quamobrem in ver. si non suffecerit in fin. authen. de restit. & eaque parit. vbi etiam Iacob. de Belusio, Corne. & Curti. in dict. authen. resque Hypol. Riminal. consi.324. num. 12. Sforza de fideicommiss. q. 38. art. 1. nu. final. & præcedent, & q.39. art. 1. n.8. Menoch. consi.33. num. 40. 41. consi.78. & lib.4. præsumpt. 190. n.15. infine. Claper. in decision p.1. causa 2. q.4. n.22. Mastrill.* qui nec cum ista vere videtur residere *decis. 256. num. 14. & sequ. Mandell consi.447. Anton. Faber. de error. pragmaticor. decad 20. error. 3. Francisc. Ferrer. super constitut. Catalon. incip. los impubres. glos.4. nu.166. & sequen. tamen Peregrin. de fideicōmiss. art.42. nu.52.* istorum opinionem nec in iure veram, nec in praxi recipi dicit; idemque putat. *Fontanell. de pactis nuptial. claus.5. gloss.1. part.2. n. 6.7.8.* etiam quod fideicommissum transuersalis relictum sit sub ea conditione si grauatus heres sine liberis decesserit, aduersus *Fabrum in C. com.* de

de legat.lib.6. tit.13. defin. 10. quod fundari dicit. ex *l.mulier* 23. *§. cum proponeretur ff. ad Trebellia.* & sic quando de filii legitimis facta est mentio, ex qua videretur dacta licentia vxorem quærendi ac proinde, vt pro dote posset bona sua obligare, & matrimonium contrahere, de quo latius sunt videnda, quæ dixit *Cutelli* potest hanc scripta visus *de donation. contemplat. matrimon. tract.* 1. *discurs.3. particul.6. a n.60. ad n.72. & sequen. folio* 542. *& sequent.* respondendo firmatis per *Lunam* *in consl.40. a n.40. vsque ad finem* quidquid dixerit *additionator ad Francisc. Anton. Costam consl.88.ad nu.13.* absque distinctione nec dictorum ponderatione super quo ne materiam trascendā iudicium pro modo non do.

Secundo dicta conclusio simpliciter de iure procedit secus in terminis paragij, quod non ita absolutè in feudo ex linea transuersali petitur quemadmodum dos de iure communi super bonis fideicommisso subiectis. Sed ratione exclusionis à portione feudi ex dictis competit exclusis:
47 influunt. Propterea † conclusiones de iure firmate, quod ad hoc, vt fæmina à feudi successione excludatur, de bonis eius, de cuius successione agitur, dotanda est, *Cumia in dicto cap.si aliquem verbo maritata a nu.380. & sequent. & num.442.*
48 Item quod licet † fæmina quandoque à statuto excludatur, nec aliquid exclusiuum statutum pro ea reseruauerit, nihilominus semper congrua dos
49 reseruata censeatur, & quod ita † statutum fœminarum exclusiuum interpetrandum sit, dicit. *Paris. consl.36. n.19. 20. lib.3. vbi allegat. Bald. & alios per Cum. dicto loco nu.443.* & sic ratione exclusionis feuda etiam ex transuersalibus obnoxia sunt pro paragio.

Postremo nec quidquam mouent, quæ tertio loco afferuntur, nam cum præcipua ratio concedendi dotem de paragio, & militiam in feudis ascendentium fuerit exclusio à successione portionis feudi, idem erit firmandum in feudo ex linea transuersali proueniente, à cuius successione eodem modo transuersales propter feudi induiduitatem, & sexus, vel ætatis prærogatiuam excluduntur, quemadmodum à feudo ascendentiū ideò cum eadem militet exclusionis ratio in successione ascendentium, quæ intra suersalium *per constitutionem, vt de successionibus, & constitutionem Comitibus* idem ius est statuendum. Cumque legis
50 ratio † generalis sit itaque quoq; eiusdem dispositio. *l. regula §. final. ff. de iuris, & facti ignorau. l. cum pater §. dulcissimis ff. delegat.2.* & ita arguit. *Petr. de Gregor. de dote de parag.q.23.n.2. Intrigl. defensd. centur.2. art.72. nu.21.* quamuis de feudo ex linea transuersali proueniente per constitutiones prædictas non fuerit casus prouisus, sed in iuris communis dispositione remansent, & de feudo ascendentium tanmmodo expressum fuerit, nec aduertatur certarum Personarum inclusio ex aduerso considerata nempè Baronis sororis, & amite, quibus ex dispositis *per constitutionem in aliquibus* paragium deberetur, ita vt ex ea exclusionem cæterorum transuersalium resultet. Quia ponderandum est, quod cum exclusionis ratio, qua paragium, & militiam deberi firmauimus generalis admodum sit, vtique militet, tam in sorore, & amita, in dicta constitutione in aliquibus expressis, quam etiam in nepte, ex vnitate, & identitate vniuersalis rationis prædictæ, qua consti-
51 tutio ipsa † etiam ad alias personas, & casus pro trahenda est *Laderch. consl.96. Cardinal. Tusch.concl.71. litt. I. & conclus. 675. litt.S.* qui loquitur in
52 statuto † ad successionem certas personas includente, & ex rationis idemptitate ad alias personas non inclusas extendi, & quamuis constitutio in aliquibus nisi sororem exprimat nec de nepte aperiat, attamen illam sororis expressionē ratione frequentioris vsus factam fuisse decernimus, *vt ex Isern. & Frezia dixit Vincen. de Franc. decis.215. nu.8.* & non ratione dispositionem, quo ad alias personas limitandi, pro qua tamquam magis probata ad ista sentiendum procliuius sum.

Post hæc scripta vidimus *Consiliarium Gizarellum decis.37.* eamdem scribentem quæstionem in vita militia, in qua causa pro Marchione Campaniæ consulerunt *Fabi. de Anna consl.6. Scipio Teodorus allegat.20. & Camillus de Medicis consl.8.* & dicit quæstionem per difficilem, & famosam, & quod in illa causa eccitauit ingenia periciorum aduocatorum tunc temporis Ciuitatis Neapolis, & positis vtriusque opinionis fundamentis, & authoritatibus tandem testatur Sacrum Consilium inclinasse in opinionem negatiuam absoluendo conuentum ab impetitione vitæ militiæ in feudo decollate rati linea proueniente, sed aduertatur ad rationem, & fundamentum dictæ decisionis si tutum, vel verum sit, & correspondeat firmatis per nos, & Patres nostros eximiæ authoritatis in Regno; *Gizarellus* enim censuit vitam militiam non ratione exclusionis secundo genito deberi super feudo, (prout ex medulla textus in constitutione in aliquibus desumi dixerunt. *Nostrates supra citati n.30.*) sed sola Principis concedentis munificentia, vt in militia sectuiar secundo genitus, quod substentabile an sit attentis iam dictis tu pondera.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu dotali, quod de dote non possit disponi nisi de certa summa, muliere consentiente renunciante, & quietante valet.*

2 *Mulier, cui ex pacto permissum fuerat de certa parte dotis disponere posse, quando dicatur de ea disposuisse, & an in hæredes ab intestato muliere sine testamento vita functa, & nu.3. 4. & sequent. nu.9. & sequent. & n.13. & sequ. & n.41. & seq. per totum.*

4 *Mulier, quæ facultatem habet disponendi de certa parte suarum dotium an possit de ea disponere tam in vita quam in morte, & n. 5.6.7. & n.8.*

5 *Disponere verbum an de dispositione, quæ fit inter viuos, vel in vltima voluntate, vel vtriusque intelligendum sit, & n.6.7. & quid accidente verbo libere, vel ad libitum n.8.*

9 *Mulier, quæ ex pacto potest de certa parte dotis disponere an ad hoc, vt dicatur de ea disposuisse requiratur particularis dispositio, vel sufficiat Generalis per hæredis institutionem, vel omnium bonorum*

norum donationem, & num.10.11.& 12.

10 *Disposuisse de bonis, de quibus disponendi, vel alienandi facultatem, quis haberet an dicatur si in specie de eis particulariter non disposuerit, sed in genere per haeredis vniuersalis institutionem, vel aliter, & n.11.& 12.*

Intestatus dicitur, quis decedere respectu certe rei licet testamentum confecerit si de re illa non disposuerit n.10.contra n. 11. declara n.12.

14 *Disponendi facultatem habens ad hoc, vt dicatur vsus dicta facultate debet expressè disponere nec sufficeret tacita, & praesumpta dispositio.*

15 *Disponendi facultatem habens non dicitur disposuisse si intestatus decesserit cōtra n.18.& seq.& n.32.*

16 *Intestatus decedens non dicitur verè, disposuisse in suos haeredes ab intestato, sed fictè, & impropriè, & dicitur permissiuè non autem dispositiuè testare, & disponere, declara, vt n.32.35.*

Ab intestato succedens non habet formalem titulum ab homine, sed à lege sub n.16.declara n.33.34.

17 *Verba contractus strictè, & propriè sunt intelligenda.*

18 *Ab intestato quis decedendo videtur in proximiores suos ab intestato succedentes disposuisse.*

16 *Vassallus inuestitus de feudo cum clausula, quibus dederis, decedendo sine testamēto videtur feudum dedisse suis haeredibus ab intestato succedentibus.*

20 *Haeres grauatus post mortem de restituenda vniuersa haereditate cum facultate de ea disponendi ad sūmam mille, haerede grauato sine testamento, vel dispositione decedente dicitur de mille, in eius haeredes ab intestato disposuisse.*

21 *Legitimatus cum clausula, quod ad patris successionem venire possit ex testamento, vel ab intestato dummodo de eius patris processerit voluntate, non censetur exclusus a paterna successione, si pater ab intestato decesserit.*

22 *Donare videtur testator, qui non adimit id, quod poterat adimere, & non relinquere.*

23 *Donator omnium bonorum certa quantitate disponendi reseruata si intestatus, vel sine dispositione decedat an in ea quantitate reseruata donatarius ipse vniuersalis succedat, vel venientes ab intestato ipsius donatoris, & n.26. & n.27.*

24 *Fructus perventi ex vsufructu reseruato a donatore omnium bonorum praesentium, & futurorum existentes tempore mortis an pertineant donatario vniuersali, vel haeredi donatoris, & n.25.*

28 *Donator omnium bonorum praesentium & futurorū certa parte pro disponendo reseruata, potest de reseruato ab initio in donatarium, vel alium disponere in casu, quo de reseruato non disponeret, & valet donatio, & n.29.*

30 *Donator decedens ab intestato an dicatur de reseruatis in donatione in eius haeredes ab intestato venientes disposuisse si de reseruatis ab initio disposuerat in eumdem donatarium, vel alium in casu, quo de reseruatis non disponeret, & an requiratur specialis, & particularis dispositio, vel sufficiat generalis per haeredis institutionem, & n.31.*

34 *Dispositio hominis, & non legis dicitur quando lex praesumit aliquid a partibus cogitatum quamuis expressum non sit.*

35 *Dispositio quantumuis strictè intelligenda sit verificatur in casu praesumpto sicut in casu vero, quia legis praesumptio veritas est.*

Statutum quantumuis strictè intelligendum verificatur in casu praesumpto sicut in casu vero n.35.

36 *Beneficiatus, qui de fructibus beneficij potest etiam in morte disponere non dicitur disposuisse ab intestato decedendo, & an sufficiat generalis dispositio.*

37 *Grauatus de restituendo quicquid supererit an possit alienare in testamento, vel ab intestato decedendo, vel tantum in vita, & per actum inter viuos.*

38 *Intestatus decedens non censetur vocasse ad successionem inhabiles, vel a successione statuto, vel propria renunciatione exclusos.*

39 *Dispositio l.conficiuntur ff. de iure codicillorum, locum non habet quando defunctus non potuit de rebus suis disponere, & testare.*

40 *Proximiores, qui in primo reperiuntur gradu succedendi tempore mortis censentur vocati ad intestatam successionem iuxta L. conficiuntur ff.de iur.codicillar.*

42 *Copula Copulatorum concursus requirit. limita quādo duo copulantur per se, & non respectiuè ad aliud n.44.*

45 *Copulae natura quandoque est ampliare, & non restringere.*

46 *Nommandi, vel eligendi facultatem habens a n dicatur nominasse, vel eligisse eius vniuersalem haeredem, quae instituit, vel donatarium declara nu.47.*

Et an in haeredem ab intestato n.48.

49 *Haeredes ab intestato eodem modo in effectu haeredes sunt sicut instituti ex testamento licet vna dispositio tacita sit alia vero expressa.*

51 *Limitata dispositio limitatum producit effectum.*

52 *Disponendi facultatem, qui habet in vita non potest disponere nisi per actum inter viuos, & non per testamentum, vel tacitè per decessum ab intestato, et n. 53. & 54.*

Intestatus decedens dicitur per viam vltime voluntatis disponere sub n. 52.

53 *Testamentum licet a viuente fiat non tamen dicitur dispositio inter viuos, sed post mortem, in quem tempus testamenti effectus confertur.*

55 *Disponendi facultate concessa per modum vltime voluntatis an comprahendat modum disponendi inter viuos.*

57 *Omittens sciienter aliquid facere, vel testare ex industria omisisse dicendum est.*

58 *Dictio liberè, vel ad libitum quid importet.*

59 *Disponendi facultatem habens pro anima seu ad pias causas non potest aliter testare, vel disponere, & haeres ab intestato nec succedit.*

60 *Disponendi facultatem habens tam in vita, quam in morte quid possit facere, & quando dicatur disposuisse.*

ARGVMENTVM.

Mulier, cui ex facultate nuptialibus in tabulis per dotantes sibi attributa de certa parte dotis disponere permissum sit, an dicatur in venientes ab intestatu disposuisse, ea sine testamento vita functa, vel eiusdem generalis aut particularis dispositio requiratur.

RE-

RESOLVTIO LXXVI.



1 EA conuentio vtétium moribus inter dotantes parentes, & dotatas mulieres in Regno passim recepta est † vt filiæ dotatæ obitu matrimonio dissoluto sine filijs dotatarum mulierum de dotibus disponendi potestas ad certam earum summam cohartetur, nempè vt de dotibus decentum tantum filia disponere possit mulierum tamen consensu, vel renunciatione accedente, quo fit, vt vltra summam in pactum deductam dotata filia disponere prohibeatur. *Cinus Iacob. de Arena Bald. & Salicet. in l. Ania C. de iure dotium. Boeri. cons. 50. Milanens. decis. 10. nn. 29. & sequent. lib. 1. & decis. 8. n. 395. & seq. eodem li. Castr. cons. 370. n. 2. lib. 1. Menoch. cons. 1285. n. 9. Barbos. in 4. p. l. 1. n. 136. ff. solut. matr. Card. Seraph. dec. 815. in fine Mandell. cons. 449. n. 1. Aluar. Velas. decis. 130. n. 3. 4. 5. And. Georg. alleg. 26. n. 4.*

2 Inde euenit quandoque dubitari † quando mulier ea lege, & facultate disponendi dotata, vt de certa parte dotis disponere possit dicatur ea vsa, vel si intestata decesserit dicatur in eius sanguinis proximiores ab intestato venientes iuris ministerio disposuisse.

Mihi autem altius indagando visum est ad premissorum resolutionem multos posse considerari iuris casus huiusmodi pacti facultatiui, formas, & verborum conceptiones, ex quibus videtur inter eos constitui posse differentiam.

3 Primus casus † considerari potest quando mulieri simpliciter de certa parte dotis permissum
4 est posse disponere; Quo circa † Primo quærendum est an dicta facultate disponendi vti possit tā in actu inter viuos, quam in testamento, vel aliis vltimis causa mortis dispositionibus, & quidem
5 videtur † verbum hoc disponere de dispositione, quæ fit ex contractu, vel actu inter viuos capiendum esse, quia tale pactum in contractu dotis apponitur, & inter viuos, & sic secundum subiectam materiam *Iason. cons. 130. nn. 21. vol. 4. per Surdum decis. 272. n. 1. Gratian. discept. 539. n. 13.*

2 *de collation.* cum collatio † sit propriarum rerum adductio *Secundum Aluar. Velasc. de partition. bonor. capit. 12. nu. 4. ad Texum. in leg. prima in princip. ff. de collation. bonor.* ibi bona sua in medium cõferant, qui appetunt aliena, *& in dicto §. iubet* ibi bona propria contulerint, nam aliud res ipsa est aliud extimatio, Rursus in dicto *§. iubet.* vbi modi enumerãtur collactionis de extimatione vllum fit verbum, tum quod alias si extimatio posset conferri cohæredibus inferetur præiudicium circa affectionem ad rem ipsam suorum maiorum, quæ in rei extimatione, vel pretio non caderent.
3 Tum quia † extimatio in vita parte loco rei prestari nequit *leg. secunda §. mutu. ff. si certum petat. Velasc. dicto tr. c. 14.* qui dicit idem per ordinationes Regias in Regno Lusitaniç statutum fuisse *l. 4. titul. 77. §. 12. 13. & in nouo eorumdem recompiliat. libr. 4. tit. 97. §. 14. 15.* Quicquid senserint *Roman. in autent. ex testament. C. de collat. Dec. in l. si donat. in fine. C. eodem. Alciat. in l. 2. §. mutui num. 15. ff. si cer. pet.* qui tutati suntposse in collactionẽ rei extimatio simpliciter adduci *ex eodem §. iubet.* & ex alijs quibus respondet *Velasc. dicto loco qui numer. 4. 5.* duobus modis restringit, vt non procedat
4 † si collatio fiat per extimationem de partium voluntate item in dote constante matrimonio conferenda, quando res ipsa deduci non posset.

Contingit variè quandoque huiusmodi collata inter hæredes diuidi; proinde si diuisio inter plures hęredes facienda sit iuditio Erciscunde fa-
5 miliæ † si de pluribus rebus, & corporibus agatur ita commode patientibus diuisionem debet de qualibet refieri æqualis portio pro quolibet, & cuilibet, sua portio est adiudicanda *l. hac edict. C. famil. erciscund. Mandell. cons. 322. num. 39 Aluar. Velasc. de partition. bonor. cap. 22. nu. 4. Mangil. de imputatio bonor. quæst. 82. num. 1.* Et si per quo-
6 tas † non sit facta diuisio cuiuslibet rei, sed per partes singulares Iudex ex officio quo ad quotam reducatur diuisio curare debet *Costa de ration. rat. quæst. 195. numer. 4.* Idem dicendum est si ageretur de diuidendo vnum corpus, vel pręedium quod pateretur commodam diuisionem *l. 1. versic. quod si diuisio C. commun. diuidun.* quo casu
7 † non est deueniendum per Iudicem ad eiusdem rei licitationem, & subhastationem *per tex. in l. 1. Iason. in §. quædam institut. de action. num. 59.* sed debet in æquales regiones partiri nisi ad id omnes consentiant, quorum interest. *Anton. Faber. C. commun. vtriusque Iudic. libr. 3. titul. 27. diffinition. 14.*

Si verò res, vel corpus quod peteretur inter
8 plures diuidi † commodam non pateretur diuisionem, & alia diuidendi non supererit ratio, vni ex pluribus cohæredibus adiudicabitur, vel socijs, & si vna pars prægrauabitur in sua portione ex huiusmodi assignatione reficietur grauato in pecunia, vt æqualẽtur portiones ex iusto ęstimationis calculo *§. si famil. & §. eadem institution. de offic. Iud. leg. ad officium versic. cum autẽ regionibus C. comm. diuidund.* vbi doctores omnes *leg. arbor. §. de vestibulo ff. commun. diuidund. Vrsil. dec. 23. num. 6. cum sequent. Decian. cons. 15. num. 38. libr. 1. Capicc dec. 36. Fontanell. de pactis Dotal. claus. 4. Glos. 9. part. 2. num. 75. 76. & sequen. volum. 1. Vincen. de Franc. decis. 160. num 4. Gozadin. cons. 44. sub nu. 15. Magon. decis. 42. num. 2. in Florentin. Barzi decis. 100. n. 14. Simon. de Pret. cons. 142. num. 40. Aluar. Velasc. decis. 114. Anton. Faber. C. commun. vtriusq. Iudic. lib. 3. titul. 27. diffinition. 14. Scrader. de feud. p 8. cap. 2. num. 35. volum. 1. Thorus in compend. decision. verbo diuisio domus,* vbi etiam quando res, dicatur commodam diuisionem non patere differunt; Quę adiudicatio, vni ex pluribus cohęredibus fiẽda permittitur iudici ex iusta difficultatis diuidendi causa, quod alias prohiberetur *Angel. & Iason. in d. §. quidam. Institution. de action. num. 10. per dictum textum, & §. eadem Institution. de offic. Iudic.*

Quæro an si inter plures heredes contentio sit quod eorum vnicuique res indiuisibilis adiudica-
9 retur poterit † iudex rem non patientem commodam diuisionem ponere subhasta publica ad licitationem, in quibus subhastationibus primo loco hęredes ipsi, vel socij ad licitandum admittuntur & socio plus licitanti tota res danda est, ita vt reficiat portionem consocio, vel cohęredi in pecunia *l. 1. & l. ad officium C. commun. diuidund.* vbi *Bar. Bald. Fontanell. de pactis dotal. clausul. 4. glos. 9. par. 2. n. 80. ad finem vol. 1. Cancer. variar. resolut. libr. 3. cap. 13. num. 9. 10. Anton. Faber. C. commun. diuidund. libr. 3. titul. 26. difinit. 3. in fine Masul. ad Capic. decis. 36. Thorus in compendio decision. verbo diuisio Ricci collect. 201.* in quorũ defectu extranei admittũtur licitatores, *d. l. 1. ibi ea actione, aut vniuersum prædium si licitatione viceris exoluta socio parte pretij obtinebis, aut pretij portionem si meliorem alius conditionem obtulerit consequeris, & l. ad officium eod. tit. ibi ad licitationem non numquam etiam extraneo emptore admisso maxime si se nõ sufficere ad iusta pretia alter ex socij sua pecunia vicere vilius licitantem profiteantur.*

Et intelligas eatenus tunc extraneum licitato-
10 rem admitti, † quatenus aliquis ex socijs, vel cohæredibus licitantibus iustũ rei pretium non offerat *dicta l. ad officium vbi notat Bald. num. 4.* recte intelligendo verbum, vilius, illius textus ibi *pone comparatiue ad pretium rei non ad animositatem licitantis Salicet. ibid. num. 2. Castrens. num. 6. & notat Iason. in dict. §. quædam nu. 60. Institution. de action. Aretin. cons. 156. colum. 2. numer. 2. Aluar. Velasc. de partition. bonor. cap. 11. numer. 4. 5. & decis. 114. num. 7.* ne calore licitandi alter alterum ex socis vincat, pretia rerum ad iniustitiam ascendendo, *Cancer. variar. resolution. libr. 3. capit. 13. num. 10.*
11 *Berci decision. 100.* & in tantum, † extranei lici-
ta-

tatores non admittuntur quando per cohæredem
& socium iustum rei pretium offertur, quod etiam
si extranei offerant maius pretium, & meliorem
conditionem faciant reppelluntur. *Bald. in leg.
ad offitium num. 4. Saliect. num. 25. Tiraquell. de re-
trat. lignagier. §. 1. glos. 18. num. 2. 3. facit Couar. var.
resolut. lib. 3. cap. 14. numer. 6. Aluar. Velasc. de par-
tition. bonorum cap. 22. sub num. 10.* quamuis *Bald.*
contrarium sensisse videatur *in leg. secunda quæst.
vltima C. de rescindend. vendition. & Saliect. in l. du-
dum C. de contrahend. emption.* Item quod si admit-
terentur eo casu licitatores extranei vltra iustum
rei pretium fraudibus via aperiretur, quia non de-
ficerent suppositi licitatores ad augendum nimis
rei valorem vt pariter augeretur portio in pecu-
nia cohæredi debita, & nimium grauaretur cohæ-
resrem ad excessiuam extranei suppositi licita-
tionem capere *vt aduertit Tiraqu. dicto loco.* hinc
12 nec potetit † vnus ex socijs, vel cohæredibus ce-
dere extraneo ius hoc licitandi, quod habet cum
prælatione prædicta *Guliel. de Cuneo, & Bald. in d.
leg. ad officium Roman. in l. prima §. vsufructuario ff.
de noui. oper. nuntiation. Paul. de Castr. numer. 4.
Ias. in dicto §. Quædam Institution. de action. nu-
mer. 61.*
13 Rursus, & alius datur modus † diuidendi rem
indiuisibilem, & commodam diuisionem non pa-
tientem, videlicet rem locando, & pensiones pro
æqualibus portionibus diuidendo si partes in hoc
genere diuisionis conueniant. *l. communi. §. cum
de vsufruct. ff. commun. diuidund. Suarez. in leg. quo-
niã in prioribus lim. 11. dub. 2. n. 8. Gomes variar. re-
sol. libr. 2. c. 3. num. 14.* Quamuis aliter dicat pro-
cedere ex *l. Regia Aluar. Velasc. de partition. bonor.
c. 22. numer. 13. 14. f. 116.* cætera præter institu-
tum ommittendo.

Propositi vero articuli resolutio tria habet mẽ-
bra. Primum circa diuisionem conuentionalem à
partibus initam. secundum à Iudice. tertium à te-
statore.

Circa primũ supposito quod diuisio fiat inter
plures hæredes conuentionaliter si aliqua ex re-
bus in portionem obuẽta euicta sit quatenus in-
ter eos debeatur euictio, plures constituendi sunt
14 casus. Primus quando † fuerit facta diuisio nul-
lam ad Inuicem euictione promissa quo circa ab-
solute eo casu dicẽdum quod si aliqua res in por-
tionem assignata fuerit legitime euicta de eui-
ctione cõpetit actio aduersus ceteros cohæredes,
qui tenẽtur pro ea parte euicta sociũ, & cohære-
dem integrare *leg. si fratres Cod. commun. vtriusq.
iudic. l. si famil. C. famil. Ercifcund. vbi Glos. Bart.
Bald. Angel. Saliect. & Paul. de Castro.* qui dicit
integrari deberi, etiam si pro parte rei sequatur
euictio *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb.
obligat. q. 12. vbi Ripa n. 97. Pereg. de fideicomm. art.
52. num. 53. Becc. cons. 24. num. 9. de communi Bursat.
cons. 6. num. 19. in fine lib. 1. Mantica de tacitis, &
ambig. conuention. libr. 6. titul. 21. nu. 16. 17. Aluar.
Velasc. de partition. bonor. cap. 37. Petra de fideicom.
quæst. 14. num. 40. Sances de diuision. bonorum. lib.
1. cap. 8. Cardin. Tusch. conclus. 534. litter. d. numer. 1.
Turrett. cons. 8. num. 19. lib. 3. Atora de partition. p.
3. quæst. 9. num. 19. Manent. decis. 13. Cabellin. de eui-
ction §. 4. nu. 51. Surd. cons. 67. num. 7. 8. cons. 318. nu.
26. Vbald. in Tract. de duobus fratribus par. 8. quæst.
22. n. 23. Lambert. de Contract. &c. qui sine certa sol-
lemnitate glos. 1. n. 35. in fine Intrigliol. singul. 63. nu.
7. lib. 3. Card. Seraphin. decis. 723. num. 2. seq. Fran-
ciscus de Caldas Pereira de emption. & vendiction.
cap. 31. num. 9. 10. seq. Barz. decis. 96. nu. 41. Velan-
zuol. cons. 11. num. 2. Gabr. cons. 90. numer. 42. lib. 1.
Facchin. controuers. iur. lib. 6. cap. 68. versic. tertia
15 conclusio.* Cum conuentionalis † diuisio permuta-
tionis sit similis *l. commune diuidundo. §. si debitor
ff. commun. diuidundo l. cum pater, §. hæreditatem,
& §. euictis ff. de legat. 2. & vtrobique Doctores om-
nes Paul. de Castr. in l. 1. Cod. commun. vtriusq. iudic.
Bursat. cons. 173. num. 16. lib. 2. Magon. decis. 62. nu.
4. in florentin. Aluar. Velasc. de partition. bonor. cap.
37. num. 2. Facchin. controuers. Iuris lib. 6. cap. 68.
versic. difficultas Caldas Pereira de emption. & ven-
16 dition cap. 31. num. 9. 10.* Et permutatio † est similis
emptioni *l. sciendum §. emptorem ff. de edilitii. edicto
Cephal. cons. 64. num. 6. Becc. cons. 24. num. 13. Bur-
sat. cons. 173. num. 17. lib. 2. Gama decis. 242. numer.
6. Gratian. disceptation. 234. numer. 4.* Immo ve-
rus existimatur contractus venditionis, quãdo res
æstimata pro æstimata permutatur *Glos. & Docto-
res in l. 1. C. de rer. permutat. Tiraqu. de retract. ligna-
gier. §. 1. gl. 14. num. 19.* vbi etiam in statuto *Boer.
decis. 144. Fabian. de emption. qu. 2. Corbol. de causa
priuation. ob alienation. limitat. 12. Guttierez. de Ga-
bell. qu. 71. Surd. cons. 433. Burg. de laudim. p. 2. in-
spection. 4.* ideo sicut in permutatione debetur eui-
ctio. Item ex quo diuisio est à communione reces-
sus. *Gargiar. patrocin. 6. num. 4.* & portio, quæ pro
diuiso vni assignatur, succedit loco portionis, quã
prius cum socio pro indiuiso possidebat, merito
permutationis locum obtinet, *Peregrin. de fidei-
comm. art. 52. num. 53. in fine Menoch. libr. 3. præ-
sumpt. 118. num. 17. Manent. decis. 13. num. 3.*
16 Fortius id procedit euicta re † infra legitimæ
portionis, debitum filio, & cohæredi competen-
tem assignatam, quod quasi debitam, & loco æris
alieni dicitur *Berengar. Ferdinandus. in l. in quar-
tam in tertio præfation. num. 52. verbo præcipuè, ff.
ad legem falcidiam Gomes l. Tauri 29. nu. 34. versic.
quod tamen singulariter intellige. Aluar. Velasc. de
partition. bonor. c. 37. nu. 5. 6.* & cohæres in ea por-
17 tione diceretur causam onerosam habere † quo
casu semper debetur euictio. *Anton. de Burgos de
Salamanca de emption. & vendition. num. 25. in re-
petitione capituli si venditori Francisc. de Caldas Pe-
reira de emption. & vendition, c. 31. n. 2.* legitime ta-
18 men † lite cohæredibus denontiata *Iuxta leg. em-
ptor. C. de euiction. Velasc. in dict. cap. 37. numer. 1.
Menoch. cons. 178. num. 17. cons. 894. num. 10. Burs.
cons. 106. n. 19. Intrigl. Singul. 63. num. 38. sequent.
lib. 3. Anebaran. Regiens quæst. 36. nu. 1. lib. 1. Bim.
cons. 97. num. 31. 33. lib. 1.* Item sequuta euictione
& re victori traddita *ad Textum in l. habere licere,
ff. de euiction. l. 3. C. eodem Barc. decis. 584. part. 1. Ca-
bellin. de euictione §. 5. num. 86. Aluar. Velasc. dicto
ca. 37. Surd. cons. 36. num. 4. & cons. 72. num. 1. cons.
359. num. 38. decis. 165. num. 7. Crauett. cons. 682.
num. 6. Angnisciol. cons. 273. num. 1. & cons. 274. n. 1.
Intrigl. singul. 63. nu. 51. libr. 3. Thesaurus decis. 85.
num.*

n.1.2.Carroe.dec.96.num.5.Fabi.de Anna conf.15.
num.1.7.

Cæterum si de euictione habeant scientiam di-
uidentes ante diuisionem rem esse fideicommisso
subiectam,vel aliter conditionaliter aliquo futu-
ro tempore alteri debitam , vel cum de euictio-
ne agant. Dicendum quod aut res, quæ in portio-
nem obuenit ab extraneo euincitur,aut vero inter
ipsos diuidentes in euentum alicuius conditionis
purificãde debetur,vt si de ea re esset inter eos re-
ciprocum fideicommissum constitutum. Et si ad
extraneum res pertinet, dicendũ quod aut igno-
rabat diuidens,aut sciebat ad extraneũ rem per-
20 tinere, si ignorabat † nulli dubium de euictione
agere posse aduersus cohæredes, vel socios,qui te-
nentur euictam portionẽ integrare,quia ignoran-
tia excludit omnem præsumptionem mutui pe-
riculi in rebus diuisis suscepti l.si per errorem ff. de
iurisdictione omni Iudic. l.Mater decedens ff.de inof-
ficios. testamento Alexandr.cons. 21. in secundo du-
bio l.5. Bero.cons.95. Caualc. de vsufruct. numer.
100.Becci.cons.24.n.33. qui dicit totam vim consi-
stere in scientia eius qui rem obnoxiam accepit.
Pereg.de fideicommiss.art.52.n.58.Roland.cons.51.
num. 10.& sequent. libr.4. Surd. cons.15.num. 5.
cons.311. numer. 27. Mandel. cons. 311. numer. 7.
Menoch.lib.3.præsumpt.118.n.16.Bursat.cons.173.
nu.10.seq.

21 Si vero sciebant † rem diuidentium esse alte-
rius iuris,vel condictione suppositam tunc cessat
euictionis actio Glos.in dicta l.si familiæ per Textũ
in l.si fratres Becci.cons.24.num. 34.seq.Intrigl. sin-
gular.63.nu.10.libr.3.Gratian. discept.234.n.2.11.
seq.Facch. Controuersiar. Iur. libr.6.cap. 68. Vers.
quinta conclusio. Menoch. libr.3. præsumption.118.
22 num.21.22. etiam respectu † pretii data scien-
tia cessat euictionis actio Bart.& Bald. in d.l. si fa-
miliæ,& l.emptorem §.fin.ff.de action.emption.Paul.
de Castr.ibidem.col 2.Curt.Senior.cons.64.num.64.
Becci.cons.24.n.34.Menoc.li.3.præsumpt.118.n.22.
omnes mori,quod in diuisionibus quilibet cense-
tur mutuum periculum suscepisse.

23 Verum sanè intelligimus,† id procedere si in di-
uisione vtrique parti obuenerint bona infecta,
puta aliena,vel conditionalia,ex quo tunc omnes
hæredes subiacent eodem periculo , & ideo in di-
ctis terminis præualet ratio per Doctores addu-
cta,quod quilibet censendum sit mutuum pericu-
lum in diuisionibus suscepisse. Peregr. de fideicom-
miss.artic.52.num.58.Ruin.cons.146.numer. 2. lib.
1.cons.137 num.12.libr.2.cons.7.numer. 18.lib.3.
Roland.cons.51.num.10.11.12.libr.4.Gratian. di-
sceptation.234.num.3.& 4.Facchin. controuers.iur.
lib.6.cap.68.versic.septima conclusio Bursat. cons.
24 173.num.19.Secus quando † in diuisione vni ex
hæredibus peruenissent omnia bona obnoxia , &
subiecta alteri vero,omnia bona libera;nam tunc
agi poterit ad pretium etiam data scientia argu-
mento l.fin.§.fin.C.commu.de leg.Glos.in l.si familiæ
C.familiæ Ercisund. vbi Paul de Castro in princip.
& Angel.post Bald.vbi num.34.quæ fuit opinio sa-
tis canonizata. Guid. de Suzaria in l. qui Romæ §.
duo fratres ff.de verbor.obligation.vbi Alexand.nu.
34.in fine.Angel. in fine Alciat.nu.36.& cons.135.
num.5. & cons.538.num.3.in fine Ripa in d. §. duo
fratres num.90.& 100.Crotus cons.n.136. Menoch.
cons.87.n.85.seq.Bursat.cons.173.nu.19.lib.2.Surd.
cons.67.num. 54. Intrigl.singul. 63.numer.9.libr.3.
Becci.cons.24.num.1 . Menoch. libr. 3. præsumpt.
118.n.15.Peregr.de fideicommiss.artic.51.num. 69.
in fine vers.sed contra in ijs terminis.Gratian.discept.
234.num.5.6.7.Facch.Contr.iur.lib.9.c.68.versic.
sexta conclusio.

Nisi qui bona fideicommisso obnoxia scienter
25 in diuisione acceperit† principio vtiliora esse sibi
existimauerit,& voluerit eam vtilitatem cum fu-
turi euentus periculo compensare Alciat. in leg.
qui Romæ §. duo fratres num.40.ff.de verbor.oblig.
Facchin. controuers.iur. lib.6.cap.68 versic.dum ta-
men.argumento l.de fideicom.C. de transact.Menoch.
li.3.præsump.118.n.15 in fine versic.qui tamen.Pe-
regrin. de fideicom. art.52.num.69. in fine vers.at si
acceptor. Gratian.discept.234.n.8 vol 2.

Hinc facta diuisione,& obuentis omnibus feu-
dalibus, vel emphyteoticis scienter vni, & alte-
ri liberi si domino aperiantur de euictione non
agitur tamquam ex natura rei sequuta Ale-
xand. cons.21.colum.3.l.5. Ruin.cons.11.lib.3. Ti-
raq.de retract.lignag.§.1.gl.9.n.35.Roland.cons.51.
lib.4.Menoch.libr.3.præsumption.118.nu. 10.Pere-
grin. de fideicomm.artic.52.num.60. Surd. cons.15.
nu.4.5.

Si vero bona diuisa pertineant ad vnum ex di-
26 uidentibus tunc† si res pure pertineat data scien-
tia pure pertinere diuisionis tempore videtur ius
suum remisisse , ita vt nullatenus de euictione a-
get Peregr.in dicto artic.52.num. 19.& 65.in princ.
27 Si vero conditionaliter pertineat † veluti si ex fi-
deicommisso purificando collato post diuiden-
tium mortẽ de euictione aduersus cohæredem
agi non posse diuidentem,& in fideicommisso vo-
catum,ex quo euictio sequi dicitur ex facto com-
munis auctoris stante fideicommisso dixit Bart. in
l.vendicantẽ.vbi quod si rem quam habes ex facto
tuo,vel auctori tui euinco non teneor l.fundũ ff.de
euict. l. licet placeat ff. de dote prælegat.Corne.cons.
102.l.4.Soccin.cons. 31. n.7.libr. 4. Ruin. cons. 7.
nu.18.lib.3.Peregrin.de fideicommiss.artic.52.num.
65.quo casu fideicommissum non censetur per
diuisionem remissum Peregrin.dicto artic. 52.sub
28 n.19.In super † poterit frater bona reuendicare e-
tiam à filijs fratris defuncti si fuerint ex forma fi-
deicomissi, vel inuestiture incapaces successionis,
cum frater superstes rem pro ipsius natura aduo-
cet Pereg. d. art.52.n.67.Scrad.de feud.p.8 c.5.nu.
27.volum.1.

Cæterum in casu quo cohæres de euictione
29 agit † an etiam ad totale agat interesse sicut em-
ptor ex l.venditor,& l Euicta ff.de euiction. leg.non
dubitatur,& leg.si cum quæstio C.eodem.Raphael.Cu-
man.in l.qui Romæ §. duo fratres ff. de verbor. oblig.
& Bart.in vltima quæstione.Sentiunt quod agi non
possit nisi ad extimationem partis quæ obuenit
in portionem , & euicta fuerit inspecto diuisionis
tempore non autem euictionis, ex quo diuisio est
actus necessarius, nec venditioni æquiparanda
est , quæ actus est voluntarius in qua ad to-
tale interesse agitur à quibus adducitur text. in
lege

l.qui hæres erat ff.famil. Erciscund. quem ad hoc re-
putant singularem. Sed *Cumanus,& Bart.* aduer-
santur *ab Alexand. in dicto §. duo fratres nu.61.* ve-
luti loquentes contra textum *in l.si fratres C.com-
mun. vtriusq. iudicij* quanti interest deberi dispo-
nentem *Ponte cons. 27. num.6. leg. si cum venditor.
§. fin. ff. de euict.* vbi res euicta estimatur tempore
euictionis pro vt creuerit, vel decreuerit *vbi Glos.
Bart. Bald. Salicet. & Fulgos. Surd. cons. 52. num. 50.*
ex quibus sicut in venditione ad totale interesse
agi posse videretur *Claudius Aquens.* in hoc rectè
intuendo *in dicto §. duo fratres cum Cumano* resol-
uit ad interesse intra rem agi posse respectu esti-
mationis non autem ad totale rei, & quanti, in-
terest euictionis tempore, & extra rem quod inte-
resse in diuisione non venit *ad textum in dicta leg.
qui hæres erat Gomes. variar. resolut. libr. 2. cap. 2.
num. 33. in fine Peregrin. de fideicommiss. artic. 52.
numer. 55.*

Secundus est casus quando facta inter cohære-
des diuisione ad inuicem generaliter pro diuisis
de euictione promissum sit quo poterit indistinctè
de euictione agi euicta portione obuenta per ex-
traneum, cum huiuismodi expressa euictionis
promissio idem operetur quod tacita legum di-
spositio diuidentibus absque generali promissio-
ne debita pro inde militant quæ supradixi in casu
quo nulla inter diuidêtes euictionis intercesserit
30 promissio. Difficultas maior est † re ab vno ex
pluribus ex ipsis coheredibus diuidêtibus euicta,
quod obuenerit ex natura ipsius rei, vel facto cô-
munis auctoris ex fideicommisso. vel aliter, & re-
soluimus euictionem non deberi, nam vt euictio
eo casu deberetur cum res ex sui natura alteri
ex diuidentibus euincitur opporteret in eum ca-
sum specialiter de euictione stipulari, cum alias
generalis euictionis promissi non sufficiat data
scientia, & paritate mutui periculi *ita declarando
Gl. in d.l. si familiæ dixerunt Gugli. de Cuneo. Guid. de
Suzar. Ricard. Malumb. Cinus, Bart. Bald. Salic. Fulgos.
Paul. de Castr. & Alex. in d. §. duo fratres n.32. Al-
ciat. n.37. Paul. Leon. n.113. Alex. cons. 21. l.5. Are-
tin. cons. 3. Decian. cons. 411. Curt. Sen. cons. 49. num.
71. cons. 50. num. 383. Ruin. cons. 137. num. 12. lib. 2.
cons. 7. num. 18. cons. 92. num. 29. lib. 3. Soccinus iu-
nior. cons. 116. num. 63. lib. 1. cons. 114. nu. 2. & cons.
119. libr. 3. Roland. cons. 51. n. 119. & cons. 67. lib. 4.
Cardin. Tusch. conclusion. 367. n. 38. 39. & sequ. litte-
ra E, & conclusion. 368. nu. 4. Bece. cons. 24. n. 32. Bur-
sat. cons. 173. num. 20. & 58. volum. 2. Sforz. cons. 41.
numer. 108. 109. Surd. cons. 15. num. 4. 5. 24. Honded.
cons. 3. n. 40. 42. volum. 1. Caualcan. decis. 8. numer.
18. lib. 2. Turret. cons. 83. lib. 1 Ioseph. Ludou. dec. 19.
Ancharan. cons. 76. num. 3. Signorol. cons. 117. numer.
4. Roman. cons. 503. num. 14. Cabellin. de euiction. §.
5. num. 33. 34. Bero. cons. 108. volum. 1. Lanari. cons.
3. num. 17. Intrigliol. singul. 63. in fine libr. 3. Crauet.
cons. 946. num. 23. Gabriel. cons. 90. num. 42. lib. 1.
Mandel. cons. 83. & 693. numer. 1. Grass. in §. bono-
rum possessio quæst. 12. num. 9. Menoch. præsumption.
118. num. 11. 12. libr. 3. Facchin. controuers. iur. lib.
6. cap. 68. Morrot. cons. 83. num. 16. 17. sequent. Bi-
mi. cons. 97. num. 24. lib. 1. Rota Romana dec. 211. libr.
2. in nouiss. Berretta cons. 94. num. 3. 4. Surd. de
aliment. titul. 9. quæst. 11. num. 25. & seq. Costa de ra-
tione rata quæst. 14. numer. 7. Barzi decis. 3. num. 46.*
31 idque locum haberet † quamuis vni allodium alte-
ri feudum, vel fideicommissum scienter in partem
obuenerit profitentur *Peregr. de fideicommiss. artic.
52. num. 69. in fine versic. & hæc communis Becci.
cons. 24. num. 11. versic. nec resistit Surd. consil. 15.
num. 5. Facchin. controuers. iur. lib. 6. cap. 68. versic.
his ergo Scrad. de feud. p. 8. c. 5. n. 27. vol. 1.*

32 Non obstat dici † ex generalis euictionis pro-
missione fideicommissi renuntiationem inductam
esse *ex Curt. Sen. cons. 64. num. 63 & Iun. cons.
49. numer. 13. Burs. cons. 64. numer. 32.* proinde
excludi cohæredem ex fideicommisso agentem,
namque de euictione tenet actio eumdem agen-
tem repellit exceptio *leg. vendicante ff. de eui-
ction.* pro vt in proposito arguit *Rom. cons. 457.
Menoch. præsumpt. 115. num. 15. libr. 3. Decian. cons.
116. n. 17. lib. 3. cons. 38. n. 15. 16. lib. 4.* nam verius
ex generali euictionis promissione non censetur
conditionali fideicommisso renûciatum nisi alijs
prægnantibus clausulis accedentibus *Curt. Iun.
cons. 116. n. 63. libr. 1. Peregr. de fidei. artic. 52. nu. 69.
cons. 93. num. 1. 2. libr. 1. Becc. cons. 24. num. 15. 36.
Cephal. cons. 371. & cons. 296. Sforza consil. 49.
num. 23.*

Neque huic conclusioni aduersanturque de
æqualitate seruanda inter fratres, & cohæredes
dici possent, & ideo omni casu de euictione actio-
nem dari ad integrandam portionem deficientê,
33 nam quod dicitur † de æqualitate seruanda inter
fratres intelligitur ab initio secus si ex post facto
res ad inequalitatem inter eos redducatur *Becci
cons. 24 num. 37. Bero. cons. 108. in fine lib. 1. Soccin.
Iun. cons. 119. n. 28. lib. 3. Rol. cons. 51. in fine dec. 62.
n. 13. in Florentin.*

Poterit tamen cohæres in eum casum de eui-
ctione agere contra cohæredes, & locus esset di-
spositioni *lege vendicantem* ita vt exceptione illius
textus impediretur cohæres rem alteri in por-
tionem obuentam ex fideicommisso communis
auctoris euincere quando in eum casum speciali-
ter de euictione stipulatum esset quod omnes sen-
34 tiunt vel † si euictionis accesserit vniuersalis pro
misio in omni, & quocumque casu quomodocum-
que, & qualitercumque quæ vim specialis promis-
sionis obtinet *Petra de fideicommiss. quæstion. 14.
Decian. cons. 55. num. 91. 92. libr. 3. Soccin. Iun. cons.
116. num. 63. libr. 1. Surd. cons. 452. num. 12. Mandell.
cons. 216. num. 3. Sessa decis. Aragon. 14. num. 13. 42.
Tiraquel. de retract. lignagier. ad finem num. 98. Hon-
ded. cons. 3. num. 75. Pedroch. cons. 28. n. 20. 23. 24.
Rota Roman. decis. 211. num. 5. part. 2. Carpan. ad
statut Mediolan. c. 417. nu. 757. volum. 1. Marescot.
variar. resolution. libr. 2. resolut. 19. nu. 32. Mastrill.
dec. 61. n. 5. 6. Cabellin. de euiction. §. 5. nu. 31. Surd.
cons. 15. num. 17. decis. 244. num. 1. Hippolit. Rimi-
nald. cos. 362. num. 6. Bursat. cons. 160. num. 17. côs.
298. num. 5. Turrett. cons. 86. num. 17. volum. 2. Mo-
lina de Contractib. disput. 380. Raudens. decis. Pisan.
22. num. 5. Ponte cons. 27. nu. 5. 13. Felic. allegat. 10.
num. 24. p. 3. Menoch. præsumpt. 115. num. 17. libr. 3.*
35 dicens † talem vniuersalem promissionem eui-
ctionis fideicommissi renûtiatione operare *Pere-
grin.*

grin.conf.93.num.13.14.lib.1. maxime relatis verbis vniuersalibus ad causas, & modus euictionis non ad tempus ex quibus fit, ac si in eum casum de euictione stipulatum sit, Decian. cons.38.nn.15 36.libr.4.Surd. cons.15.num.17.Burs.cons.173.nu. 22.31.sequent. vel si alias ex coniecturis appareat fratres in eum casum de euictione sequuta ex rei natura teneri velle pro portionibus ad inuicē assignatis octo coniecturas refert Bursat. dicto loco n. 32.58.cum sequen.Surd.cons.442 nu.11. Raudens. decis.22.num.57.Barzi.decis.64.num.58.veluti si in promissioni euictionis accesserit scientia Alciat. cons.133.n.5.Gabell.de euict.§.5.n.35.Hond. cons. 3.n.75.Ponte cons.27.Facch.controuers.iur.l.7.c.14. Surd.cons.442.n.11.15.

36 Tertius casus est vbi inter† cohæredes ad inuicem expresse prouisum sit, pro rebus diuisis in partes cuique obuentis de euictione non teneri, nisi pro proprio, vel suorum facto quod pactum de iure substineri non conuertitur, proinde eo casu de euictione agi non permittitur, contraria diuidentium lege reluctante ad textum in sæpius allegata l.si familiæ C.famil.ereiscund. Beeci.cons.24. num.9.Bursat.cons.306.num.16.lib.3.Aluar.Velasc. de partit. bonor.c.37.n.7. Menoch.lib.3.præsum. 118.num.23.lib.3.Grat.disceptat.234.n.9.Francisc. de Caldas Pereira de emption.& vend. cap. 31.n.11 Gomes. variar. resolut.lib.2.cap.2.num.34. Rebuff. tom. 3. ad lege Galli. tit.de dilation. art. 5. glos.1. n.
37 54. Et ne dum † tunc a petitione interesse excluditur, stipulator sed prætij, vel extimationis restitutione mutui periculi suscepti ratione, in casu, quo portio obueniens cuilibet diuidentium fideicommissi oneri esset obnoxia, argumento leg.fideicommisso, C.de transactio Glos. communiter approbata in dicta l.si familiæ.Bart.in §. duo fratres qu.11.n. 25.Ripa num.100 Gratian.disceptat. 234. num.10. Gomes.variar. resolution.libr.2. cap. 2.num.34.Peregrin. de fideicommiss.art. 52.num.70. licet aliter
38 procedat † in emptore, qui saltem prætium sequuta euictione à venditore repetit: quamuis de euictione teneri venditor maluerit expresse nisi pro suo facto Peregrin dicto artic.52.n.71.cons.91. num.6.lib.3.Gomes.dicto num.34.Natta cons. 181. num.1.lib.1.Tepat.verbo euictio Surd.cons.36.num. 6. 22. Cappell. Tholosan. dec.360.Roman.sing.387. Cassan.cons.55.nu.43.Anton.de Burgos à Salamanca in cap.final.de emption.& vendition. nn. 15.Burs. cons.306.num.16.lib.3.Rubeus cons.152.num.2.Rebuff. de dilation.artic.5.glosa vnica n.51.Gratian.disceptation.566.nu.3.Franch.decis.239. num.3. Mastrill.dec.28.num.13.Crauett.cons.618.n. 6.Cabal. cons.100.nu.4.Thesaur.quæst forens. 77.lib. 1. Passet.cons.111.num. 13.Cardinal. Tusc. conclus.362. num.1.littera E. Intrigl.de feud. centur. 2. artic. 5. num.468.Couarru. libr.3.resol. 17. Mantica de tacitis,& ambiguis Conuention. libr.4.titul.24. num.4. tit.27.numer. 20. Rosental. de feud. capit. 9. conclusion. 27.

Secundum membrum principale est quando
39 † diuisio esset facta authoritate Iudicis, & Magistratus nam euictio debetur, ac si partium consēsu facta fuisset secundum ea quæ in primo casu diximus Glos.Bartol. Bald. Paul.de Castro,& aly in dicta l.si familiæ per illum textum Bartol.in dicto.§. duo fratres in final. quæstion. Alexand. n.61.Ripa num.97.cum factum Iudicis factum partis reputetur l. si plus vel minus §. si iussu ff. de euictione Peregr.de fideicommiss.artic.52.num 54.Curt. Seni. cons.50.num.387.Tum quia Iudex Iuris minister nō censetur euictioni in eum casum de iure debitæ derogare voluisse Menoch. præsumpt.118.num. 19.20.lib.3. Cabellin. de euict.§.4.n. 51. Intrigliol. sing.63.n.7 lib.3.quod procedere quando pariter portio alterios cohæredis in eadē euictionis causa,& muto periculo esset mihi probatur cum Gugliel.de Cuneo, Bald.Castrens.& alys per Menoch. d. num.20.

40 Tertium membrum est de diuisione † testatoris iussu inita inter cohæredes, & sequuta euictione portionis alicuius aduersus cohęredes ad integrādam portionem euictam actione de euictione nō dari dicimus ex l. cum Pater §. euictis ff. de legat. secundo vbi Bartol. & aly. Glos. Bart. Bald. Salicet. & alij in dicta l.si familiæ Bartol. in dicto §. duo fratres colum.vltima.Ripa num.95. Peregrin. de fideicommiss.artic.52.num.72.Gail.libr.2.obseruat.116. num.2.Vasquez.de successione.p. 1.libr.3.§.23. num. 37.& 43.cum seq.Bursat.cons.6.nu. 19. circa finem Surd.cons. 517.num.25.& sequent.lib. 4.Intrigliol. sing.63.n.8. Menoch.cōs. 87.& præs. 118. num. 1. libr.3. Cabellin. de euict.§ 4.num. 51.versic. quid in diuisione Facbinens controuers. Iur.libr.6. c. 68.vers. secunda conclusio Francisc.de Calda Pereira de emption.& vendition.cap.31.num.12. sequent.Cum ea
41 † inter cohæredes vim habeat prælegati l. quod
42 ergo ff. de legatis primo pro quibus † contra cohæredes actio de euictione non datur l. cum Pater §. euictis ff. de legat.2.l. si a substituto §.1.ff de legat.1. Peregrin.de fideicommiss.art.52.num.72. Velasc. de partition.bonor.cap.37.à num.8.& sequent. Bursat. cons.5.n.5.24.cons.6.n.19.Surd.cons.517.n.27. Intrigl.singul.63.n.11.lib.3.Fachin. controuers.iur.lib. 6.cap. 68.versic.prima conclusio Sforza cons.3.num. 19.20.Menoch.libr.3.præsump.118.num.3.4.Quod non ita in diuisione Conuentionali est, vel inditia-
43 li quæ vim † permutationis obtinet in qua de euictione actio conceditur Gomes variar.resol.lib. 2.cap.2.num.33.Aluar.Velasc. de partition. bonor. capit.37.numer.1. 2. Menoch.cons.888. num.22.li. 9.& libr.3.præsump.118.num.18. Cabellin.de euict. §.4.num. 43. Anton. de Burgos de Salamanca in c. fin.de emption.& vendition.num.25.Beeci.cons.83. num.1.Macabr.cons.55.num.177. Viu. decis.510.n. 7.Vinc.de Franch.decis.34.n.2.

44 Nisi defunctus † plures instituens hæredes æqualiter hæreditatem diuiserit, tūc quia inter eos equalitatem obseruare voluisse videretur euictionis remedium pro parte euicta denegandum non esset l.cum Pater §. euictis in secundo responso ff. de legat. secundo Roman. singul.316. Dec.cons. 46. Pereira de emption.& vendition.cap 31.nu.13. seq.& num.16.

Rursus nisi paterna diuisio, & portio cuique obuenta legitima filiorum respiciat, quam nullo modo grauare potest testator, quare, nec per diuisionem infra quantitatem legitimè filio nocere potest rem alienam assignans l. scimus vbi notat.

tat Bald. Salycet. & Iason. num. 4. C. de inofficios. testament. Gomes. variar. resolution. libr. 2. cap. 2. ante num. 33. Francisc. de Caldas Pereira de emption. & vendition. cap. 31. num. 17. Gail. lib. 2. obseruat. 116. n. 3.

Post hæc scripta contingir videre *Gusmannm, & Margilium in eorum tractatibur nouiter impressis de euictionis, ille q. 33. Iste vero q. 114. & sequentibus,* qui late ad materiam faciunt.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio personæ actoris in quocumque iudicio quantum vis summario, vel exequutiuo requiritur.*

2 *Cessionariur cessionis nomen in libello deducenr de cessione docere oportet parte petente.*

Et an ante omnia de cessionis instrumento docere debeat eumquæ exibere parte opponente etiam ante litir contestationem, vel quindena in exequutiuir n. 3. 4. 5. 6. 8. & 9.

4 *Procurator ante omnia tenetur docere, & exibere suam procurationem, seu mandatum.*

5 *Cessionarius agens post litem contestatam potest docere, & ostendere cessionem quando sola facti veritate inspecta proceditur.*

6 *Agens cessionario hæreditario, vel alio nomine post litem contestatam docere potest de sno nomine quo agit. Imò reseruatur per iudicem in fine causæ.*

7 *Cessionarius ad constituendum aliquem in mora an teneatnr instrumentum pnblicum, & ausenticum cessionir ostendere etiam qno ad effectum inducendi scientiam iuxta terminos leg. 3. C. de nouacion. & quid in denunciatione. Iudiciali, vel extraiudiciali.*

9 *Agent exequntiue tamqnam hæres ante omnia de hæreditario titulo, & nomine docere debet.*

10 *Ritur dat exequutionem creditori ostendenti, & prodneenti instrumentum.*

11 *Cessionariur in exequutiuis ante omnia tenetur cessionem exhibere licet de ea in alio instrumento mentio fiat.*

12 *Cessionarius non tenetur ab initio cessionir instrumẽtum exhibere parte ab initio non opponente.*

13 *Si de cessionir viribnr discutiẽdum est etiam in exequutinis id infra quindenam cognoscendnm est: & non ante, & quando secus n. 14.*

15 *Exceptio notoria ex facie eiusdem instrumenti resultante admittitur aduersur eiusdem instrumenti exequutionem non obstante Ritu, vel statuto omner aduersur instrumenti exequutionem reijciente exceptionem.*

ARGVMENTVM.

Cessionarius an ante litem contestatam, vel exequutioni implementum, & quindenam teneatur de cessionis instrumento docere parte petente.

RESOLVTIO LXXVIII.

1 Vemadmodum de cuiuslibet † iudicii quanirumuis summarij, vel exequutiui natura, & essentia est personæ actoris legitimatio insũdendo se talem esse qualem se facit maxime non si non suo nomine simpliciter, sed cum nomine qualificato in iudicio cõpareat vt cuique innotescit iuxta notata *per Doctores in l. nõ ignorat per illum text. C. qui accusar. non poss. cum alijs concordantibur Muscatell. in praxi par. 3. Glos. compares num. 1. 2. Peregr. cons. 2. num. 47. libr. 1. Milan. dec. 1. nnm. 17. & decis. 3. n. 140. & sequ. libr. 2. Grass. except. 4. n. 88. 95. 96. 97. 98. qui omnes affert Intrig. sing. 173. n. 10. l. 2. Bolognet. cons. 11. n. 17.* & magis omnium plene *Scrader. de feud. p. 10. in præambul. n. 32. 33. cum plur. seq. & numer. 39. Lancellot. de attentat. p. 3. cap. 25. nu. 39. Osasc. dec. 1. num. 85. & nouissime Vigilius in sno tractat. de legitimation. person. in prælud. num. 1.*

2 Ita & † cessionarios de cessione docere oportet parte petente, si cessionis nomen in libello deductum sit, quia ea tamquam libelli pars venit edenda ad hoc vt constet, quod agentis intersit, & vt deliberare possit reus an cedere, vellet, vel contendere, *Innocent. in cap. final. de probation. Bald. in l. qui stipendia in fine C. de procnrator. vbi Doctorer omnes, & in l. per diuersas num. 21. vers. adnerte C. mandati Ias. in rubr. C. de edendo n. 3. Decian. cons. 301. num. 1. 2. & sequen. Socc. cons. 89. vol. 3. Alex. cons. 95. n. 9. l. 2. Tiraquell. de retract. lignager. §. 26. Glos. 3. num. 44. Bertraud. cons. 21. volu. 1. Roland. cons. 20. num. 14. volum. 1. Anchar. Regiens. libr. 2. quæst. 3. num. 9. 10. 14. 15 Bolognett. cons. 11. nu. 16. Asin. de exeqution. §. 1. cap. 49. Rodulf. de cautel. 256. Surd. cons. 22. numer. 1. 2. & 19. cons. 269. num. 25. Brunor. a sole quæst. 11. num. 4. 5. & 18. Io. de amicir cons. 24. Cartar. decis. 63. Cappel. Tolos. decis. 295. vbi Aufrer. Iosef. Ludou. concl. 4. in prin. et sequ. Boer. dec. 10. Intrigl. sing. 13. nu. 2. lib. 1. Milan. decis. 1. nnm. 17. 40. 41. et sequen. libr. 2. Scrader. de feud. p. 10. section. 18. a num. 157. & sequen. Grass. exception. 25. num. 49. & in prælud. num. 203. Menoch. cons. 658. sub numer. 4. Iannin. de citation. real. libr. 2. cap. 2. num. 19. Roderiq. de annu. redit. lib. 2. quæst. 17. num. 34. Cardin. Tuschul. conclus. 214. litter. C.*

Quod vero obseruatione diguum magis est
3 † an ante omnia cessionis instrumentum per cessionarium exhibẽdum sit, si id à conuento ita petente opponatot, de quo ex facto dubitari contingit circa quod ego ac in re ita statuendum existimo, quod aut sumus in ordinariis, aut in exequutiuis.

Et ad primum distinctionis membrũ dicimus,
4 quod † in ordinarijs iudiciis quando cessionarius vtiles sibi cessas actiones proptio nomine exercet licet petitionis originem ex persona alterius nẽpè cedentis sumat, cum tunc cessio magis iustitiam causæ, quam legitimationem personæ respiciat sufficit, quod cessionis instrumentum in processu causæ, & post litem contestatam exhibeat

beat quoniam quando vtilis deducitur cessio non persona, sed merita respicit, & aliud est causam aliud personam iustificare, nec super causa ante litem contestatam recipiendæ probationes sunt, nam cognosceretur de causa meritorium ante litem contestatam, quod nec iuris prudentiæ rationi, nec ordinis cognitionis congruit, si vero cedentis nomen in iudicio deducat: & veluti procurator in rem propriam cessionarius agat ante litem cōtestatam de cessione fidem facere astringitur cum tunc cessionarius directam non vtilem actionem dicatur in iudicio proponere, & ipse tamquam procurator comparet licet in rem propriam constitutus, fit proinde antequam audiatur statim, & in primo actu suam personam legitimare tenetur, (sicut quilibet procurator *Bald. in l. si procuratorem 65. in princ. ff. de procurat. Boer. decis. 281. num. 11. Afin. in praxi §. 28. cap. 1. Scrader. de feud. lection. 10. in præfation. numer. 33. vol. 2. Gabr. de exequution. de re iudicat. conclus. 3. numer. 28. Gratian. discepta 170. nu. 22.) Ita Iacob. de Butr. quem refert, & sequitur Bart. in l. qui stipendia in fine C. de procurator. & in l. si duo in fine de solution. & in l. 1. num. 13. C. de action. & obligation. Bald. num. 13. bene speculator in tit. de instrument. edit. §. nunc dicamus numer. 4. Alberic. in l. final. C. de edendo Butr. Aretin. & Felin. num. 28. in c. 1. de probation. Bald. in l. 1. 9. edit. col. 3. vers. venio ad secundum. ff. de edendo Alex. in l. arist ff. de acquirend. hæredita. Bertrand. cons. 118. nu. 2. vol. 2. cons. 144. num. 1. vol. 6. Natta cons. 152. sub num. 11. volum. 1. Surd. cons. 169. num. 25. & cons. 22. num. 19.* respondens *Bald. in l. qui stipendia. C. de procurator.* qui non constituit differentiam si vtilem, vel directam cessionarius intentet plenè *Ioan. de Amicis cons. 24. per tot. Rebuff. ad constit. Galliæ tom. 1. de litteris obligat. glos. 11. art. 3. nu. 17. 18. Osasc. decis. 57. sub num. 4. vers. non obstat quod fide. Ripa in rubr. C. de edendo num. 5. Iason. num. 3. Herculan. in tract. quis teneatur probare negatiuam nu. 86. Cartar. plenè decis. 63. nu. 14. 15. 16. & sequen. & num. 18. respondet. Baldo in d. l. qui stipendia Dec. cons. 302. ante n. 1. Scrader. de feud. p. 10. sect. 18. a num. 157. & seq.* & si ipse indistinctè teneat in vtroque casu ante omnia per cessionariū docendum esse de cessione *Iannin. de citation. reali libr. 2. c. 2. à num. 4. & seq. Card. Tusch. concl. 214. num. 2. 3. litter. C. Mastril. dec. 258 per tot. & num. 8. & 9.* qui refert ita decisum loquens tamen in ordinarijs *Cappel. Tholosan. decis. 295. vbi Aufrer. Bertazol. de clausul. instrumentor. claus. 29. Glos. 4. num. 3. 4. Roderiq. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 17. n. 34. vers. an autem debeat Caranita Rit. 294. num. 8. 9. & 10.* vbi etiam de agente hæreditario nomine *Maranta in repetit. leg. si actor. n. 25. ff. de procurator. Milan. dec. 1. num. 18. libr. 2. & plenius num. 43. & seq. Bardell. cons. 112. nu. 19. vol. 2.* Et tanto ma-
5 gis † de cessione docendum esset post litem contestatam, & quandocūque ante conclusum in causā cessionario vtile suo nomine deducendo actionem, quando sola facti veritate inspecta proceditur prout nos eodem procedendi modo vtimur *Apostil. ad Dec. cons. 302. in 1. Apostil.* & fuisse in hanc opinionem Pedamontanum Senatum testatur *Osase. dicta decis. 57. sub nu. 4. vers. non obstat Ant. de Amat. P. II.* quod fidem in fine sequitur *Surd. consil. 22. num. 19. in fine.*

6 Procedunt etiam superius firmata † ne dum si cessionario nomine in iudicio ordinario actum sit, sed etiam si cum qualitate hæredis filiationis, vel aliter & maxime in Regno vbi specialē Constitutionem habemus incipientem exceptionis filiationes *vbi Isern. Afflict. num. 2. & omnes scribentes* exceptionem huiusmodi in fine causæ reseruandam esse disponens, vnde de exceptione legitimitatis personæ agentis non est discutiendum ante litis contestationem. Imò in fine causæ reseruandam esse censuit Consistorium, vt refert *Mastr. dec. 258. lib. 3.* confirmando sententiam Magnæ Curiæ.

7 Sic etiam † qui dicit se cessionarium ad constituendum debitorem, vel aduersarium in mora oportet, quod instrumētum cessionis ostendat publicum, & autenticum, & ei illud legat, vel copiā præbeat *Bolog. cons. 11. n. 16.* si id extraiudicaliter dicat secus si denuntiatio fiat Iudicis auctoritate, quia tunc constituitur in mora debitor absque ostensione instrumēti cessionis etiam quo ad effectum inducendi scientiam iuxta terminos *leg. 3. C. de nouac.* quidquid sit in denuntiatione extraiudiciali non ostenso Cessionis instrumento pro quibus possent videri *Surd. cons. 22. num. 12. 13. & seq. 40. 41. 42. & dec. 240 num. 14. Gait. de Credito cap. 2. tit. 3. num. 463. & seq. Mastr. dec. 215. num. 27. 28. Roderiq. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 18. num. 55. Bolognett. in l. non solum §. mort ff. de noui oper. nunciation. num. 190. sub num. 191. vers. Si tamen repugnat. Fontan. de pact. nuptial. Claus. 4. gl. 17. num. 90. & seq.*

8 Quo vero ad secundum distinctionis membrū † nempe cum in exequtiuis sumus quod frequentius, est quid dicendum, & videretur non ante exequutionis implementum, sed infra quindenam posse cessionarium cessionis instrumentum debitore ita instante, & petente exhibere exemplo eorum, quæ in Primo principali membro superius firmata sunt de exibitione cessionis fienda per cessionarium post litis contestationem, Tanto magis quod ex eo quod curiarum nostrarum stilus approbasse vidimus, & passim seruatur, quod iuris dispositioni quoque correspondet nempè quod de Iudicis mandato sit actus quod non curratur quindena nisi exhibitis actis in exequutione calendatis, debitore id postulante *Castill. dec. 77. n. 1. 2.* videretur esse cōsultum debitori de exhibitione cessionis in libello, seu exequutione deductæ, & calēdatæ, & pro ista sentiendo opinione in Curia, seu officio Montis Pietatis Vrbis D. Petrus Cælesti Baro Ialiæ, & Marchio Sanctæ Crucis comparēs pro liberatione Inquilinorum dictæ Baroniȩ contra quos ad instantiam Montis vti cessionarii creditoris bullaris petebatur sigillatio litterarum exequutionis, & petens quod exhibeteretur cessio ante omnia alias nō sigillarentur litteræ prædictæ fuit coactus præstare, & dicebatur hoc in quindena videndum esse.

9 Sed de hoc † petito grauamine Marchio obtinuit in Magna Regia Curia, & in iudicio reuisionis, quia cessionis instrumentum ante omnia

K est

est exhibendum in executiuis maximè vbi à captura incipitur, cum de hoc debitor non possit esse certus, nec ante exhibitionem cessionis instrumentum liquidum dici possit *Bal. in l. per diuersas unm. 21. vers. adnerte tamen.* vbi quod ante capturam super hoc debet debitor citari vt discutiatur an sit ius cessum, vel nè *Ang. & Ias. num. 7. in l. si sic legatum §. si quis ita ff. de legat. 1. Innocent. in c. quia v. de Iudic. Angel. in l. 3. colum. fin. C. de pignor. Roman. cons. 142. incipi quod cessionarius circa finem. Alex. cons. 96. numer. 3. libr. 4. & cons. 115. nu. 10. lib. 7.* vbi idem ad capturam debitoris agente tanquam hærede; vt ante omnia de hæreditario titulo, & nomine docere debeat, *& idem Boer. infra num. 4. & Ancharan. numer. 10. in infra citata quæst. 3. Castrens. cons. 91. num. 3. 5. & in fine lib. 1. Hippolit. de Marsil. in l. si quæramus ff. de testibus. & in l. si quis nè quæstio in 3. col. vers. adde etiam ff. de quæstion. & in suo singular. 26.* vbi dicit Bononię id in foro mercantiæ practicasse in causa satis vrgent in quadam littera cambij *Facchin. Contron. Iuris libr. 13. cap. 27. Roderiq. de anu. reddit. lib. 2. q. 17. num. 34.* omnino videndus *Afin. de exequu. §. 1; capit. 29. num. 14. & cap. 49. num. 1. & 4.* vbi plene *Ioseph. Ludouic. conclus. 4. in princip. Gratian. dec. 111. in addition. Boer. decis. 10. per tot. Petrus Pechius de iure sistendi capit. 3. num. 6. vers. quamuis. Iannin. de citation. reali lib. 2. c. 2. num. 19. Suarez. in l. post rem iudicatam ff. de re iudicata ampl 7. fol. 571. Ouenna regul. 277. num. 5. ampl. 5. Cephal. cons. 439. num. 12. Brunor. à sole quæst. 11. num. 4. 5. & 18. Muta Ritu 124. num. 8. Canalcan. decision. 19. nu. 13 14. lib. 3. Troisi Ritu 286. numer. 2. Surd. cons. 22. num. 2. Auendan. in l. 4. de las excepciones. num. 20 23. Intrigliol. singular. 13. num. 1. 2. 3. lib. 1. Menoch. de adipisc. pos. remed. 4. num. 254. 255. in fine plene Scrad. de fend. p. 10. section. 18. a n. 157. & sequen. & numer. 161. Ancharan. Regien. q. 3. lib. 2. a num. 9. & seq. & num. 15.* dicit quod vsus inualuit, vt ad exequutionem procedatur contra debitorem nomine cessionarij exibito ab initio instrumento cessionis autentico, cum tunc dicatur de cessione apparere; licet absq. aliqua debitoris citatione *Roland. cons. 20. nu. 14. lib. 1. Rodul. in tractat. de cauthel. cauthel. 256. Cardinal. Tusc. conclus. 214. nn. 4. liter. C. Præses Vincen. Percolla Ritu 124. in princip. Graff. de excep. in præiud. num. 203. Burg. de laudim. par. 3. inspection. 40. num. 44. Rebuff. ad constit. Galliæ Tom. 1. de literis obligatoriis Glos. 11. art. 3. n. 8. Milan. dec. 1. num. 18. 40. 41. seq. libr. 2.* vbi quod de cessionis instrumento ante omnia constare debet summarie in vim extremorum absque partis citatione, cessionis instrumento simpliciter producto, prout etiã in Gallia seruari *dicit Boer. dicta dec. 10. Roder. supra num. 34.*

10 Etenim † *Ritus noster 101. & 110.* loquutur de creditore ostendente, & producente instrumentum, vt concedatur exequutio. Quod ampliatur licet

11 † de cessione fiat mentio in aliquo instrumento; nã adhuc debet ante omnia exhiberi *Ancharan. dicta quæst. 3. in fin. Dec. cons. 302. num. 2. iuxta An-*

12 *thent. si quis in aliquo C. de edendo.* Nisi pars † non opponat ab initio de exhibitione cessionis *vt in casu Cartarij decis. 63. nu. 22.* secus parte opponente *ex Boer. dec. 10. Pech. Scrad. Roder. & Rebuff. superius adductis.*

13 Illud tamen † in Regno de plano procedit, quod ostensa ante omnia cessione si de viribus eiusdem cessionis forte discutiendum veniret, id non admittatur, nisi post impletam exequutionẽ, & in quindene curriculo ante tamen solutionem etiam in debito bullari quemadmodum probat, & bene *Milan. dec. 1. n. 42. l. 2. Intrigl. dict. singul 13. num. 3. lib. 2. Roderiq. de ann. redit. l. 2. q. 17. sub num. 34. in fine.*

14 Quod intelligas† verius procedere nisi ostensa cessione, vel alio instrumento actoris personam legitimante, defectus eis obiiceretur visibilis ex facie instrumenri producti, veluti si notorie, & apparenter falsum, vel aliter defectuosum apparentet sit, secus si vitium contineat inuisibile quia tunc de eo post impletam exequutionem discutiendum veniret, & procedit superior opinio exemplo eorum quæ notatur in terminis *l. fin. C. de edict. Dini Adrian. tollen. Menoc. de adipisc. remed. 4. n. 726. Pereg. de fideicom. artic. 48. nu. 29.* ac etiã exemplo eorum, quæ diximus in terminis *Capituli Regis Ferdinandi 43. in resolut. 39. numer. 36. 37.* quod prudenti iudicantis arbitrio remitti-

15 tur, & quamuis† nulla exceptio impediat ritum, id in notorijs ex facie instrumenti resultãtibus non procedit *ex dictis per Ioan. Aloysium de Septimo in Ritu 111. in secunda columna versic. vel si opponente, & in terminis Regiæ Pragmaticæ Regis Alphonsi super bulla dixit Millan. decis. 3. dec. 7. n. 32. libr. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, & feudatarius naturaliter tantum possident dominus vero directus ciuiliter.*

2 *Vsufructuarius naturaliter tantum possidet proprietarius vero ciuiliter.*

3 *Sententia super possessorio lata contra vassallum emphiteutam, vel fructuarium non nocet domino, vel proprietario scienti.*

Sententia lata contra naturaliter possidentem non nocet possessori ciuiliter. nn. 3.

4 *Sententia super possessorio lata contra dominum directum, vel proprietarium non nocet emphiteutæ vassallo, vel vsufructuario.*

5 *Sententia super actione reali domino, vel si hypothecaria lata contra emphytentam feudatarium, vel fructuarium domino, vel proprietario ignoranti non nocet.*

Sententia lata contra emphy tentam feudatarium, vel fructuarium agentes contra alium actione reali, vel confessoria an noceat domino, vel proprietario scientibus.

7 *Sententia lata contra emphyteutam Connentum nocet domino scienti, vel citato.*

8 *Emphiteuta, vel vtilis dominus dicitur procurator in rem suam.*

9 *Sententia lata contra dominum nocet emphiteutæ scienti.*

10 *Sententia lata contra vsufructuarium nocet pro-*

proprietario sciente.
11 Sententia lata contra vassallũ nocet domino scienti.
12 Sententia lata contra proprietarium nocet vsufructuario scienti.
13 Decisum non dicitur quod non fuit cognitum, & discussum.
14 Collusio probatur coniecturis, & præsumptionibus Iudicis arbitrio, & an vnica sufficiat.
15 Sententia contra legitimum contraditorem lata per collusionem non nocet alijs.
16 Sententia contra possessorem maioratus per collusionem lata non nocet successori.
17 Sententia contra hæredem non noceat substitutis, & legatarijs si per collusionem fuerit prolata.
18 Sententia lata contra debitorem de dominio pignoris nocet creditori, nisi per collusionem fuerit lata num. 19.
20 Sententia lata per collusionem non habetur pro sententia nec meretur allegari. Imò est ipso iure nulla nec nocet cui alias noceret.
21 Sententia collusiue lata nec ipsi principali colludenti nocet.
22 Collusio probatur si causa non fuit plenè defensa, & iura non fuerint deducta.
23 Collusio probatur si conuentus passus fuerit vinci.
24 Collusio præsumitur si per conuentum non fuerit actor laudatus.
25 Collusio præsumitur si non fuerit de causa appellatum.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra emphyteutam an noceat Domino directo scienti.

RESOLVTIO. LXXIX.



1 Emphyteutam, & feudatarium naturaliter † tantum possidere iure tamen proprio, non autem pro domino directo dominum, vero directum ciuiliter comuniter constat ac vnanimis est Doctorum omnium consensus *Gl. Bart. Paul. de Castro, Alexandr. num. 6. 20. Iason. num. 44. & alij in l. 3. §. ex contrario ff. de acquirend. possess. Glos. in l. si vt certo §. si duob. ff. commodat. Barthol. nu. 4. Bald. colum. 2. in l. 2. C. de iure emphit. Azor. in summa. C. de acquir. possess. col. 4. in princ. special. late in tit. de emphiteus. vers. 46 num. 59. Bart. Alex. & Iason.* dices hoc esse expeditũ in iure *n. 15. in l. naturaliter in princ. ff. de acquirend. possess. idem Bart. Alex. Aretin. in l. interdum §. fin. eod. tit. Fulgos cons. 1. n. 3. Alciat. post Gl. & omnes in leg. 1. ff. de acquirend. possess. n. 23. in fi. Tiraq. in trac. le mort Saisit. in 5. 6. declar. 4. part. num. 1. & in tractat. de constitut. part. 3. limitation. 3. nu. 7. Ruin. cons. 156. num. 6. vol. 1. Paris. de Puteo de reintegr. feud. fol. 30. numer. 13. fol. 98. n. 2. Couarr. in regular. possess. par. 2. Glos. 4. in princip. Gregor. Lopes leg. 5. tit. 30. p. 3. Aluarus Velasc. de iure emphyteot q. 18. Gomes in l. Tauri 45. nu. 100.* vbi enumerat omnes personas quæ habent naturalem tantũ possessionem *Affli. dec. 380. n. 4. Bolognet. cons. 20. numer. 21. Ponte cons. 147. num. 6. vol. 2. Fantanel. de pact. nuptial. Claus. 5. Gl. 8. part. 15. num. 65. fol. 304. volum. 2.* Similiter de † vsufructuario dicimus, qui naturaliter possidet ipsam rẽ proprietarius vero ciuiliter *per text. cum Ioan. Glossatoris ibidem cõmuniter approbata secundum Iasonem nu. 5. in l. naturali ff. de acquirend possess. & per l. possessio. in princ ff. eod. Tiraquell. in Tract. le mort Saisit p. 3. declarat. 1. n. 4.* quod quoque fatetur *Couar. in dicta regula possessor. p. 2. in princip. num. 5.* qui adijcit declaratione quod licet in re ipsa dũtaxat naturalem possessionem habet attamen in ipso iure vsufructus quasi ciuilem, & naturalem habere dicitur *ex Gl. in l. ait prætor. §. Item ei in verbo quasi ff. ex quibus caus. maior Bar. in l. naturaliter in princip. & Paul. de Castr. ad finem Alexand. num. 5. 6. Iason. colum. pen. ff. de acquirend. possess. & in l. 3 §. ex contrario num. 30. & 45. Alexand. num. 51. ff. de acquirend. possess. Ias. in l. 1. num. 62. Alciat. nu. 3. eodem tit. Balb. de præscrip. 4. quæst. 9. nu. 1. Couar. vbi supra num. 4. Aluar. Velasc. dicta quæst. 18. num. 3. Gomes. variar. resolut. de Contract. c. 15. num. 25. & plenius in d. l. 45. Tauri dicto num. 100. Castill. Sotomaior. de vsufruct. l. 1. c. 6. n. 18. Francis. Marcb. dec. 867. n. 1. p. 1. Fontan. de pact. dot. Claus. 6. gl. 1. p. 2 n. 46. vol. 2.*

3 Sententia itaque lata super Possessorio contra emphyteutam per vassallũ, † vel fructuarium non nocet directo domino etiam scienti nisi citato, & causam defendẽte, quia sententia lata contra naturaliter possidentẽ ciuiliter possessori non nocet *Gl. magna in l. pompon. §. si is qui præcario ff. de acquirend. possess.* & ita intelligitur *Bart. in l. sæpe nu. 6. ff. de re iudicat. Angel. ibidem, & Alexandr. num. 106. Afflict. decis. 380. num. 4. Couar. Pract. quæstion. cap. 13. num. 8. Paponi. cons. 126. Aluarus Velasch. de iure emphy. q. 38. num. 33. Camill. della rata cons. 1. num. 54.* Sicè conuerso si contra dominum

4 directum lata † super possessione ciuili non nocet naturali possessori veluti emphiteutæ vassallo vsufructuario, & similibus si tamẽ super ciuili possessorio tantum lata sit *Acur. in l. Pompon. §. si his qui precario vbi late Alexandr num 13. ff. de acquir. possess. Glos. in Rubr. ff. de reiuẽdicat vbi Iacobin. nu. 15. Castill. in l. 17. Tauri num. 92. Coras. in leg naturaliter §. nihil commune num 27. 28. ff. de acquir. possess. Aluar. Velasc. de iure emphit. quæst. 18. num. 21. Bart. Paul. de Castr. in l. sæpe nu. 6. ff. de re indic. Card. Zabar. in c. penult. eod. tit. col. 2. Afflict. in c. 1. §. si vassall. in l. 3. n. 6. si de feud. fuer. contr.*

5 Si vero iudicium cum emphyteuta † vsufructuario, vel feudatario fit propter dominio actione reali, vel iudicio reuendicatorio institutum, quomodolibet data ignorantia domini directi nunquam ei sententia noceret vt Doctores omnes infra citandi magis communiter profitetur *ex l. sæpe ff. de re iudicat.*

Verum dota scientia domini directi iudicij quod cum emphyteuta vassallo vel fructuario altercatur, cum dupliciter hoc contingat scilicet eis agentibus vel conuentis. Proinde sententia la-

6 ta contra emphyteutam † vassallum vel fructuarium agentem contra alium actione reali, vel fu-

per confessoria, vel negatoria tunc demũ domino
directo scienti nocet si reus in se onus probandi
se esse dominum assumpserit, & sententia decla-
ratoria dominij pro ipso reo conuento contra
emphiteutam fructuarium, vel vassallum lata sit
fueritque causa defensa, & de domino plene co-
gnitum, & discussum alias non noceret Bartol. in
l. sæpe nu. 6. iunct. n. 3. ff. de re iud. Aluar. Velasc. de
iure emph. q. 38. nu. 33. Rossental. de feud. c. 9. mem-
br. 1. concl. 23. num. 456. vol. 1.

Conuento tamen emphiteuta super dominio
vel reali actione aut hypothecaria, sententia con-
7 tra eũ lata † noceret domino directo saltem scien-
ti, vel citato si de dominio fuerit cognitum iuraq.
deducta Angel. Paul. de Castro. Rafael. Alex n. 105.
in l. sæpe ff. de re iudicat. Cuman. nu. 7. Imola col. 15.
vers. forte potest dici Afflict. dec. 380. n. 4. 5. 6. sequen.
Roland. cons. 92. n. 5. 13. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 49.
col. fin. vol. 2. Isern. in §. si vasallus nu. 11. si de feud.
fuer. Aluar. Velasc. de iure em[illegible]. quæst. 38. nu. 33.
Muta super consuetud. Panhor. c. 71. n. 34. ex Afflict.
dicta dec. 380. Papon. cons. 126. per tot. qui opinio-
nem. Angeli contra Bartholum veriorem profite-
tur Costa de facti scien. & ignorãti in fin. in tit. comm.
vtriusq. iudic. sciat. vel ignoret regul. 9. Crauett. cons.
997. n. 10. li. 6. Quetta. cons 91. quem affert. Papon. d.
loco Rosent. de feu. c. 9. memb. 1. concl. 23. n. 10. Dici-
8 tur namque emphytheuta † vel alius vtilis domi-
nus à directo in rem suam procurator constitu-
tus, & potest causam defendere diciturque legiti-
mus contradictor l. 1. §. fin. ff. de nou. oper. nuntiat.
vbi Alexand. Aluar. Velasc. de iure emphitheot. d.
q. 38. num. 33. circa finem. Papon. dict. cons. 126. nu.
6. Lauar. cons. 5. nu. 5. Costa de facti scien. & ignor.
in fin. in tit. commun. vtriusq. iudic. sciat, vel ignoret
regul. 9. numer. 12. fol. 554. Barthol. vero in dict.
leg. sæpe num. 6. contrarium sentit cui assentit Al-
uar. Velas. de iure emphyteot. quæst. 38. numer. 33. in
fine fretus quoque auctoritate Moderni Parisiẽsis
in l. 1. §. 31. num. 24. quod vtique nec sententia di-
cto casu lata contra emphyteutã directo domino
etiam sciente noceat nisi citato, & contradicente
sed videtur magis communis stare contra Bartho-
lum ex dictis, vel saltem Bartholi opinio saluari
posse videtur vt procedat in possessorio vt supra
diximus, & aduertit Papon. dicto cons. 126. sequen-
opinionẽ Angel. & alior. in d. l. sæpe magis cõmu-
niter recepta vnde est cautela vt semper proprie-
tarius saltem quatenus sua putauerit interesse,
vt ei noceat inde sententia citetur, & ita seruatur
à practicis causidicis in facti contingentia.

9 Sic quoque sententia lata † super dominio cõ-
tra dominum directum emphyteute sciẽti nocet
Glos. 1. in verbo vel emphiteuta in c. quãuis de re iudi-
cata per tot. in leg. sæpe ff. eod. vbi Bart. in 4. & 5.
quæst. Alexand. num. 108. Isernia in dicto §. si vas-
sallus dicto num. 11. Paris. cons. 28. num. 13. 14. seq.
vol. 1. Francisc. Caldas de Pereira de renou. emphit.
lib. 1. quæst. 10. num. 28.

Rursus quoque confert. Nam, & sententia la-
10 ta contra † vsufructuarium in iudicio reali vel re-
uendicatorio proprietario scienti, vel citato etiã
nocet, Paul. de Castro l. sæpe nu. 6. ff. de re iudicat. Bo-
lognett. cons. 10. num. 20. 21. Marc. decis. 880. Papon.
cons. 126. numer. 4. cum sequen. Mastrill. decis. 146.
numer. 6. 7. Bursat. cons. 203. num. 18. Castil. Sotoma-
ior. de vsufruct. cap. 34. numer. 6. Carroc. de locat. &
conduct. tit. de probation. quæst. 17. de sententia num.
1. fol. 266. Trentacinq. var. resol. libr. 1. tit. de peculio
resol. 6. sub numer. 3. in fine. Gama decis. 265. numer.
5. in fine. Achill. de Graff. decis. 8. tit. de sentent. & re-
iudicat. Corsett. consil. feudal. 15. numer. 27. Costa de
facti scien. & ignoran. in fine in tit. commun. vtriusq. iu-
dic. sciat, vel ignoret reg. 9. Sic lata cõtra vassallum
11 † sciente domino præiudicat Imol. in l. sæpe. ff. de
reiudicat. & in c. penul. de re iudicat. Isern. in c. vas-
salus de suo feudo si de feud. fuer. controuer. numer. 11.
Aluarott. Propos. & Afflict. num. 20. & decis. 396.
nu. 5. Roland. cons. 92. num. 12. lib. 4. Loffred. cons. 10.
29. & 44. Couarr. pract. q. c. 13. n. 8. Pute. decis. 336.
n. 2. lib. 3. Costa de facti scien. & ignor. in fin. tit. com-
mun. vtriusque iudic. sciat vel ignor. regul. 9.

12 Et contra Proprietarium lata † nocet vsufru-
ctuario scienti, vel citato alias secus proprietario
tamen se defendente, & non per contumaciam
forte condemnato Bart. in l. sæpè ff. de re iudicat. in
4. & 5. quæstion. Imol. num. 27. Alexand. nu. 108.
Afflict. decis. 396. nu. 6. Bursat. cons. 203. n. 18. Pute
decis. 336. num. 1. lib. 3. Paris. cons. 28. num. 14. lib. 1.
Cardin. Mantica decis. 246. num. 6. Trentacinq. va-
riar. resol. leg. 1. de peculeo resol. 6. num. 3. in fin. A-
chil. de Graff. dec. 10. tit. de sentent. & re iudicat. Ro-
ta Romana diuersor. decis. 1165. nu. 3. vol. 3. Marc.
decis. 880. Tiraquell. de retr. conuen. §. 1. Gl. 6. num.
29. Natta. cons. 688. num. 12. Francis. de Percyra de
renouation. emphiteus. lib. 1. quæst. 10. num. 18. facit
Ceph. cõs. 307. n. 79. Gait. de Credit. c. 2. tit. 3. n. 410.
& sequ. vbi an etiam obstet transactio, & quando.

Duo præcipue concurrere debent vt sententia
proprietario vel domino sciẽti noceat in actione
reali lata cõtra emphiteutam vassallũ vel fructua-
rium vt dicunt Doctores omnes in dict. l. sæpe Couar.
dicto cap. 13. num. 8. 9. Cephal cons. 307. nu. 29. Pap.
d. consil. 126. Caldas de Pereira supra Velas. d. q. 38. n.
33. Rosental. de feud. capit. 9. membr. 1. conclus.
23. sub n. 10. vbi sic dicit posse accipi. Loffred. cons. 10.
num. 25. Primo quod fuerit in iudicio contra em-
phiteutã de iuribus domini directi exacte cogni-
tum, & discusum. Nam, & generale est quod non
13 potest dici decisum † nisi illud quod est cognitum
& discussum Bartol. in l. receptitie ff. de constit. pe-
cun. Socc. cons. 94. libr. 3. Vincen. de Anna alleg. 102.
num. 2. Lauar. cons. 83. num. 11. Franc. dec. 278. n.
6. dec. 367. num. 14. Card. Mantica. dec. 66. numer. 2.
Lambert. de contract. Glos. 16. verbo non valeat. n.
17. in fine.

Secundo, quod iudiciũ ab emphyteuta sit defẽ-
sum quacumque suspitione collusionis penitus
cessante, cum simus in materia suspecta propter
regressum euictionis, quod competeret contra
directum dominum. Pro cuius dilucidatione, &
probatione satis præualent coniecturæ, & præ-
14 sumptiones † cum collusio sit quædam latens,
& fraudolenta conuentio inter actorem, & reum,
quæ coniecturæ iudicis arbitrio remittuntur imo
vnica sufficeret Gl. in cap. audiuimus; extra de col-
lusion. detegend. vbi Abbas in rubr. late Cephal. cons.
759. numer. 1. 2. sequen. Fab. de Anna cons. 104.

Ma-

Mascard.de probation.conclusion.322.& 447. Garg.
Patroccin. 55. Menoch.lib.3.præsumption. 122.&
de arbitr. casu 35.num.3. Crnuct. cons. 997. Castil.
dec.89.num. 18.19. Seraphin. decis.763. num. 11.
Farinac.decis.40.num.4. in primis recollectis, & n.
5.Cnputaque decis.143.num.1. p.1.Cardin. Mantic.
decis.246.num.5. Alias directo dominus penitus
non noceret sententia per collusionem lata con-
tra emphyteutam vassallum, vel vsufructuarium;
15 sicuti nec lata sententia per collusionem † con-
tra legitimum cōtradictorem alijs nocet quibus
aliter nouisset *leg. si seruus plurium §. si hæredita-*
tis Iudex ff. delegat. 1. Cin. Bald. Alber in leg.in
genuum. Cod. de stat. homin. Abbas Imola, & Felin.
in c.cum super de re iudic. Fel.in c. cum Bertold. eodē
Doct.in l.præses C.de pign.Rom.cons.239.Cornel.cōs.
261.libr.4.Cels.Vgon.cons.120.n.20.& 70. Emil.
cons.6. Alciat.cons.44.lib.9.
16 Nec lata per collusionem† contra possessorem
maioratus nocet successori. *Mol.de primog.lib.4.c.*
8.num.7.8.Celsus Vgon. cons.120. num. 71. Gomes
l.Tauri 40. num.73. Alcins.cons.492.num.34.cons.
617.n.4.Pinel.in l.1.p.3.n.50.C.de bon.mater.Mar-
zar.de fideic.q.72.Otal or.de nobil. p.2. 3. p.princ.c.
8.num.7.cum sequent. Aluar Velasc.de iure emph.q.
10.nu.3. Sess.dec.163.n.14.15.vol.2. Francisc. Cal-
dus Pereira libr.1.quæst.Forens.quæst.23. num. 84.
17 vel lata contra hæredem scriptum,† quæ alias de
sui natura solet legatariis, & substitutis nocere, si
per collusionem lata sit eis ipso iure non nocet *l.*
si seruus plurium§.si hæreditatis Iudex.ff.de l.1. Bart.
in dict.l.1.§.1. cuius opinionem dixit communem
Iason.ibidem Couarru.pract.quæst.cap.13.in fine ca.
15.num.2.idem dicunt in l.si per lusorio §. vltimo,&
in l.absentia.ff.de appellation.& in l.qui repudiatis§.
vltim.ff.de inofficios.testam.& in l.si suspecta.ff. eod.
& magis in terminis. *est text.in l.præses.C.de pign.*
Pinell.in l.1.p.3.in.2.& 4.limitation.num. 50. C.de
bon. mater.Molin.de primog.lib.4.cap.8.sub numer.
10.Franciscus Caldas de Pereira in leg.si curatorem
in verbo prohiben. sub num.84.85.C.de integr. resti-
tution.late Peregrin.de fideicom.art.53.n.58.59.60.
& sequen. Menoch.cons. 312. numer. 15. cons. 501.
numer.9.Surd.de aliment.titol. 9.quæstion.42 num.
38. Dec. cons.306.Gomes leg.Tauri 40. numer. 73.
Gabr.cons.42.num.41.lib.2.Intrig.de substit.centur.
3.quæstion.73.numer.125.Honded.cons.28.num.4.
5.lib.1.Sesin decision.163.numer.14.15.Alciat.cōs.
492.numer.34.& consil.617.numer. 4. Marzar.de
fideicommiss.quæstion.72. in princip. Aluar. Velasc.
de iure emphiteut.qu.10.n.3. Pariter sententia lata
18 contra † debitorem de dominio pignoris licet so-
leat creditori scienti nocere *Couar.pract.q.c.13.n.*
7.Paris.cons.28.nu.16.17.18.libr.1.Scaccia de ap-
pellation.q.5.num.59.Lanar.cons.44.nu. 34.Menoc.
lib.3.præs.124.num.64.Rosental.de feud.c.9.memb.
1.concl.23.num.17.Negus.de pignor.3.memb.par.6.
num.81.
19 Nihilominus si per collusionem† fuerit lata ip-
so iure non nocet, & poterit creditor non resi-
stente in aliquo sententia hypothecam super pi-
gnore experiri *est tex.& Glos.in dicta l.præses.C.de*
pignor.quam ibi sequuntur Bart. Bal. Fulgos. Odoffred.
Salicet.& alij Negusan.de pignor.p.6.memb.3. num.
Ant. de Amat. P. II.

39.Dec.cons.74.Angel.in l.si per lusorio ff.de appell.
Io.Andr.Georg.alleg.36.n.3.
20 Per collusionem enim sententia lata † non ha-
betur pro sententia, nec meretur allegari, imo est
ipso iure nulla nec nocet cui alias circumscripta
collusione de iure noceret *l.cū non insto de collus.de-*
tegen. Glos.in cap audiuimus.& in cap.fin. eodem tit.
Celsus Hugon.cons.120.n.73.Grau. dec.143. Pereg.
cons.3.num.115.cons.24.num. 20.volum.1.Decian.
cons.11.numer.110.lib.1.cons.47.numer.70. lib.5.
Cephal.cons.759.Viu.dec.296.Gomes variar. resol.
libr.2.cap.1.num.26.Surd.cons.452.numer.78.libr.
3.& de alimen. titul.9.quæstion. 42.numer. 38.&
decision.74.num.14.Fab.de Anna.cons.104.numer.
19.22.Gargiar.patrocin. 55. Put. decision.118.n. 6.
libr.2.decis.336 libr.3.Farinac.quæst. 4.num.13.li-
mitation.3.& quæst.5.num.14.limit.5.& dec.40.n.
4. in primis recollectis Giurb.decision.91.numer.15.
Castil. decis.89.num.22.Serafin.decision.763.numer.
9.& dec.120.num.4.Sessa decision.5.nu. 6. Imo pu-
21 tarunt sententiam collusiue latam † neque ei
nocere contra quem lata est principaliter *ex Gui-*
do Papa consil.147.numer.5.vers.licet dictæ parses
Marzar.de fideicommiss.qu.72. Molin.de primogen.
l.4.cap.8.n. 8.Intrig.de substitution.centur.3. quæst.
73 numer.126.Fab.de Anna. consil.104. num.18.
libr.2.
Et non mediocris reputatur coniectura ad col-
22 lusionem detegendam si principalis † victus non
curauerit diligenter iura deducere, vel exhibere,
vel iuris etiam allegationes ommiserit *l. si seruus*
plurium.§.si quis ante ff. deleg.1.ibi vel minus plene
defendit causam Dec. cons.306. numer. 6. vers. &
cum de facili probari possit Caualc.dec.40.num. 22.
lib.3.Alciat.cons.492.n.34.vers.& dicitur collusiue
Garzia de nobilit.Gl.40.n.9. Greg. Lopes l.20. tit.
22.p. 3.gl.4.vers.quod forte Molin.de primog. lib.4.
c.8.n.9 Io.Andr.Georg.alleg.36.num. 5.Mastr.de-
cis.172.num. 26.Cephal. cons.709.num. 17.18. se-
quen.Velanzol.cons 60 numer.67.Farinac.decis.40.
n.3.in primis recollectis Intrig.de substit.censur.3.q.
73.num. 126.in fine Musa dec. 35.num.15.Menoch.
libr.5.præsumption.26. Francis.Caldas de Pereira
lib.1.quæst.forens.qu.23.n.84. Fab.de Anna cons.
23 *104.num.10.lib.2.* vel si sub colore † litis passus
fuerit vinci *Cuiac.in addition.ad Glos.in rubr.ff. de*
collus.detegen.Georg.allegat.36.num.3. Natta cons.
537.num.32 Seraphin.decis.763.num. 10. Farinac.
decis.40. num. 4.in fin. In primis recollectis Caldus
Pereira d.quæst.23.num.84. Idem in terminis no-
24 stris violēta insurgeret coniectura collusionis,† si
per conuentum dominus laudatus nō fuerit, qui
potuerat melius causam defendere magis de
iuribus instructus, vt sentit *Mastrill. decis.239.num.*
6.libr. 3.
25 Vel si non fuerit appellatum † *dicta leg.si seruus*
plurium Dec.cons.306. num.4. Alciat. Molin. Mastr.
dictis locis Menoch.cons.688.num 37.vol. 7. Caldus
Pereira dicto loco numer. 84 Perusin.decis.26. num.
24.Osasc.decis.38.num.6.& 56.Fab.de Anna cons.
104.n.10.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio altiorem requirens indaginem in fine causæ ad merita reseruantur secus in exceptione liquida quæ reseruari non potest alias processus esset nullus.*

2 *Sententia diffinitiua super meritis nulla est parte petente super exceptione reseruata proñũciatum non fit secus est parte ad id non instante.*

3 *Exceptiones altiorem requirẽtes indaginem, quæ dicantur Iudicis arbitrio remittitur.*

4 *Appellatio prohibetur in arbitrarij.*

5 *Appellari non potest a reseruatione exceptionis terminandæ in fine causæ Declara nisi esset exceptio ordinem Iudicij peruertens, n.6.*

Vel nisi esset exceptio liquida, & non reseruabilis numer.7.

8 *Exceptio in fine causæ reseruata non dicitur decisa, sed in fine causa reseruata decidenda.*

9 *Sententia an sit nulla si successiue super exceptione reseruata in fine causa, & super meritis pronunciatum fuerit, & num. seq.*

11 *Ab interloquutoris M.R.C. ob eius preminentiam non appellatur.*

12 *De ordine cognitionis est prius super incidenti ad causam meritorum præiuditiali pronuntiare, & inde super meritis, & num. 13.*

13 *Ordinis præposteratio in Iudicijs non potest reparari per appellationem a diffinitiua.*

14 *Appellari potest ab omni interloquutoria grauamen afferente quod per appellationem a diffinitiua reparari non potest.*

15 *Exceptio reseruata decidenda in fine causæ intelligitur scilicet tempore ferendæ sententiæ diffinitiuæ secus si reseruaretur ad merita processus.*

Processus redditur nullus si exceptio reseruata in fine causæ ad fauorem excipientis fuerit admissa n.15.

16 *Non est necesse separatim super incidenti pronunciare.*

ARGVMENTVM.

Sententia an sit nulla si successiue, & Paulo ante super exceptione reseruata in fine causæ, & super meritis pronunciatum fuerit.

RESOLVTIO. LXXX.

1 INtricata exceptio † de facto, vel Iure dubio altiorem requirens indaginem etiam peremptoria, vel in vim dilatoriæ in Iudicio opposita, ac impediens litis ingræssum in fine causę reseruari de Iure potest ne negotium principale proteietur, nec retardetur eiusdem processus, ac prædictam Iuris dispositionem in praxi in M.R.C. & Supremis Regni Nostri Tribunalibus passim receptam vidimus pronuntiando super exceptione opposita, quod audiatur, vel procedatur, & in fine causæ de omnibus habebitur ratio liquida tamẽ exceptio in prõptu probata ante litis ingressum terminanda est, nec in fine causæ posse reseruari vt si hodie constat, hodie agatur veluti etiam quęstio Iuris certi post omnes plena manu potuit *Giurb. dec.21. & nouissime Cast. dec.124. Canc. var. res. lib.3. c.17. n.21.22. Fab. de Anna cons.18. in fin. Trentacinq. vari. resol. lib.1. tit. de rescriptis, & priuileg. resol.5. sub n.25. Laderc. cons.123. sub n.5.* Quẽ-
2 admodum † firme, & de plano in Regno procedit prout pluries decisum seruatumque est sententiã diffinitiuam super meritis inde per Iudicem prolatam validam esse, esto quod super exceptione per iudicem in fine litis reseruata pronuntiatum non fuerit, cum videatur partium consensu, per processum adulteriora exceptionem reseruatam definitam esse, ac reiectam, cum debuerat pars opponere, cum seu Iudicem ad pronuntiationem diffinitiue deuenire, secus parte petente, & apud Iudicem instante, quod super quæstione reseruata exceptionis ante diffinitiuã pronuntiet, cum tunc nisi reseruata exceptione, per sententia prius terminata ad diffinitiue pronũtiationem Iudex deuenerit nulliter agit, ita *Triuis. plene dec.2. n.9. per tot. lib.1. Giurba d. dec.21.* Cæte-
3 rum cũ † prudenti Iudicãtis arbitrio remissum sit, quæ exceptiones altiorẽ dicantur requirere indaginem *Rom. cons.244. in fi. Bald. in l. ex falsis n.11. C. de transact. Menoch. de arbitr. casu 20. n.3. & de recuperand. posses. remed.1. q.21. nu.230. Vincent. de Anna Singul.605. Fel. in c exceptionem nu.24. de exception. Grat. disceptat. 170. num.4. Castill. decis. 124. num.10. vol.2. Tiraquell. in l. si vnquam glos. omnia, vel partem num 31. C. de reuocand. donation. Io. de Amic. cons.63. num.5. Asin. in praxi §.18. c.4. Camill. Borell. in summa decision. tit.48. de except. n. 118. tom.1 Soccin. cons.59. num.2. lib.3. Crauet. cons. 156. num.17. in fine Neuizan. cons.56. num.3. in fine Rota Roman. dec.57. num.3. p.2. diuersorum. Gabr. de excequution. rei iudicat. conclus.1. n.21. Caball.
4 cons.36. n.10. vol.2.* Sicut in † arbitrarijs prohibetur appellatio; quia Iudex Principi ob collatum sibi arbitrium æquiparatur *Menoch. de arbitr. qu.70. a num.7 ad nu.13. Crau. cos.78. nu.8. Gratian. discep.
5 170. n.6.* ita prohibetur † appellari a pronuntiatione, per quam fuit proposita exceptio altiorem requirens indaginem in fine litis reseruata *Alex. in l. ille a quo §. si de testamento num.5. ff. ad Trebell. Felin. in cap. cum contingat. nu.18. de officio delegati Milan. dec.3. nu.96. lib.1. Gratian. disceptat. 170. n.4.12. & 13. Mutaritu 137. num.21. Amatus dec. 15. nu.22. Anna Singular. 605. Torus in compendio decision. verb. appellari an possit. Pacian. de probation. libr.1. cap.58. nu.50.* qui secundum *Felin. supra* intelligendus est *Anton. Faber. C. de except. libr.8. tit.24. diffinit. 5. n.1. in alleg. Carp. ad statut. Mediolan. cap.23. num.112. Ruginel. de appellat. §.2. cap.3. nu.303. Scaecia de Iudic. lib.1. cap.102. num 2. & de appellation. libr.3. cap.2. qu.17. limit. 47. memb.1. numer.97. fol.746. Giurba. decision.21. numer. 3.4.5. Intrigliol. singul. 161. lib.2. & sin-
6 gul.35. lib.1.* vbi n.2. declarat nisi † fuisset exceptio præiudicialis ordinem Iudicii peruertens: puta in competentiæ Iudicis, vel huiusmodi, quia

tunc

tunc non obstante reseruatione Iurium prædi-
cta Iure optimo poterit appellari *ex Alexand. in*
dicto §. si testamento sub n.5. Aret.cons.7. col.1. Fe-
lin. in cap.exceptionem na.24. de exception. & in d.
cap.cum contingat sub na.18. Gratian.discepta.170.
n.1. & 2. Ruginell. de appellation.§.2. cap.3. nu.303.
7 *in fine*, vel nisi † liquidam, claram, & non reserua-
bilem exceptionē de iure Iudex reseruasset; quia
reseruando diceretur grauasse. *Gratian. disceptat.*
170. n.3. Felin. in dicto cap.exceptionem n.24. ver-
sic. secundus casus de exception. & in cap. cum con-
tingat sub n.18. de officio delegati. Pacian. dicto num.
50. qui secundum *Felinum* quem allegat debet in-
telligi *Rugginel. dicto cap.3. num.303. in fine*, ac
8 etiam † potissimum ad id firmandum omnes ve-
rius mouentur, adde negandam appellationem:
quia, non dicitur adhuc finaliter decisus articu-
lus, sed reseruatus decidendus in fine causæ *In-*
trig. dicto singul.161. lib.2. Milan. decis.3. n.96. lib.1.
Giurb. decis. 21. n.5. Carpan. ad statut. Mediolan. c.
23. num.112. Castrens. cons.237. nu.3. lib.2. Can-
cer. var. resol. lib.3. cap.17. de senten. & earum exe-
quution. n.538. & 539.

Consequutiuè ad præmissa aliud incidit dubiū
9 in materia reseruatæ exceptionis, † finge aduer-
sus actoris petitionem exceptionem in Iudicio
per reum appositam esse, quam veluti altiorem
requirentem indaginem ambagibus iuris, vel fa-
cti innodatam, vel saltem dubiam Iudex in fine
causæ reseruauerit, in qua de ea rationem habē-
dam dixerit, si Reus instaret, & peteret super ex-
ceptione reseruata ante diffinitiuam sententiam
interloqui per Iudicem debere, & Iudex conse-
quutiuè simul, & semel, tam super exceptione
quam super meritis diffinitiue pronuntiet, stante
interloquutoria paulo ante super exceptione la-
ta, vt nostri Iudices pronuntiare solent, nempe si
super exceptione pronuntiatum sit, audiatur, vel
procedatur in causa, & inde consequutiue super
causa meritorum fuerit dictum stante interlo-
quutoria paulo ante lata absoluatur, vel con-
demnetur: an sententia super meritis lata nulla
dicatur.

10 Et videretur † nulliter Iudicem super meritis
pronuntiasse, stante exceptione per reum appo-
sita reseruata in fine causæ super qua fuit petitū
interloqui *ex Triaisan. dictu decis.2. lib.1.* nec pro-
dest dicta pronuntiatio super exceptione reserua-
ta in fine causæ; quia ea statim pro lata est quo
terminatur causa meritorum, & non distinctæ,
cum spacio temporis; ita vt de ea potuisset suc-
cumbens appellationem petere coram superio-
re quando ab interloquutoria ipsa competeret
11 appellatio † secus in M.R.C. ob cuius præminē-
tiam ab eius interloquutoriis non appellatur. *Pe-*
tr. de Gregor. de Iudic.caus.feud.q.48. num.2. Cu-
12 *mi. Rit.139. nu.8.* quemadmodum de ordine † co-
gnitionis esset prius, & distinctè cum spatio tem-
poris ad appellandum, pronuntiare super exce-
ptione reseruata, & præiudiciali ad causam me-
ritorum. & postea causam meritorum diffinitiuè
terminare *iuxta notata in l.2. & per tot. C. de ordi-*
ne cognition. & in l.1. C. de appellat. Bero.cons.34. n.
6. lib.3. multum enim refert ac reo exceptionem
proponente expedit, ita distinctè super articulo
pronuntiari, quia de emergente præiudiciali, &
de negotio principali simul tractari non posse vi-
13 detur, quod esset † confundere, & inordinare, ac
complicare iudicium, & processum; quæ confu-
sio, & inordinatio non potest reparari per appel-
lationem à diffinitiua *Becti. consil.31. sub num.2.*
Bald. in authen. habita num.38. vers. quæro nunquid
C. ne filius pro patre. Scaccia de appellation. lib.3. c.2.
q.17. limita.47. membr.1. nu.98. & limita.6. mem-
br.7. n.113. fol.590. Tusch. conclus.526. litt.S. n.12.
14 *Bero.cons.34. sub num.8. lib.3.* Et ideo † appellari
potest ab omni Interloquutoria afferente graua-
men, quod per appellationem à diffinitiua repa-
rari non potest *Becti. dicto cons.31. n.2.*

15 Contrarium tamen † hac in re statuendum di-
co: prout de facto Consultus quandoque respon-
di, & secūdum istam opinionem, quam veriorem
existimo, passim in Regno seruatur, vt valide su-
per exceptione reseruata, & meritorum causa si-
mul, & semel, ac consequutiuè per Iudicem pro-
nunciari possit. Nam dum in fine causæ, & Iudi-
cij per Iudicem reseruatur exceptio terminanda
intelligitur scilicet tempore ferendæ sententiæ di-
finitiuæ (licet aliter esset si reseruaret ad merita
processus; quia tunc facta publicatione in causa
primus actus qui deberet expediri parte petente
deberet cognosci, & determinari vtrum exceptio
reseruata obstet vel non) si quidem quando reser-
uat in fine causæ; tunc in fine discutiuntur, & ter-
minantur dictæ exceptiones simul cum causa me-
ritorum, quia si tunc legitimè obstent, totus pro-
cessus nullus redderetur vt post omnes firmat *Giur.*
dicta decis.21. n.6. reseruare enim exceptiones nō
est aliud nisi reseruare effectum ipsarum. *Ita Af-*
flict. in constitut. Exceptiones filiationis n.8. lib.2. ru-
br.22. Hippol. de Marsil. singul.365. Menoch. consil.
488. num.15. lib.5. Vincent. de Anna singular.605.
fuit dubitatum Thorus in Compendio decision. verbo
appellari an possit. Cancer. var. resol. lib.3. cap.17. de
senten. & earum exequutio. num.538. Bero.cons.34.
na.7.8. & sequen. & cons.91. sub na.17. libr.3. Card.
Tusch. conclus.379. litt.E. nu.7. & conclus.526. litt.
S. nu.6.7. vbi de constitutione Bononiæ id dispo-
nente, quam Sanctam, & rationabilem vocat ad
16 dirimendas lites, quia † non est necesse pronun-
tiare separatim super incidenti, vel emergenti ne
detur appellatio, & infinitum Iudicium trahatur.
Bero. consil.34. num.8. lib.3. versic. sed quando ex-
ceptio. Rota Romana apud Ludouisi. decis.470. num.
10. Asini. in praxi. §.18. c.2. Facchin. controuer. Iu-
ris lib.1. c.43. vers. prima conclusio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tribuens exequutionem instrumento inter-*
pretationem sumit ex l. final. C. de edict. diui. Adri.
tollend.
2 *Instrumentum cancellatum nō habet exequutionem*
paratam ex forma ritus, & n.8.
3 *Cancellatio tollit prorsus robur instrumento.*
4 *Cancellatio restringitur ad causam, & personā pro-*
pter quam facta fuit, & quo ad alia habetur pro
non factu.

5 *De*

5 *De causa legitima cancellationis constare debet.*

6 *Cancellare est lineam super instrumento per transuersum ducere in modum Crucis.*

7 *Cancellatio instrumenti fieri potest per actum separatum cum verbis cancellationem importantibus.*

9 *Cancellatio nulla tàm ratione potestatis cancellantis quam ex errore Notarij, vel ratione in legitimitatis causæ cancellationis non impedit exequutionem instrumenti.*

10 *Nullitatis promptuariè replicatio admittitur etiam in exequtiuis.*

Limita nisi altiorem requirat indaginem n. 14.

11 *Census relutio an fieri possit à manu solius vsufructuarij vel proprietarij.*

12 *De validitate cancellationis dum dubitatur impeditur instrumenti exequutio donec declaretur cancellationis nullitas.*

13 *Pendente iudicio super viribus cancellationis instrumenti supersedendum est in eius exequutione.*

15 *Exceptio dicitur requirere altiorem indaginem tàm si dubium in facto quam in iure habeat.*

16 *Exequutio denegatur instrumento aliquo modo offuscato.*

17 *Census an possit redimi a manu hæredis granati.*

18 *Redimens censum bullarem a manu hæredis granati non liberatur si testatoris dispositio quod sors in alios redditus reinuestiatur fuerit redituali debitori notificata.*

Idem si ad instantiam substituti fuerit debitori census id intimatum. n. 19.

An sufficiat scientia debitoris. n. 20.

Idem si a creditore hoc onus impositum sit debitori census a principio contractus n. 21.

22 *Hypotheca non datur pro consumptis in bonis hæredis grauati sed personalem, & quando.*

23 *Hypoteca non datur contra bona hæredis indiscreti.*

24 *Exequutio an, & quando deneganda sit instrumento, vulnerato per sententiam Amplia n. 25.*

Decla. n. 26. 27. 28.

ARGVMENTVM.

Si de validitate oppositæ cancellationis instrumenti dubitatur an eiusdem concedenda sit exequutio ad intellectum Ritus 101.

RESOLVTIO LXXXI.

1 STatutum tribuens † executionem instrumento cum passiuam interpretationem sumat à dispositione *l. final. C. edicto Diui Adriani tollend. vt ibi notat Iason. n. 5. Curt. Iun nu. 6. Zuccard. nu. 324. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. num. 706. Rebuff. de liter. obligator. art. 2. Glos. 1. nu. 58. Galles ad formã Cameral. obligation. p. 3. q. 1. nu. 1. Asin. de exequut. §. 1. cap. 23. sub num. 2. 3. Cumia Rit. 6. n. 110. Mut. Rit. 101. num. 62. ex Bussell. ad statuta Parmæ tit. de modo procedendi col. 1. fol. 54. Boniorn. in dicto Ritu 101. Camil. Borell. in summa decis. tit. 19. num. 66. vol. 2. & Bartol. in l. emptor. §. Lucius n. 4. & Paulus de Castro n. 5. ff. de pactis Viui. decis. 45. nu. 5. Ma-*
2 *str. decis. 47. nu. 3. decis. 72. num. 1. 2. num. 161.* Ideo
executio conceditur † instrumento si non sit abo-
letum cancellatum vel in aliqua sui parte viciatũ
merito *Ritus noster* 101. Tali instrumento cancella-
to exequutionẽ denegat *ex Zuccard. d. loco n. 326. Surd. cons. 16. cons. 263. num. 12. & sequent. Podius super Rit. 101. qui allegat Barthol. in l. 1. §. final. ff. de his quæ in testam. delen. Bald. in l. 1. n. 12. C. vt in poss. eatur Asin. dicto loco Mastrill. decis. 47. & 72. num. 2. Suarez in l. post rem iudicatam amplia. 6 ff. de re iudicat. Sforz. de restit. in integrum q. 93. num. 27. Marant. de iudic. par. 6. tit. & producantur scripturæ nu. 11. Giurb. decis. 79. n. 24. Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 3. nu. 23. Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 42. num. 52. 53. volum. 1. Rebuff. de liter. obligator. art. 1. Gloss. 1. num. 58. Cum. Rit. 6. num. 110.*
3 *111.* Et † ita ex cancellatione tollitur prorsus cã-
cellati actus dispositio, & instrumentum cancel-
latum non probat, & quia per cancellationem
deficit originalis scriptura, quæ rem faciebat no-
toriam, & cessante notorio quod erat causa exe-
quutionis tanto magis cessat quoque exequutio
l. si præses in verbo circunduxerit C. quomodo, & quando Iudex Decian. consil. 91. nu. 16. lib. 3. Surd. consil. 16 nu. 2. Sforz. de restitution. in integrum q. 93. nu. 27. Moroc. cons. 69. nu 7. Bertazol. cons. 535. nu. 7. 8. Crauett. cons. 288. n. 4. Zuccard. in l. final. n. 288. C. de edit. diui. Adria. tollend. ea tamen can-
4 cellatio † ad causam vel personam propter quam
facta fuit restringitur, & quo ad alia pro non fa-
cta habetur *Barthol. per illum textum in l. cancellauerat, & ibi Angel. Imol. Roman. & reliqui ff. de his qui in testamen. delentur Passett. cons. 108. nu. 1. Cumia Rit. 6. num. 111. Gratian. discept. 336. nu. 32. 33. Surd. consil. 16. nu. 15. & sequen. Philipp. de Paternione Rizari. & scribentes communiter super dicto Ritu Intrigliol. singul. 197. libr. 2. Cardin. Tusch. conclus. 21. liter. C. num. 3. Rota Roman. apud Fari-*
5 *nac. decis. 713. num. 3. par. 1. tom. 2.* Hinc † de cau-
sa legitima cancellationis constare debere dixit
Mascard. conclus. 162. num. 14. 25. 32. & concl. 256. num. 4. 5. de probation. Farinac. q. 103. n. 105. Grass. exception. 13. n. 24. 25. sequen. ad nu. 33. Viui. decisi. 17. nu. 7. Baiard. ad Clar. §. homicidium n. 249. in fin.
6 Et † licet cancellare sit lineam super instrumento
per transuersum ducere, in modum Crucis vt de-
clarat, *Gloss. in l. si quis libertatem in verbo inducere ff. de petition. hæreditat. quam sequitur Barthol. in l. 1. §. 1. & in l. cancellauerat num. 3. ff. de his quæ in testamen. delent. Alexand. cons. 14. num. 9. volum. 6. Iason in l. si vnus nu. 1. C. de testament. per Surd. cons.*
7 *16. nu. 1. Ponte. cons. 46. num. 9. lib. 2.* Non † pro-
hibetur tamen huiusmodi cancellatio per actum
separatum fieri cum verbis cancellationem in-
strumenti operantibus, quæ idem important ac
si realis cancellatio interuenisset. *ad textum in leg. emptor §. Lucius vbi Bart. nu. 4 Castrens. num. 5. ff. de pactis* non enim tam attenditur cancellatio ipsa
quam virtus, & causa cancellationis. *Bald. consil. 336. & cons. 402. lib. 2. Marsil. in rubr. ff. de fideiussori nu. 116. Asin. de execution. fol. 151. nu. 6. Surd. cons. 16. per tot. Carroc. sing. 234. Cardinal. Tusch.*

con-

conclus.20. litt. C. numer. 3. 5. Ponte late cons.46. num.9.10.& sequen. & num.18 19.sequen. libro 2. eamque cancellationem ex dictis impediri exequutionem instrumenti censuit Magna Regia Curia pro Augustino Riualora patrocinante Protonotario Xibecca.

Difficultas est quando cancellationi aliquid obiicitur, vel ratione potestatis cancellantis, vel ex errore Notarii, vel ratione causæ cancellationis, in quo crederem posse tres casus considerari

8 Primus † quando cancellatio est, euidenter legitima; & non dubitatur instrumentum exequendum non esse ex dictis sup.n.2.

9 Secundus quando † non dubitatur cancellationem esse in legitimam, vel ratione potestatis cancellantis vel ex errore Notarii, vel ratione in legitimitatis causæ cancellationis, vel aliter, & tunc nec dubitatur exequendum esse instrumentum cum cancellationes inualide instrumenti vigorem non derogent, & actus nullus, nullum operatur iuris effectum, nec præstat impedimentum, quia nomen actus non meretur. Surd. decision. 5. & 51. ita Bald.& Salycet. in l.præses. C. quomodo, & quando Iudex, & in l.seriuearios, C de testament. militis. Hypolit. consil.38. num.9. consil.45. num.8. consil. 110. nu. 12. & in rubric. de fideiussor. nu. 106. Bartol. in l.cancellauerat ff. de his, quæ in testamen. delen. Bald. consil.402. lib.1. consil.330. lib.2. cons. 305. lib.4. Iason. in l.final. nu.5.& Zuccard.n. 337. C.de edict. diui. Adrian. tollend. Surd.consil.16. Afin. de exequution.§.1. cap.39.num.6. Cumia Rit. 6. nu.110.111. 112. Boniorn. Rit.101. vbi Io. Philip. de Paternione. Menoch. de arbitrar. lib.1. q.90.num. 24. cons.60. num.24. & lib.3.præsumpt. 141. nu.6. Farinac. quæst. 103.n.106. Baiard ad Clar §.homicidiũ nu.249. Moron.de tregua,& pace qu.106.in fine. Burg de laudim.p.3. inspect.40. n. 143. Mastrill. decis.47. num.8. decis.72.nu.7. Graff. exceptio. 13. a nu.24.sequen. Gratian. disceptat.593.num.16.lib. 3.& disceptat.699. nu.1.lib.4. Camill. Borel.in sum. decis.tit.19. nu.70.vol.2. Intrigliol. Singul. 197.li. 2. Viui. decis.45. n.2.3. Morla in emporio iuris titul. 11. de fide instrumentorum q.9.sub num.8. Bertazol. cons.411. Decian. cons.91.num. 16.libr.3. Cardinal. Tusch. conclus.22.nu.29. litt.C. Polidor. Rip. obseruation. 341.nu.6. & replicando tunc tollitur can-
10 cellatio tamquam nulla nam, † & in executiuis admittitur nullitatis promptuariè, & notoriæ replicatio Paris. cons.95. colum. penult. & final. libr. 1. Alexand. consil.59. num.14.15. lib.4. Socin.cõs. 18. nu.31. lib.1. Intrigliol. decis.2. Neuizan. consi.85. num.12. Honded.cons.23.n.46.lib.1. Mut.decis.33. num.29. alios affert Giurba decis.69. nu.16. & ita fuit iudicatũ in Magna Regia Curia, Anno 1584. inter Franciscum Contrera, & Ioannem Bonetta, & in Tribunali Sancti Officii, inter Don Ioãnem Largaria contra Baronem Guderani. Eadem ra-
11 tione † videmus sperni cancellationem, & suppressionem redditualis cẽsus per vsufructuatium solum, vel solum proprietarium factam secundũ magis tutam sententiam tamquam à persona in legitima executionem paratam remanendo contractui censuali Caguol. in l.2. C. de pactis inter emptor. & venditor. nu.329. Tiraquell. de retract.conuention. § 1. Gloss.6.n.26. Foller. super bulla in verbo instrumentum gratiæ n.35.36. per text. in l.vxori meæ ff.de vsufructu legato Alexan. in l. diuortio §. si fundum col.pen.ff. solut. matrimon.& in l.acta nu.9. C.de re iudicat. Felician. de censib. libr.4. cap. vnico nu.7. Cumia Ritu 6. num.112.113. Mastrill. dec.47. n.7.& ad Petr. de Gregor. de censib. q. 5. num. 298. Surd. consil.26.num.9. & sequen. & consil.162. nu. 14. Fontanell. de pact. dotal. claus.4. Gloss.18. par.5. à num.5. & sequen. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.4. tit.32.nu.36. addentes ad Intrigliol. de censib. q.71. litt. A. & si ab ista dissentiant. Sessa decis.63. lib.1. & alij per Giurb. decis.79. nu.39. Roder. de ann.reddit.lib.2.q.15.n.84. de stricto iure aliter sentientes.

12 Tertius casus quando † cancellatio dubitationem continet si legitima sit vel ne cuius discussio altiorem requireret indaginem tunc donec non est declarata cancellationis nullitas instrumentum exequi posse non videtur. Paul. de Castro in l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollend. nu.6. Salicet. in l.si vnus in fine. C. de testamen. Barthol. in l. 1. §. final ff.de his, quæ in testamen. delentur. Bald. in l.1. nu 12. C. vti possidetis, & in l.penult.nu.13.de fideicommiss. Iason. in l.si vnus num.6. C. de testam. Cumia Rit.6.nu.111. Mut. Rit.101. num.62. Francisc. de Podio in Ritu 101. vbi quod prius sit escutiendum de cancellatione eiusque validitate. Afin.de execution.§.1. cap.33.sub nu.1. & 2. Mastrill.decis. 72. sub num.2. & numer.7. in fine Intrigliol.singul. 197. libr. 2. Burg. de Laudi. part.3. inspection.40. num. 142. Viui. decisio.17.& decis.45. Surd. consil. 16. Menoch. lib.3.præsump.141. Ripa respons.5. de appellat.

13 Hinc pendente † iudicio super viribus cancellationis supersedendum esse in exequutione instrumenti dixit Bertrand. consi.43. lib.1. per Lancellott. de attentat.p.2.cap.5.n.9. post Magon. in Lucensibus quem allegat.

14 Nec eo casu † replicando de cancellationis nullitate in summarijssimo executiuo iudicio cognosci potest, cum ea clara non sit, sed altiorem requirat indaginem Rebuff. ad Regias constitu.tit. de mater possess. art.7. Glos.1.nu.14.15. Soccin.cons. 59. lib.3. Seraph. decis.1107. num.4. Couarru. pract. q.cap.7. num.4. vers.non. Molina de primog. lib.3. ca. 13. num.15. per Cassanat. cons.9. num.66. Afin. in praxi §.18. c.4. Burg. de Laudimio p. 3. inspect. 40. num.275. in modernis additionibus eiusdem Muscatell. in praxi ciuil. p.4. Gloss. iudicate numer.15. per
15 Giurb. decis.69. num.19. Et † non minus altiorem diceretur requirere indaginem, si in facto quam in iure dubia exceptio, quam explicatio esset. Surd. consil.99. nu.10. consil.352. nu.10. Alexand. consil.165. colum. penult. in fin. volum. 2. Capyc. decis.10. nu.19.20. Cauaguol. ad decret. Montis Ferrati 6.§.10. num.16. Put.decis.233.lib.3. Triuisan. decis.2. nu.2. Muscatell.in prax. ciuil.p.5. Glossa reseruatis num.21.22. Franc. decision. 289. nu.5. Castill. decision.124. nu.8.9.& sequen. lib.2. Et instru-
16 mentum guarentigiatum † aliquo modo offuscatum non meretur executionem. Intrigliol. singul. 36. lib.3. post Lancellot. de attentat. part.3. cap.12. limit.9. num.7. Blanc. de compromiss. quæst.4. versi.

causa

*causa ex instrumento guarentigiato circa finem. Bald.
in l.2. C. de exequution. rei iudicat. & in l.1. ff. de le-
gat. 2. Lanfranc. de arbitr. part. vltim. q. 59. Borrell.
in summ. decis. tit. 19. num. 183. vol 2. Socein. cons. 4.
n. 3. vol. 1. Galles. ad formam Camer. oblig. p. 2. 3. par-
tis principalis n. 8. Surd. dec. 27. n. 5. Rota in vna Ro-
man. de trinciis. 16. Februarij 1615. coram Baratto
per Farinac. decis. 648. in fine p. 2. to. 4.*

In terminis posterioris casus sæpius fuit dubi-
17 tatum, nunquid † in exequutione instrumenti cē-
sualis per hæredem grauatum recipiendo debi-
tum, vel sortem redditus, cancellati, superseden-
dum sit, cum in reiectiuo iudicio de cancellatio-
ne opponitur, & de inualiditate eiusdem ex cau-
sa potestatis cancellantis replicatur: quia pun-
ctus tunc reputabatur dubius in iure, sed hodie
terminatur expressè quod sic, quidquid alii sen-
serint, *& est text. in l. ante restitutam ff. de solut.* per
quem text. fuit obtentum pro Vrbe Panhormi
contra V.I.D. Io. Baptistam lo Iudice, seu Don-
nam Dorotheam eius vxorem petentem exequu-
tionem contractus subiugatorii initi per Syndi-
cum vrbis cancellatum per Don Marianum eius
auum, quem cancellare non posse dicebatur præ-
textu quod erat heres grauatus fideicommisso,
& hanc opinionem expressè tenent. *Rodr. de ann.
reddit. q. 15. nu. 87. lib. 2. Intrigliol. de censib. qu. 71.
num. 5. & additionator. ibi litt. C. qui latius firmat
latè Bimi. cons. 123. libr. 2. Fontanell. de pact. dotal.
clausul. 4. Gloss. 18. p. 5. num. 2. sequen. vol. 1. Sess. de-
cis. 30. lib. 1. & de inhibitionibus c. 4. § 8. num. 4. Ca-
sanat. cons. 7. & cons. 9.* Ex quibus patet quod vrbs
in alia causa cum Barone Solanti, in qua succu-
buit, quam refert *Mastrill. decis. 47. sequendo Feli-
cian. de censibus lib. 4. c. 1. nu. 4. 5. idem Cancer. libr.
2. variar. resolut. c. 6. num. 106.* fuerit male defen-
sa, & nullus prædictorum fuit allegatus Doctor,
nec fit mentio textus *in d. l. ante restitutam*, qui est
punctualis; merito apparet, quam rectius in hoc
puncto senserit. *Giurb. decis. 79.*

Minus in dicta causa Vrbis cum Barone Solan-
ti adductum fuit, imputandum esse testatori, qui
fidei hæredis totam commisit hæreditatis restitu-
tionem in quibuscunque bonis consistat, vt est de
natura fideicommissi.

Itaque ad euitandam fideicommissi euersionē,
ne ad manus grauati hæredis sors peruenta con-
18 sumi contingat, † testatores in testamentis solēt
dare formam eius redditualibus debitoribus, vt
in banco, vel tabula depositari debeat sors cum
onere reinuestiendi sortem in alios redditus se-
cuta reluitione, si id censuali debitori intimatum
fuerit iudicis præcepto: quo fit vt ita seruari de-
beat per debitorem reddituualem sortem soluen-
tem: alias non liberatur. *Rodriquez de ann. reddit.
quæst. 15. a nu. 59. Mastrill. decis. 143. nu. 10. & seq.
num. 13. per Giurb. decis. 79. n. 45. in fine.* Idemque
19 † per reddituualem debitorem seruandum erit, si
à substituto iudicis auctoritate intimatus fuerit.
20 *ad text. in l. 3. C. de nouationibus* cum † tunc, nec
21 simplex sufficeret scientia debitoris, vel † si à
principio a Creditore onus reinuestiendi sortem
in alios redditus in casu reluitionis debitori cen-
sus iniunctum sit; quia si per debitorem alias li-
bere redemptio fieret nulla redderetur; cum po-
tuerit actum a sui principio qualificare, quod nec
hoc pactum est impeditiuum liberè redimendi fa-
cultatis. *Amat. decis. 50. n. 33. Sessa decis. 30. n. 26.
Gratian. discept. 45. per tot. Giur. decis. 79. n. 46.*

Nec videatur inconueniens quod isto modo si
hæres grauatus, qui sortem recepit non est sol-
uendo, substitutus remaneat deceptus, nam di-
22 co plus esse de iure dispositum videlicet † pro
consumptis non dari contra hæredis grauati bo-
na hypothecaria: sed tantum personalem, nisi he-
res sub hypotheca præstiterit de legatis præstan-
dis. *Peregr. de fideicommiss. art. 40. nu. 14. Anchar.
Regens. p. 1. q. 3. Petr. de fideicommiss. q. 10. nu. 33.
Decian. cons. 49. nu. 63. lib. 2. Cephal. cons. 385. num.
29. Alciat. cons. 30. lib. 9. Vincent. de Franch. decis.
23 627. lib. 4.* sicut nec contra † hæredem indiscretū
hypotheca in propriis bonis sed tantum persona-
lis datur *Andreas Georg. allegat. 41. nu. 13. & sequ.
Surd. cons. 191. n. 25. lib. 2. Aretin. in §. 1. nu. 10. in-
stit. delegatis Negusan. de pignor. 4. membr. secundæ
partis n. 159.* sibi ideo imputet testator, qui hære-
ditatem fidei talis hæredis committit futuris casi-
bus non prouidendo.

Cæterum cum nedum cancellatione radicitus
annihiletur instrumentum, cuius exequutio stan-
te cancellatione prædicta, denegatur. Sed quan-
doque instrumentum de iure guarentigiatum, vel
exequutionem paratam habens ex Ritus forma
iudicis sententia vulneretur.

24 Euenit proindè de facto dubitari, † an huius-
modi instrumento annullato rescisso, vel aliter iu-
dicis sententia vulnerato deneganda sit exequu-
tio, In quo dicendum est, denegandam esse exe-
quutionem si vulnerans sententia in iudicatum
transierit; quia tunc lætaliter dicitur vulneratum
instrumentum, cum sententia faciat (vt dici as-
suetum est) de albo nigrum *Gonzal. super regul. 8.
Cancellariæ glos. 6. nu. 202. & sequen. Rota Roman.
diuersor. decis. 132. in princip. & num. 1. lib. 2. Car-
din. Serafin. decis. 674. nu. 2. Rota Romana apud Co-
cinum decis. 78. Giurb. decis. 100. sub num. 34. Sylue-
ster Zacchiæ in addition. ad Anton. Massam. Gallesi.
de obligat. cameral. q. 37. num. 16. 17. Rota Roman.
decis. 73. num. 2. deci. 74. nu. 1. decis. 45. n. 1. dec. 58.
nu. 2. decis. 95. num. 1 decis. 76. nu. 2. in impress. post
Gallesium in dicto tract. de obligat. cameral. Honded
consil. 17. n. 45. vol. 2. Gratian. discept. 667. n. 21.*

25 Quod ampliatur † etiam si per compromissū,
& laudum inde sequutum fuerit vulneratum in-
strumentum. *Rota Roman. decis. 149. num. 3. in im-
press. post Galles. in dicto tractat. & Zacchia dicto lo-
co num. 18. 19.*

26 Intelligas tamen, quando † sententia ipsum in-
strumentum principaliter vulnerasset. non autem
si super exequutione, seu reuocatione mandati
exequutiui prolata sit, quia dicta sententia non
vulnerat instrumētum ipsum; sed solum manda-
tum exequutiuum, *ita Dominis de Rota distinguen-
tibus refert decisum Cocinus dicta decis. 78. n. 11. in
fine. Rota Roman. diuersor. dicta decis. 132. num. 11.
in fine par. 2. Marchesan. de commission. par. 1. de cō-
mission. appella. a camer. obliga. c. 16. num 19. Scac-
cia de appellation. libr. 3. cap. 2 quæst. 17. limitat. 9.
num.*

num. 58. vers. Subextende. Rota Roman. decis. 95. n. 7. in impress. post Gallesium de oblig. cameral.

27 Si vero † sententia prædicta instrumentum vulnerans non tantè ostenderetur nulla, posset de nullitate ista replicari in exequutione instrumenti, nam quod nullum est nullum de iure operatur effectum; secus si non ita in promptu de nullitate doceretur. ex dictis supra numer. 10. & 14. vel sententia esset iniusta. Coccin. dicta decis. 78. nisi ex euidenti iniustitia notoria nullitas resultaret. Quod notorium nulli subsit controuersiæ, vel altiori indagini. Coccin. dict. decis. 78. Rota Roman. decis. 45. nu. 5. Coram R. P. D. Corduba Beneuentana pecuniaria veneris. 15. Iunij 1599. & decis. 95. nu. 3. in impress. post Galles. de obligatio. Cameral.

28 At si fuerit † suspensus effectus vulnerationis resultans ex sententia ipsa vulnerante, per appellationem suspensiuam, ab eadem petitam, vel per aliud suspensiuum remedium aduersus eam propositum; quia vulnus remanet per appellationẽ, & suspensiuum remedium in pendenti, donec tollatur per contrariam sententiam, vel lætale efficiatur confirmatione posterioris sententiæ, interim non impeditur exequutio instrumenti, cum ad impediendum instrumenti exequutionem, lætale requiratur vulnus illatum per sententiam transactam in rem iudicatam. vt superius firmatum est, ita ex Hondedeo cons. 17. nu. 45. lib. 2. dixit Gratian. discept. 667. nu. 21. & discept. 796. nu. 39. 40. 41. Giurb. decis. 100. n. 34. in fine. Cesar de Graff. decis. 4. de caus. possession. & proprietat. Caputaque. decis. 321. p. 1. Ludouisi. decis. 313. n. 4. Licet contrarium senserit. Rota Romana coram. R. P. D. Licta in Romana census Lunæ. 5. Iunij 1600. in impres. post Galles. de obligat. cameral. decis. 96. nu. 3. 4. nempe quod appellatione pendente a sententia vulnerante interim non possit exequutiuè procedi. idemque sentit Scaccia. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 17. limita. 9. sub nu. 58. versic. subextende. vbi fortius ait, quod si fuerit lata sententia vulnerans instrumentum, & succumbens appellet, & fuerit prolata sententia reuocatoria sententiæ vulnerantis, si ab ista reuocatoria fuerit appellatum, suspenditur exequutio instrumenti: quia vulnus semper remanet, licet in pendenti. sed a Contraria superius relata sententia non puto recedendum, cum vere ex appellationis remedio suspendatur vulnerationis effectus, & non est inconueniẽs, quod exequutio inde per confirmatoriam sententiam vulnerantis sententiæ retractetur, & secundũ prędicta censuit M. R. C. inter Don Ferdinandum de bono, & Sancta Columba, & Illustrem Don Arnaldum Santa Columba Comitem Isnelli.

SVMMARIVM.

1 *Contractus metu gestus mero iure valet, donec via sua fuerit rescissus.*
2 *De rescissione ex causa metus an possit excipiendo obijci aduersus instrumentum. n. 3. 4. 5. 6. & 7.*
3 *Metus exceptio a statuto omnes exceptiones prohibente non censetur reiecta.*
5 *In actu ipso iure nullo non est opus oppositione partis: quia ius ipse opponit.*
8 *Protestatio metum passim ante actum an eum nullum ipso iure reddat.*
9 *Protestatio Clandestina de metu an actum nullum ipso iure redat.*
Quid si palam ex eadem causa metus fieri non posit. num. 10.
Quid in præiudicium tertij, qui metum non intulit. num. 11.
12 *Metus an annullet matrimonium ipso iure.*
13 *Professio an reddatur nulla ex causa metus.*
14 *Procuratoris constitutio ad matrimonium contrahendum meticulosa nulla redditur.*
15 *Dotis contractus, vel distractus ex causa metus nullus redditur ipso iure.*
16 *Metus an testamentum ipso iure irritum reddat.*
17 *Vis, & coactio nullitatem actus ipso iure induceit.*
18 *Metus ipso iure irritat actum iurisdictionem eollantem.*
19 *Metus irritat Procuratoris constitutionem.*
20 *Sententia metu lata an sit ipso iure nulla.*
21 *Carcerati contractus fauore detinentis est nullus ipso iure.*

ARGVMENTVM.

De metu aduersus instrumenti exequutionem an possit excipi quatenus ad rescisionis remedium tendit.

RESOLVTIO. LXXXII.



Exceptio metus an aduersus exequutionem instrumenti admittatur (loquor citra pactum de non opponendo, & sic de causa exequutiua oppositoria) videtur quod non, ea ratione † quia cōtractus per metum gestus regulariter non est nullus: 1 sed mero iure tenet, proinde instrumentum exequi posse videtur, donec via sua per sententiam non est rescisus Menoch. consil. 2. num. 170. 220. 242. lib. 1. & de arbitrar. casu 135. in princip. Honded. consil. 23. a. 7. lib. 1. Burgi. de laudimi. q. 47. lib. 2. tom. 4. commu. opinion. loco 12. tit. 20. cap. 1. Marant. disput. 6. nu. 8. 9. 10. 11. licet nu. 33. dissentiat quam disputationem transcribit. Grammat. consil. 95. Castill. decis. 63. num. 2. & 3. Bursat. cons. 72. num. 21. Surd. cons. 37. n. 19. Hyppol. Rimin. cons. 15. nu. 7. Seraph. de iuramen. priuil. 110. Monter. decis. Aragon. 45. nu. 13. Rota Roman. decis. 5. de reauntiatio. in nouis, & apud Cardinal. Serafin. decis. 773. nu. 18. Trentacin. var. resolut. lib. 1. tit. de his quæ vi, metusue causa fiunt resolut. 1. nu. 1. & sequen. Ceuall. commun. contra commun. q. 825. nu. 27. Gaspar. Thesaur. quæst. forens. 51. num. 13. lib. 1. Barbos. in 4. p. rubr. ff. solut. matrimon. num. 28. Sanchez de matrimon. li. 4. disput. 8. num. 4. Gregor. Lopez l. 56. verbo desecho. tit. 5. part. 5. Gomez. var. resolut. lib. 3. c. 4. n. 1. cas. 6. Hieron. Fernand. de Otero. diuers iuris quæst. p. 2. q. 40. Pereira de Castro decis. Portugall. 30. nu. 10. Paul. Emil. Gall. de exception. tit. 1. exceptio. 2. par. 1.

*par.1. num.63. 64 Padill. in l. interpositas. num.4.C.
de transaction. Addictio.ad Mohedan.decis.32.alias
3. de renuntiation. litt.B. Cardin.Tusch.conclus.221.
litt.M. Fontanell. de pactis dotal. claus.7.Gloss.2.p.
5.vol 2. nu.2.3.4. & p.6. nu.54. Molinus de pactis
in matrimon. contrahen. lib. 2. differen.17. nu.4. Ber-
tazol. cons.75. nu.29. in ciuil. Intrigliol. singul.62.n.
1.lib.3. Velanzol. cons.29. nu.64. Asini. in praxi §.
31.c 3. limit.4. amplia.22.n.1.*

2 Hinc de † rescissione ex causa metus aduersus
instrumentum dici non posse ante sententiam e-
iusdem instrumēti meticulosi rescissoriam firma-
runt *Castill. decis.63. & Fontanell. de pactis dotal.
claus.7.Glos.2.p.5.volu.2. n.2.3.4.*

3 Contrarium passim tenent Doctores, nempè †
exceptionem metus aduersus exequutionem in-
strumenti opponi posse. Imò nec à statuto omnes
reiiciente exceptiones exclusam censeri *dicunt
Alexan. in additione magna ad Bartol. in l. 1.§. &
parui ff. quod vi aut clam. Menoch. præsum.48.num.
17. lib.2. Asin. in praxi §.31.c.36. Carpan. ad statu.
Mediolan.c.42.n.180. Bursat. cons.72. nu.19. & se-
quen. lib.1. aliquos refert Crass. de exception. cap.11.
num 1.8. & 60. Felin. in cap. ex parte il 2.nu.12. de
officio delegat. Dec. ibid.n.7. limit.11. Marant. dispu.
6.nu.33.* quicquid dixerit *nu.8. & sequent.* quem
sequitur *Grammat. cons. 95. Canar. de exequution.
instrumen.q.12. in fine. Rebuff. in constitu. Galliæ tit.
de liter. obligator. art.1. Glos.9. num.4. & 35. Ber-
nard. Pandin. super Ritu Neapol.p.5.declaratio.22.
qui imprimitur post Frezam de instrument. Burg. de
Laudimio p.2.inspect.47. n.7. in addition.*

In puncto Iuris hæc secunda opinio verior vi-
4 detur, quæ vltra prædictos † fundatur ex aperto
textu *l. metum.9.§. sed quod prætor ait ff. de eo quod
metus causa Honded. cons.23. nu.7. lib.1. Seraph. de
iuramen. priuil.110. num.1.2. idemque ex iure Regni
Aragon. dicit Monter. decis.45. nu. 14.* de rescisso-
rio quoque remedio excipiendo dici posse firmat.
Bald. cons.67. nu.3. lib.3. ex quo textu pro rescisio-
ne actus per metum gesti datur non solum actio,
sed exceptio; sic ergo de rescissione contractus
meticulosi excipiendo dici posse euidetur, & si
Contrariam opinionem praxim approbasse
scimus.

Quidnam putarunt in facti contingentia non
5 posse de metu excipi in causa oppositoria † cum
exceptio validitatem actus meto iure supponat:
quia alias si esset nullus non esset necessaria op-
positio; quia in his satis ius ipse opponit *ex Cra-
uett. cons.322. sub nu.4. vers. in qua re. Seraph. de
Iurament. priuil 110. nu.3.* Sed certe solum esset vi-
dendum, si ex statuto, vel pacto sit hæc exceptio
metus reiecta ad certus exequutionem instrumē-
ti. prout in casu *Angeli de Perusio cons.234.* Sed
si non est reiecta ex vi statuti, vtique opponi posse
videtur clarum ex prædictis.

6 Declinatur itaque † quod opponitur contra-
ctum metu gestum mere iure valere, donec via
sua per sententiam rescindatur. Nam hoc fateor,
sed dico non esse necessarium quod per viā actio-
nis rescindatur ordinario iudicio: quia sufficit,
quod excipiendo dicatur de metu, vt contractus
rescindatur *ex d.§. sed quod prætor.*

Præterea si opus esset rescissione per viā actio-
7 nis, vtique † falsa esset communis cōclusio, quod
exceptio metus possit aduersus exequutionem
instrumenti opponi; quæ tamen communis, & ve-
ra est. Ideo *Grass. dicta except. 11.* non videtur gu-
stasse, quæ dixit *n.1. 8. & 60.* si non concilietur
ex dictis.

Et hæc in casibus, in quibus metus contractum
ipso iure non annullat, posita sunt, sed in casibus
in quibus ob metum gestum est ipso iure nullum,
non cadit difficultas, quod possit in iudicio dicta
exceptio metus dici *ex Bartoli Doctrina in leg. filio
præterito n.24. ff. de iniusto rupt. & irrito testament.*
quia cessat prædicta colorata obiectio.

8 Veluti † si Protestatio metum passi meticulo-
sum actum præcedat, quæ cum ab initio consen-
sum remoueat actum ipso iure nullum redit: *leg.
qui aliena §. final. ff. de acquir. hæredit. Surd. consil.
37. num.20. cons.356. num.21. cons.513. nu.26. 29.
Ruin. cons.121. n.5. li.4. Castrens. in dicto §. final. n.4.
Gabr. cons.149. n.93. lib.2. Menoch. consil.1153.
nu.39. lib.12. Honded. cons.23. nu.21.22.23. lib.1.
Fontanell. de pact. dotal. claus.7. gloss.2. par.6. n.55.
56. volu.2. Paul. Emil. Gall. de exception. tit.1. exce-
ption.2. p.1. nu.92. ad finem. Mohedan. decis.3. de
renuntiation. alias 32. Cardin. Seraph. decis 859. n.
4. & sequent.*

9 Protestationem † prædictam clandestinam nō
sufficere, cum quis palam posuit de vi, aut metu
si quis suberat protestari, *ex l. si maior. C. de tran-
saction. & l. metum C. de his, quæ metus caus. dix. t. Fa-
ber. C. de eo quod metus causa lib.2. tit. 8. defin.7. nu.
1. Couarru. in 4. decret. 2.p c.2. nu. 3. Nauarr. in Ma-
nual. c.22. n.78. Ceuall. commun. contr. commun. qu.
825. nu.31. Gratian. discept.524. nu.33.34. Cancer.
var. resol. lib.2. c.1. nu.28. Roger. cons.35. num.70.
Seraph. de iuramen. priuil.110. num.17. Paul. Emil.
Gallus de except. tit.1. except. 2.p.1. num.96.* à qui-
bus dissentire videtur *Honded. dicto consil.23. num.
22. libro 1.*

10 Nisi Palam † ex probabili causa puta reueren-
tiæ, vel timoris personæ metum inconstantem vi-
rum, vel reuerentiale intulentis protestatio hu-
iusmodi fieri nequeat *argument. l. penul. ff. de furt.
Anto. Faber. C de eo quod metus causa lib.2. tit.8. de-
fin.7. num.2. Crass. exception.11. nu.72. Paul. Emil.
Gall. de except. tit.1. except.2. par.1. nu.97. Ceuall.
commun. contr. commun. q.825. nu.18 19.20. & 55.
Seraph. de iuramen. priuil.110. nu. 17. Molin. de pa-
ctis in matrimon. contra. lib.2. differen.17. num. 36.
Cancer. var. resol. lib.3. cap 15. de renuntiation. sub
n.244. & c.1. de action. & obligation. nu.107. 108.
Bardellon. cons.160. nu.17. volu.2. Peregr. cons.53.
n.23.24. lib.1. Honded. cons.29. n.53. lib.1.*

11 Vel nisi † clandestine facta protestatione de
metu aduersus tertium, qui metum non intulit
obiiciatur, cui non obesse quo ad nullitatē actus;
nè quique ex ea protestatione ignorans circum-
ueniretur latè *Anton. Faber. dicta diffin. 7. per tot.
num.3.4.5. Crauett. Deci. Marzar. & Passet. per Ca-
still. decis.63 num.4.5. Plenius Trentacin. var. resol.
lib.1. tit. de his, quæ vi metusue causa resolut. 1. sub n.
40. vers. secundus casus, & vers. hac conclusio proce-
dit Ceuall. commun. contr. commun. q.825. num.22.*

Flamin.

Flamin. Parif. de resignation. benefici libr. 13.*qu.*1. *n.*197.*Intrigliol. singul.*62.*num.*3.4. *lib.*3. *Iacob.de Lauren. de iudice suspecto c.*15.*sub n.*188. & 191.

12 Matrimonium † quoque metu contractum ipso iure irritari in quo maxima contrahentium libertas desideratur. *cap. cum locum vbi Gloss.* & *Abbas num.*2.*de sponsal. Monter. decis.*45. *num.*9. & *sub num.*12. *Farinac.decis.*643.*par.*1.*tom.*2. *Cenall. commun. contr. commun. quæst.*604. *num.*6.& *sequent.* & *quæst.*825. *num.*42.43. & *sequent. Anton. Rossell.consil.*43.*num.*4.5. *inter consil.matrimonial. Ledesma de matrimon. quæst.*47. *art.* 3. *Rodriquez in summa cap.*129. *num.*4. *Nauarr. in manual. cap.*22. *num.*78. *in fine. Veracrux in specul.coniug. art.*8.*fol.*49. *Couarr. de sponsal.*2. *par.cap.*3.§.5. *num.*1. *Cardinal. Tusch. conclus.*221. *num.*8. & 17.18. & *sequent.litter.M. Molin. de pactis in matrimo.contrahent. lib.*2. *different.*17. *num.* 5. & *sequent. Sanchez de matrimon.lib.*4. *disputat.*12.*num.*16.17. & 18. *Triusan. decisio.*63. *Alexand.cons.*156.*num.*3. *lib.*5. *Monald. consil.*13.*num.*1.*lib.*1. *Cornei. consil.* 41.*lib.*2. *Nauarr. consil.*3.*num.*1.2. 3. *de his, quæ vi lib.*1. *Hyppol.Rimin.cons.*15.*num.*8. *lib.*2.*Grat.consil.*39.*num.*8.*lib.*2.*Rebuff. consil.*115.*num.*17. *Turrett. cons.*28.*num.*1. *Neuizan.cons.*46. *nu.*1.& 37. *Boer.cons.*70.*num.*43. *Bursat.consil.*72.*nu.*27. *Ponte cons.*44. *num.*10. *lib.*1.*Ricci in praxi fori. Ecclesiastic. decisio.*253.*num.*1.& *sequent. Pascal. de viribus patr. potestat. part.*3. *cap.* 2. *numer.*1. & *sequ. per tot. Laderch. consil.*17. *num.*1 *Surd.cons.*37. *sub num.*20. & *cons.*356. *Graff. exception.*11. *num.*61. 62. *Intrigliol. singul.*62. *num.*5. *libr.*3. *Genuens. in pract. Archiepiscopal. Neapolitan. cap.* 14. *num.*3.

13 & *cap.*105. *per tot.* Quid † in Professione, & matrimonio spirituali meticuloso. *Puteo.decis.*262.*libro* 3.*Grattian. disceptat.*108.*num.*53. 54. *Ponte consil.*11.*lib.*2. *Oteruf quæst. Iuris par.*1.*quæst.*18.*Sanchez de matrimon. lib.*4. *disputat.*6.*quæsit.*2. *numer.* 17. & *sequent. Pascal. dicto tract. de viribus patr. potesta.dicto cap.*2. *num.*49 50.*Graff. exception.*11. *num.*23.24.& *sequent. Menoch.cons.*917.*lib.*10.*Intrigliol. singul.*62. *num.*6. *lib.*3. Procuratoris quo-

14 que † constitutionem meticulosam ad matrimonium contrahendum nullam ipso iure dixit. *Sanchez de matrimon. lib.*4.*disput.*12. *num.* 22. Metus

15 † hinc annullat ipso iure dotis contractum, vel distractum. *leg. si mulier §. si dos ff. quod metus causa vbi Bald. Alberic.* & *Fulgos.Sanches de matrim. lib.*4. *disputat.*12. *Barbos. in Rubr.ff.solut. matrimo. part.*4. *num.*28.30. 31. *Tom.*4. *commun. opin. cap.* 1. *loco* 12. *tit.*20. *Intrigliol. singul.* 62. *num.*7. *libr.* 3. *Hieronym. Fernand. de Otero.diuer. iur.quæst.*40. *part.*2. *num.*3.& 11. *Grammat. decis.*103.*num.* 68. 69. *Gloss. in cap.*2. *verbo coactus de his, quæ vi vbi Hostiens. ad finem. Butr. num.*8. *Ancharan.numer.*3. *Cardinal. quæst.*1. *casu* 2. *Abbas numer.* 9. *Gloss. in leg.*1. *verbo non valet ff. de auctor. tutor. Castrens. in leg.*1. *num.*1. *Cod. de rescinden. venditione. Iason. in leg.Titia num.*6.*ff. de verbor. obligation.Gregor. Lopes l.fina.tit.*11. *p.*3.*Gloss. in verbo. prometeße. Anton.Padill. in l.interpositas nu.*7.*C.de transact.Bald. Nouell. de dote p.*6.*priuil.*39.*nu.*1. *Angel. Sylnestri.* & *Tabiena per Sanchez dicta disput.*12.*n.*23.*Iacob. de Lauren. de Iudice suspecto c.*15.*sub n.*188.

16 Testamentum † pariter ex metu reddi nullum *Seraph.decis.*336.*Cardin.Tusch.litt.M. conclus.*221. *num.*19.*Cartar. decis.*103.*n.*3. *Afflict.decis.*69. *Decian.cons.*65.*n.*3.4 *lib.*2.*Menoc. de arbitr.casu*495. *centur.*5. & *cons.*1139.*num.*11.*lib.*12.*Franc.decis.* 180.*Surd.cons.*356.*Fachin. controuer.iuris libr.*10. *c.*15. licet ipse contradicat.

17 Vis etiam, † & coactio violenta actus nullitatem inducit *Velazol. cons.*74.*n.*43. *Seraph.de immun.priuil.*110.*nu.*18.*Cardinal. Tusch.conclus.*221. *n.*39. *litt.M.*

18 Vel vbi agitur † de iurisdictione conferenda, quæ per metum est ipso iure nulla. *l.*2.*ff. de iudic. Roland. cons.*2.*n.*85.*lib.*1 *Mandell.cons.*318.*n.*2.3. *lib.*2. *Velanzol. cons.*74.*num.*42. 43. *Abbas consil.* 3. *in* 6. *quæst.vers. videntur etiam lib.*2.*Cardin.Tu-*

19 *sch.conclus.*221.*n.*20. 21. *litter.M.* Procuratoris † etiam constitutio meticulosa nulla ipso iure redditur *Hostiens.Io.Andr. Abbas n.*18. *in ca.*2.*de his,*

20 *quæ vi metusue causa.* Quid † in sententia metu lata an sit nulla ipso iure *Vant.de nullitat. ex defect. process.nu.*142. *Intrigliol.Singul.*62.*nu* 8.*libr.*3.*Car-*

21 *roc.exception.*45.Item contractus † a carcerato in carceribus pro detemptore facto est nullus ipso iure vt probat tex. *in l.qui in carcerem ff.de eo quod metus causa, ibi nullius momenti* quod nullitatem actus ipso iure importat. *Card. cons.*137.*Natta cõs.* 451.*n.*25.*Roland.cons.*2. *n.*82.& *sequen. lib.*1.*cons.* 57.*nu.*46.& *sequen.lib.*3.*Farinac.q.*35.*n.*3.4. *Surd. cons.* 513.*nu.*30. *vol.*4. Alios casus ponit *Gloss.* & *Abbas in dicto cap.*2. *de his, quæ vi metusue. Vital. de clausul. metus versic. superest.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus substinens matrimonij onera fructus dotalium lucratur.*

2 *Maritus est dominus fructuum bonorum dotalium ita vt deductis familiæ necessarijs, de reliquis ad libitum disponere potest.*

3 *Maritus costante matrimonio potest in fructibus dotem deteriorem facere.*

4 *Creditores mariti liberè petere possunt satisfieri super fructibus bonorum dotalium deductis necessarijs expensis pro substẽtatione onerum matrimonij.*

5 *Fily soluto matrimonio pro concurrente quantitate alimentorum possunt impedire creditores patris petentes satisfactionem super fructibus bonorum dotalium matris.*

6 *Iure dotales currunt pro marito soluto matrimonio super existentibus filys ex eo.*

7 *Creditores mariti an super fructibus dotis restitute in eo quod superest deductis alimentis familiæ possit petere satisfieri,* & *n.*8.14. 19.20.

9 *Vergentia viri ad inopiam vt sit locus dotis restitutioni an sit plenè probanda,* & *n.*10.

11 *Restitutio dotium, quæ fit costante matrimonio ex vergentia viri ad inopiam est vera restitutio cum translationem dominij restitutorum in vxorem maximè stantibus clausulis dominij translatius num.*12.

13 *Fructus bonorum restitutorum pro dotibus costante matrimonio in vxorem transeunt cum onere substentationis familiæ.*

Ant. de Amat.P. II. L 15 *Fru-*

15 *Fructuum ratio a dominij pendet ratione.*
16 *Vergentia ad inopiam viri eiusdem assertione non probatur in creditorum praeiudicium.*
17 *Dotium restitutio costante matrimonio sine causa facta est ipso iure nulla.*
18 *Restitutio dotis costante matrimonio facta an sit assecuratio, & sequestratio in manibus vxoris.*
21 *Creditores communes viri, & vxoris an super fructibus dotalium possint petere satisfieri de eorum creditis.*

ARGVMENTVM.

Creditoribus Mariti an super fructibus dotalium rerum quatenus debitam quantitatem onerum matrimonij excedant possit esse Consultum.

RESOLVTIO LXXXIII.

1 RETENTA conclusione maritum † substinentem onera matrimonii fructus dotis luctari, fundata in dispositione *leg. pro oneribus, Cod. de iure dotium, & in l. dotis fructus ff. eodem. Anton. Faber. Cod. de iure dotium lib. 5. titul. 7. diffinition. 38. num 6. in allegatis, & num. 10. Vincen. de Franch, decis. 617. num. 2. in fine lib. 4. Surd. de aliment. titul. prim. quaest. 35. numer. 4. Lupus in capit. per vestras in prim. notabil. §. 20. num. 1. 2. de vsur. Corduba de alimentis. §. si quis ex his nu. 269. Gratian. decis. 194. num. 14. Muños de Escobar. de ratiocin. cap. 18. num. 40. Ludouisi. decision. 80. nu 4. 5. Monter. decision. 17. num. 61. sequent. & numer. 64. sequent. Molin. de contract. disputat. 432. num. 3. seq. Mantica de tacitis, & ambiguis libr. 12. tit. 8. num. 18. Cabedo. decision. 1 6. Gabr. Pereira de Castro in decision. supremi Senatus Portugall. 86. nu. 2. Camill. de laratha consil. 68. num. 17. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 6. gloss. 2. part. 1. a numer. 1.*
2 *sequent. & num. 5. & sequent.* & indubitatum † fructus dotis dominum dici vt deductis ex eisquibus commodè familiam substineat de alhis ad libitum disponat, *Molin. de contract. disputatio. 423. num, 5. disputatio. 432. num, 4. & sequent. Molfesius consil. 1 1. num. 38. impress. post. tors. 1. super cõsuetudine Neapolit. Fontanell. de pactis dotal. clausul. 6. gloss. 2. part, 2. num 1 2. 3. Mantic. decisi. 123. Camill. de laratha consil. 68. a num. 17. sequent. & num. 25. Giurba in consuetud. Messan. cap. 16. Glossa*
3 *2. num. 13.* proinde † in fructibus praedictis dotis, maritus pro tempore constantis matrimonii, quia sui sunt potest conditionem deteriorem facere *Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 31. num. 13. 14. & 59. Anton. Faber. Cod. de pact. conuen. lib. 5. titul. 9. diffinition. 2. Fontanell. dicta clausul. 6. Gloss. 2. part. 2. num. 5.* licet dotis conditio non possit in substantia fieri deterior. *leg. attilicinus 17. ff. de pactis dotal.*

4 Propositi articuli resolutio ita † pro fructibus dotium eisque poenes virum existentibus costante matrimonio est affirmatiuè concludenda, quod vtriquè executio in dictis fructibus fieri valeat ad Creditorum petitionem aduersus oberatum maritum nisi quando ad fructus dotis vxoris exequendos deuenitur, & non remaneret marito vnde aliàs substineat matrimonij onera, propter quę dos datur; quia tunc pro concurrente onerum quantitate super fructibus praedictis nullatenus Creditoribus viri Consultum esse potest *Gama. decisi. 200. Flores diaz demena. in addition. ad Gamam decisio. 188. Anton. Faber Cod. de iure dotium lib. 5. titul. 7. definition. 38. versi. Quia, licet ad maritum, & definition. 39. in princip. Alexand. in l. a diuo Pio. §. in venditione numer. 27. ff. de re indicat. Iason numer. 19. 20. Barbos. in leg. si costante in principio numer. 47. ff. solut. matrimon. per Fontanellam de pactis dotal. clausul. 6. glos. 2. part. 2. num. 6. volum. 2. Ricci. collectan. 386. ad textum, in leg. vbi adhuc Cod. de iure dotium* in quo defrandaretur mulier, & defraudaretur familia si creditores omnes fructus dotis caperent pro propriorum Creditorum satisfactione, eamque rationem adducunt. *Alexand. & Iason locis praedictis.*
5 Et ne dum vxor, sed si adessent filij † ipsos quoque soluto matrimonio posse impedire fructuum praedictorum distractionem pro eorum interesse, quatenus ad alimentorum debitorum quantitatem concurrunt ex fructibus maternae dotis dicendum est, cum matrimonii onera ne dum viri, & vxoris substentationem concernant, sed etiam filiorum *Paleott. de nothis & spurijs quaest. 51. in fine Gail, lib. 2, obseruat. 92. nu. 7. Surd. de aliment. titul. 7. qu. 18. num. 23. Franch. decis. 283. numer. 14.*
6 Quo fit quod, & si dissolutum † sit matrimonium morte vxoris filiis superexistentibus, vsure dotales ad Commodum mariti currant cum matrimonii onera adhuc dicantur durare, & ad eos alendos adhuc pater astringeretur. *Bero. consilio. 140. num. 10. volum 2. Caualcan. decis. 24. numero 23. part. 2. decis. 26. num. 25. part. 3. decis. 22. num. 18. part. 5. Surd. de aliment. titul. 7. quaest. 18. num. 23. sequent. Manent. de Contract. liuell. quaest. 1. pacto 15. num. 18 Fontanell. de pactis dotal. clausul. 6. Glossa 2. part. 2. num. 28. volum. 2. Rota Romana coram Pamphilio Senogallien. dotis 26. Iunij 1606. relata per Gratianum Disceptat. 427. num. 3. per doctrinam Bartoli in leg. post dotem colum. 6. num. 29. quaest. 5. ff. solut. matrimon. Roman. consil. 517. nu. 2. per Textum in leg. dotem 16. ff. de Castrens. pecul. Cumia ritu 94. num. 22. Cardin. Tusch. Conclus. 741. num. 111. 112. 118. litter. D.* Et si ab ista recesserit. *Gratian. disceptation. 427. lib. 3.* quasi non ita Consistere matrimonii onera in alendis filiis, quam vxore ipsa alenda videatur. *post Ioannem de Anania, Ruynum, Palatios Rubios, & alios per Gratianum adductos. Costa de ratione rate qu. 51. in princ. versic. secunda est.*

Maior tamen oritur difficultas casu quo †
7 dotes ipsae paenes maritum non permaneant; sed propter viri vergentiam vxori sit facta restitutio. an si quid remaneat de fructibus dotis, quod vltra necessarium ad supportanda onera matrimonii sit, id in beneficium Creditorum viri cedat

cedat ita vt possint super eis satisfieri, in quo videtur affirmatiuè respondendum *cum Bartolo in l. si costante num.* 104. *ff. solut. matrimon. Alexand. ibid. col. penult. versic. item in quantum Bartol. hic Claud. de Seisello col. penult. versic. circa septimam quæstionem quam communem dicit Lancellott. Deci. ibid. colum. penult. versic. in quantum postea in septima quæstione. Bald. Nouell. num.* 30. *Campeg. de dote sub rubric. de exactione dotis quæst.* 61. *Vincent. de Franchis decis.* 617. *lib.* 4. *Barbos. in l. si Costante in principio num.* 47. *ff. soluto matrimon. Papiens. in forma libelli ad dot. Gloss. vxor. num.* 30. *Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 11. *titul.* 30. *nu.* 25. *Bald. Nouell. de dote priuileg.* 47. *part.* 7. *versic. quid etiam si dicta bona. Magon. decis.* 125. *numer.* 6. *Gratian. decis.* 194. *Anton. Faber. C. de iure dotium lib.* 5. *titul.* 7. *diffinition.* 38. *Molfes. in consuetudin. Neapolit. part.* 6. *de iure dotium quæst.* 5. *nu.* 31. *& consil.* 11. *num.* 42. 43. *ibidem in fine impresso. Giurb. decision.* 16. *nu.* 18. *Lupus in cap. per vestras in primo notabil. §.* 20. *n.* 1. 2. *Corduba de aliment. §. si quis ex his num.* 269. *Surd. de alimentis titul.* 1. *q.* 35. *nu.* 5. *& quæst.* 36. *num.* 12. 13. *Fontanell. de pactis nuptial. clausul.* 6. *gloss.* 2. *part.* 2. *num.* 20. *volum.* 2. *Castagn. de beneficia deducto ne egeat quæst.* 1. *nu.* 75. 76. 77. *& sequent.*

Præcipuum vero huius articuli posterioris fundamentum credo potius consistere in videndo; quando ex huiusmodi restitutione ob vergẽtiam viri magis mulierem assecuratam de dotibus, quam eis restitutis verè cum dominii translatione in vxorem diceretur, vt pateat quatenus sustineri possent dicta per allegatos doctores, etenim etsi appareat opinionem *Bartoli* Iuribus rationibus, & auctoritatibus fulciri non desunt, qui de eius opinione rationabiliter dubitent nisi distinctis terminis vtraque opinio recipiatur.

8 Proinde in casu, quo † dos verè, & ex causa vera vergentiæ ad inopiam viri vxori fit restitutio tunc, & si fructus pro onerum matrimonii substentatione expendi, & conuerti debeant vt dicam, ex quo ex ea fit vt vere dotium dominiũ in vxorem transferatur: quamuis de fructibus impletis oneribus superfit marito, nec eius creditoribus, applicabuntur; sed ad commodum vxoris remanere habent: quibus terminis retentis *Crotus in repetition. dicta leg. si constante in secunda lectura colum.* 4. disputando articulum ad partes dicit opinionem contra *Bartolum* esse veriorem *Imola in dicta l. si constante* super dicta septima quæstione *Bartoli* ponendo quæstionem etiam respectu Creditorum contra *Bartolum* allegat Textum expressum *in l. vbi adhuc in versiculo abutitur C. de iure dotium* propterea cogitandum relinquit. similiter cogitandum dixit *Roman. nu* 42. ibidem plenè articulo discusso, & contra *Bartolum* fortissimè stringere textum *in dicta l. vbi adhuc versi. abutitur* igitur ex dictis ancipites remanent super dicto articulo *Imola, & Roman.* vbi etiam aduertit. *Claudius de Seisello.*

Comprobatur opinio Croti pluribus fundamenti, & in specie: quia in casibus, quibus transfertur dominium in vxorem ex restitutione facta ob vergentiam iuxta dicta per *Bartolum in dicta l. si costante in quæst.* 2. *part.* 4. per consequens fructus sunt vxoris; nempè si ex vera causa vergentiæ viri ad inopiam, vel dilapidationis fiat restitutio

9 dotis, ea probata, † licet sufficiat minus plenè probari, quando contra virum ageretur iuxta opinionem, *Bartol. in dicta l. si constante Mascard. de probation. conclus.* 575. *Farinac. decis.* 292. *numer.* 1. *part.* 1. *tom.* 1. *Maran. disputat.* 82. *Morla in empor. iuris titul.* 12. *quæst.* 12. *num.* 6. *Gomes. leg. Taur.* 50. *num.* 33. *Molin. de contract. disputat.* 429. *num.* 3. *Perusina decis.* 22. *Cardin. Tusch. litt. D. conclusio.* 762. *num.* 39. 45. *Castagn. de beneficio deducto, ne egeat quæst. prim. num.* 125. At si contra

10 † tertios rerum mariti possessores ageretur plenè esset inopia probanda *Benintend. decision.* 68. *Giurb. in consuetud. Messan. capit.* 13. *gloss.* 3. *nu.* 11. *Carpan. ad statut. Mediolanens. cap.* 451. *num.* 9. *par. prim. Morla dicto num.* 6. *Mascard. dicta conclusio.* 575. *num.* 2. *Tusch. dicta conclus.* 762. *num.* 37. 44. *Hering. de fideiussoribus cap.* 6. *num.* 184. *Ricci. collectan.* 142. *Castagn. dicta quæst.* 1. *num.* 125. vbi plenè differit qualiter vergentia viri probanda sit. vt etiam dixit *Virgil. de legitimation. personæ, cap.* 17.

11 *num.* 28. Quia † tunc vera, & propria est dotis restitutio, quæ a marito verè ad inopiam vergente vxori fit, vel vti ea restitutio, quæ soluto matrimonio ierit, & vxorem dominium, & possessionem retum, quas pro dote ex vergentia Costante matrimonio vir restituit, habere dicitur. *Roman. cons.* 392. *vbi Mandosius comprobat Roger. cõsil.* 38. *num.* 101. *sequent. lib.* 1. *Aponte consil.* 123. *libr.* 2. *Menoch. cons.* 229. *num.* 15. *consil.* 1124. *nu.* 25. *Natta cons.* 81. *Viui. decis.* 538. *nu.* 11. 15. *Thesaur. lib.* 2. *quæst. foreus.* 65. *num.* 9 *Imola cons.* 100. *Milanens. decis.* 7. *nu.* 65. *lib.* 1. *Castill. decis.* 24. *Virgilius de legitimation. person. cap.* 17. *num.* 29. *Comens. cons.* 39. *num.* 3. *Bursat. cons.* 120. *num.* 15. 35. 37. *Sola ad decretum Blanc. tit. de feud. part.* 2. *glos. prima nu.* 7. *Iason in l. si Costante num.* 191. *Seisell. num.* 45. *Oradin. num.* 100. *Monte Sperello Ripa nu.* 95. 96. vbi refert decisum, *& in rubric. eiusdem tituli nu.* 27. *Deci. cons.* 43. *nu.* 2. 3. *& cons.* 45. *num.* 2. *Freza de sub feud. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 8. *Carrot. de sequestro part.* 1. *quæst.* 5. *num.* 2. 3. *Palati. Rubios. in cap per vestras num.* 31. *de donation. inter virum, & vxorem. Maluasi. cons.* 13. *num.* 1. 36. *Cardin. Tusch. conclus.* 761. *num.* 18. *litt. D. Castagn. de beneficio deduct. ne egeat quæst.* 1. *a num.* 120. *cum sequent. Giurb. decis.* 16. *num.* 6. 9. *& per totam, & in consuet.*

12 *Messan. cap.* 13. *gloss.* 3. *sub num.* 27. Idque † magis procedit stantibus Clausulis translationem dominii in vxorem operantibus. nempè dimisit, transtulit, consignauit, relaxauit, dedit, cessit, restituit in integram dotis, & dotarii satisfactionem clausula ad habendam, & similibus *latè Giurbà decis.* 24. *n.* 19. 20. 21. *& sequent.*

13 Et licet in vxorem † non liberè, tunc fructus transeant, sed cum onere substentationis familię, & onerum matrimonij. *ad textum in l. vbi adhuc. C. de iure dotium Gratian. decis.* 194. *nu.* 4. 18. *Ancharan. cons.* 119. *num.* 6. *Barbos. in leg. si costante in princip. sub num.* 8. *&* 46. *ff. soluto matrimon. Fabi. de Anna consil.* 69. *n.* 5. *Surd. de aliment. titul. prim. quæst.* 36. *num.* 6. 12. *& titul.* 7. *quæst.* 25. *nu.* 18. 19.

Masull. ad Capyec. decis. 46. sub num. 4. Alex. cons. 142. nu. 13. volu. 5. Gozadin. cons. 42. num. 14. Frãch. decis. 54. n. 2. 3. Munnos de Escobar. de ratiocin. lib. 2. computa. 18. num. 12. Amat. decision. 43. sub num. 6. bene Ponte consil. 123. sub n. 1. lib. 2. Marta voto 36. num. 13. Magon. decis. 125. in Florentin. n. 5. Anton. Faber. Cod. de iure dotium lib. 5. tit. 7. definition. 39. non ideo proponendum eorum dominium ad vxorem non spectare, eiusque commodo cedere, etiam quoad superfluam quantitatem vltra matrimonii substentationis pondera: veluti, & ipsarum restituturarum rerum quoque transiuit dominium *Ponte cons. 123. num. 5. in fine lib. 2.* & Imperator in *dicta l. vbi adhuc vbi Glossa in verbo abutitur* vere permittit eo casu fructus in totum posse consumi pro alimentis, vt splendide coniuges viuere possent.

Vera enim ratio qua *Bartolus*, & communiter
14 *Doctores* eum insequuti moti sunt est: quia † fructus bonorum pro dote, & vergentia mariti vxori restitutorum Costante matrimonio ad maritum pertineant, & non ad vxorem, quæ ratio nõ procedit, quando verè facta est restitutio, ex qua trãsfertur dominium dotium in vxorem, & per consequens earum fructus ad vxorem pertinent, quãuis ad alẽdum familiam, & ad eum effectum erogandi sint, sed dicta ratio militat in assecuratione, ex qua dominium non transfertur restitutorum bonorum in vxorem ob vergentiam viri: sed tantum super eis assecuratur mulier, vt infra dicam, & dominium bonorum per consequens penes maritum remanet, & fructus cum insequun-
15 tur veluti dominum, quia † fructuum ratio à ratione dominii pendet. *Vasquez de succession. progress. lib. 3. §. 27. n. 22. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 20. de legatis n. 20. Monter. decis. 17. sub nu. 63. Griuellus decis. 145. num. 13. Gratian. disceptation. 712. n. 11.* Vnde quod vltra substentationem onerum matrimonij excedit marito, eiusque Creditoribus restituitur.

Quando vero dotium restitutio fit a marito ob assertam vergentiam non veram, vel non proba-
16 ram, cum assertio viri † ad vergentiam non sufficiat probandam maximè in Creditorum præiudicium. *C. in Alberic. Salicet. in l. vbi adhuc. Cod de iure dotium* cum potius in creditorum fraudem excogitata censeatur. *Cornazan. decis. 95. num. 2. Surd decis. 256. num. 10. Morla in empor. iur. tit. 12. q. 12. num. 6. Hering. de fideiussor. cap. 6 nu. 184. Milanens. decis. 7. nu. 67. Costa de facti scient. & ignorant. centur. 2. distinction. 80. num. 6. Palac. Rubi in cap. per vestras. §. 18. num. 32. de donation. inter virum, & vxorem Natta cons. 438. num. 10. Crot. consil. 107. num. 3. volum. 1. Giurb. decis. 24. nu. 4. Cephal. cons. 101. num. 8. Magon. in Lucens. decis. 55. num. 4. 5. & in Florentin. decis. 125.* & fortius si si-
17 ne † causa restitutio ipsa dotium facta sit, quæ ipso iure improbaretur. *leg. prima Cod. si dos Costant. matrimon. Emil. Gallus de exceptio. part. 2. titul 5. exception. 10. a num. 52. ad num. 59. Surd. de alimentis titul. 8. priuileg. 34. num. 1. Cardinal. Tusch. conclus. 794. num. 9. 12. litter. D. Milanens. decis. 7. num. 63. lib. 1. Giurb. in Consuetud. Messan. cap. 13. gloss. 3. num. 7. Menoch. libr. 4. præsumpt. 190. num. 52. Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 11. tit.*
18 *30. num. 11.* ob id hanc veram † non esse dotis restitutionem, sed quandam assecurationem, vt de fructibus saluis dotalibus pactis vxor se maritũ, & liberos alat, & sequestrationem dici, quæ in manibus vxoris fit, & potius quandam dotis trãslationem de viro in vxorem, quam restitutionem, nec dominium vxori restitutorum acquiri: probant. *Afflict. decis. 9. 199. & decis. 332. Cartar. decis. 8. sub n. 5. Natta cons. 81. Mandellus cons. 80. & cons. 315. n. 6. Menoch. cons. 1124. nu. 25. 26. Neapolitan. in Consuetud. vbi dos glos. restitutionis versic. tertio casu Iason in l. si Costante nu. 118. Barbos. n. 46. Viui. decis. 413. nu. 2. decis. 538. nu. 8. Pute. decision. 356. lib. 3. Franch. decis. 54. & decis. 617. Hering. de fideiussor. cap. 6. num. 192. Gail. lib. 2. obseruatio. 83. num. 17.* innumeros affert *Giurb. decis. 16. nu. 2. & 5.* ne eosdem repetam *Fabi. de Anna consil. 69. Amat. decis. 43. sub nu. 6. Graff. exception. 25. n. 118. Castill. decis. 25. & decis. 110. num. 8. libro 2. Milanens. decis. 7. n. 72. lib. 1. A ponte decis. 19. nu. 19. Molfes. in Consuetud. Neapolit. part. 6. de iure dotium q. 5. num. 28. Castagn. de beneficio deducto ne-*
19 *cessitate q. 1. a n. 33. cum seq.* Merito † cum fructus tunc ad maritum, pertineant ad quem etiam, & restitutarum rerum dominium spectat, se mota, onerum necessitatis causa, & substentationem familiæ, quod superest ex fructibus rectè marito restituendum, vel eius Creditoribus super eis cõsultum erit: quo casu procedunt dicta pro opinione *eum Bartolo in d. l. si costante.*

20 Aperte hoc sentiunt † omnes, & præcipuè *Frãch. dicta decisio. 617. num. 2. 3. 4.* dum rationes, & fundamenta adducit pro opinione *Bartoli, & n. 6. 7. qui ex Afflict. decis. 9.* dicit ex restitutione dotium ob vergentiam non transferri dominium in vxorem, & per consequens remanere dominiũ in posse viri, & fructus ad virum spectant in eo, quod alimenta excedũt, & ideo dicit cessare motiuum *Crot.* contra opinionem *Bartoli* ecce quod *Bartoli* opinio procedere habet, in casu, quo in vxorem ex restitutione non transfertur dominiũ rerum restitutarum; vt est in mera assecuratione ex prænarrata *Afflicti decisione 9.* apertius dixit idem *Franch. numer. 9. 10.* & propterea eo casu dicit omnino iudicandum ad fauorem viri Creditorum, cum quo videtur residere *Fontanell. de pactis dotal. clausul. 6. gloss. 2. part. 2. numer. 20. in fine. Idem Surd. de aliment. titul. primo quæstion. 36. num. 12. 13.* vbi quod non dicitur maritus dote priuari, sed in tuto collocari, *Molfes. in Consuetudin. Neapolitan. part. 6. de Iure dotium quæst. 5. nu. 31.* ibi ex hac cognitione non esse dominium dictorum bonorum pœnes vxorem duo sequuntur maximè considerationes. Primum est fructus, qui supersunt vxori deductis eius, & suæ familiæ alimentis cedere in beneficium viris, & creditorum ipsius, quia maritus remanet dominus illorum fructuum, & cætera *cum numeris 28 29.* antecedentibus prius concluderat esse assecurationem absque dominii translatione in vxorem, & apertius in assecuratione sensit *conf. 11. num. 42. 43. impresso post tom. 1. super Consuetudin. prædictis,* vbi ad hoc allegat *Franchum dicta decis. 617. Bald.*

Nouell.

Nouell. de dote par. 7. priuileg. 47. versic. quid etiam vbi de retentione mulieris propter hypothecam, & securitatem *Campeg. de dote part. 3. quaest. 61.* vbi in terminis assecurationis dum dicit mulierem eo casu esse veluti quemlibet nudum ministrum, & latissimè opinionem Croti aliis mediis contrariis respondendo comprobat. *Corduba. de alimentis in repetition. l. si quis a liberis. §. si quis ex his ff. de liberis agnoscendis a n. 277. ad finem*, & in assecuratione loquitur *Anton. Faber. C. de iure dotium libro 5. titul. 7. diffinition. 38.* & omnium clarius dixit *Ponte cons. 123. num. 6. lib. 2.* vbi dicit *Bart.* doctrinam intelligēdam in casu in quo vxor esset assecurata. & retineret bona loco pignoris; non autem quando sit effecta domina; si quidem retento dominio penes mulierem quęstionem esse vanam, dicit, & mulier fructus lucratur quatenus excederent onera matrimonii.

Sentiens ideo difficultatem (in casu quando dotis restitutio fit constante matrimonio ex vera causa vergentiæ, quæ operatur dominii translationem in vxorem vt dixi) *Barbosa in d. l. si constante 25. in principio num. 47. ff. soluto matrimon.* (vbi ponit quæstionem de excessu fructuum, cui applicandum vltra onera, & concludit pro marito, & creditoribus eiusdem) dicit quod si dominium dotis restitutæ transit ad vxorem fructus percepti ex re sua debent ad eam pertinere, & non ad maritum, & licet respondere cogatur, quod dominium dotis fuit transactum in vxorem non simpliciter, sed limitatiuè quatenus necessarium erat ad dotis securitatem, & quòd ideò limitata translatio limitatum producat effectum, & quo ad fructus vxor non consideretur tanquam domina; sed tanquam simplex administratrix, quæ ob id tenetur id, quod superest restituere illi ad quem alias pertinebat, tamen qualis ista sit responsio de se patet nulla iuris authoritate, nec adæquata ratione fundata, & potius repugnās notissimis conclusionibus desuper admissis.

21 Alia est quæstio † si super fructibus dotalium creditoribus communibus viri, & vxoris liceat satisfieri quod pro vtraque opinione remitto. ad *Gamam. decis. 200. Flores diaz de mena. in addit. ad eundem Fontanell. de pact. dotal. claus. 6. glos. 2. p. 2. n. 23. 24. Barbos. in l. si constante in princ. num. 49. ff. solut. matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio nedū alienatio, sed imò prodigalitas dicitur.*
2 *Emphiteusis dicitur alienata ex donatione, & incursa caducitas.*
3 *Consensus domini requisitorius non requiritur in donatione permutatione diuisione legato insolutum datione, & obligatione emphiteusis.*
4 *Idem est in adiudicatione emphiteusis iudiciali.*
5 *Consensus domini cōfirmatorius requiritur in donatione, permutatione, vel alienatione emphiteusis cum obligatione, & pactis emphiteoticis sub solutione laudimij n. 11.*
6 *Recognitio emphiteusis releuat dominum ab onere probandi dominium in casu caducitatis, & num. 7. & sequent.*
7 *Dominium ad effectum caducitatis, & deuolutionis plenè probandum est.*
8 *Recognitio inter dominum directum, & nouum emphiteutam probat dominium plenè etiam in præiudicium singularium successorum maximè accedentibus Canonum solutionibus, n. 9.*
10 *Recognitio noui emphiteutæ operatur vt is a domino eadem personali actione ad Canonum solutionem coherceatur, qua & primus emphiteuta cogi poterat.*
12 *Emphiteusis an & quando alienari possit in comprehensum in inuestitura, & num. sequent. per totum.*
13 *Emphiteusis an possit alienari inter plures nouos emphiteutas in concessione comprehensos; & quid si eum iure accrescendi, vel non decrescendi concedatur, & n. 14. 15. & seq.*
16 *Emphiteusis noua pluribus concessa habet diuisum principium, & censentur plures, & diuersæ concessiones, cum vnusquisque ex emphiteusis dicatur pro sua parte conduxisse.*
17 *Ius accrescendi vel non decrescendi quando dicatur concessum, & locum habeat inter plures nouos emphiteutas, & num. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34.*
20 *Clausula de vno in alium reuertendo inducit ius accrescendi inter plures nouos emphiteutas.*
21 *Clausula insolidum, vel pro indiuiso inducit ius accrescendi inter plures nouos emphiteutas, & numer. 23.*
22 *Ius accrescendi dicitur cōcessum pluribus nouis emphiteutis ratione oneris iniuncti insolidum.*
24 *Emphiteusis concessa vsque ad tertiam generationem importat ius accrescēdi inter emphiteutas, & operatur quod statim atque fuerit finita emphiteusis in personam vnius censeatur renouata in personam existentium adhùc de tertia generatione alterius ex emphiteusis.*
28 *Emphiteusis quando ex causa onerosa dicatur concessa, & n. 27.*
Emphiteusis concessa ex causa onerosa, & mediante pecunia potius iudicatur emptio. n. 28.
29 *Dictio cuilibet tribuit actum in solidum, & 30. & 32.*
34 *Iuri accrescendi locus est inter descendentes noui emphiteutæ, & in emphiteusi antiqua.*
35 *Emphiteusis potest alienari in proximè successurum, & in antiqua inuestitura comprehensum absque consensu domini, & laudimij solutione.*
Amplia etiam si in non proxime successurum fiat si tamen sit de comprehensis in inuestitura. n. 36.
Amplia si alienatio fiat ab vno ex hæredibus alteri hæredi succedentibus emphiteutæ de portione emphiteusis ulteri obuenta n. 37.
38 *Laudimium debetur domino quando portio vnius ex emphiteusis in alium cohæredem, vel coemphiteutam in antiqua inuestitura comprehensum alienatur.*
39 *Emphiteusis alienatio in proximè successurum, & in inuestitura comprehensum non dicitur alienatio seu noua emphiteusis acquisitio, sed quædam dominij continuatio.*
40 *Res alienari prohibita potest alienari in successuros ab intestato, & de familia 41.*

41 *Alienatum non dicitur, quod est in agnatorum corpore seu linea conseruatum.*
42 *Filij, & Nepotes cæterique in inuestitura comprehensi dicuntur habere emphyteusim stipulatam ab eorum prædecessoribus pro eis à domino concedente.*
43 *Emphyteusis alienatio, quæ in proximè successurũ, & in inuestitura comprehensum fit, potius refutatio quam alienatio dicitur.*
44 *Refutationis vim habet omnis translatio, quæ in proximè successurum fit.*
45 *Refutatio feudi facta in immediate successurum, & comprehensum in inuestitura valet, & lex. ei assistit, & n.46.*
46 *Refutatarius non dicitur ex refutatione feudum acquirere, sed acquisitum capere.*
Filius videtur quasi possidere feudum in vita patris, & quodam modo dicitur dominus deficiente tantum administratione n.46.
47 *Insinuatio an requiratur in feudi refutatione.*
48 *Releuium debetur fisco Regio a refutario feudi.*
49 *Releuium debetur a refutante succedente refutatario, quia iure successionis non cessionis feudum acquirit.*
50 *Vita militia, & Paragium debetur per refutatarium feudi.*
51 *Paragium, & militia an a feudi refutatario debeatur tempore refutationis, vel mortis.*
52 *Refutatio sapit vltimæ voluntatis vim quia est quædam præuentio seu præmatura successio.*
53 *Filius ita habere debet feudum ex successione sicut ex refutatione.*
54 *Refutatio in proximè successurum fieri potest nèdum feudi pacti, & prouidentiæ, sed etiam hæreditarij, & mixti.*
55 *Refutans non potest à refutatione feudi in proximè successurum iam facta resilere.*
56 *Comprehensi in inuestitura quando dicantur filij, vel alij, & n.seq. vsq. ad finem.*
57 *Filij censentur in inuestitura comprehensi si emphyteusis informiter fuerit concessa absq. vlla mentione filiorum, vel hæredum, sed vti hæredes non vti filij, & n.58.*
Quid in emphyteusi Ecclesiastica n.59.
60 *Filij sunt comprehensi in inuestitura concessa emphyteusi pro se filijs, vel liberis, vel descendentibus.*
61 *Emphyteusis pro se, & filijs liberis, vel descendentibus concessa dicitur pacti, & prouidentiæ.*
62 *Pater non potest filios, vel nepotes præiudicare in emphyteusi recepta pro se, & filijs, vel nepotibus.*
63 *Filij in emphiteusi stipulata pro se, & filijs an succedant, & censeatur facta stipulatio vt hæredibus, vel vti filijs ita, vt si patris hæredes non sint, vel eius repudiauerint hæreditatem in emphiteusi succedant, & n.66.*
64 *Filij in donatione propter nuptias facta sponso stipulante pro filijs ac liberis, & descendentibus an censeantur vocati, & facta stipulatio pro filijs vti filijs, vel vti hæredibus.*
65 *Feudum pacti, & prouidentiæ potest a filio retineri repudiata patris hæreditate, vel eo patris hærede non existente.*
67 *Filij non dicuntur comprehensi in emphiteusi concessa pro se filijs, & hæredib. nisi sint hæredes, & n.69*
Filij dicitur vocati ordine successiuo nempe post patris obitum in emphiteusi concessa pro se filijs, & hæredibus, n.67.
68 *Filius, vel Agnatus in feudo hæreditario, vel mixto non succedit nisi sit hæres mediate, vel in mediate primi inuestiti.*
69 *Emphiteusis pro se filijs, & hæredibus non potest in filios in vita transferri, & alienari nisi seruata forma l.fin. C. de iure emphiteot.*
70 *Hæreditas viuentis non datur.*
71 *Filij censentur vocati, & instituti ordine successiuo, & post mortem patris si fuerint instituti eum patre filij, & hæredes.*
72 *Emphiteusis concessa pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumque potest in quemcumque alienari, & dicitur a domino ab initio data licentia alienandi.*
73 *Laudimium domino debetur etiam, quod ab initio dederit licentiam alienandi emphiteusim in quemcumque hæredem, vel successorem.*
Laudimium domino debetur pro inuestitura, & possessionis ingressu emphiteusis n.73.
74 *Filij an dicantur vti filij, vel vti hæredes in inuestitura comprehensi si emphiteusis pro se suisque hæredib. & successoribus concessa fuerit, & quid in emphiteusis Ecclesiastica, & num.78.79. sequent. & num.82.*
Hæres verbum in emphiteusi Ecclesiastica non de quocumque hærede extraneo, sed de filio intelligitur ratione subiectæ materiæ nu.74. & nu.76. vbi declara.
75 *Verbum hæres in feudalibus pro descendentibus, & non pro quocumque hærede etiam extraneo accipitur.*
76 *Emphiteusis Ecclesiastica ad quoscumque hæredes extraneos transit si concessa fuerit seruatis solemnitatibus in alienatione bonorum ecclesiæ requisitis*
77 *Emphiteusis Ecclesiastica concessa pro se hæredibus, & successoribus an ad hæredes extraneos transeat.*
79 *Emphiteusis concessa pro se suisquè hæredibus, et successoribus non potest in filios transferri inter viuos nisi seruata forma l.final. C. de iure emphiteot.*
80 *Verbum successor an intelligatur de vniuersali, vel singulari successore, & n.81.*
83 *Vxor, & filij dicuntur in inuestitura comprehensi concessa emphiteusi viro nomine sociali, & contracto matrimonio latinorum more.*

ARGVMENTVM.

8 *Instantia, & iudicium captum ab vxore contra maritum ad dotis restitutionem propter vergentiam ad inopiam non transit in eius hæredem.*

9 *Hæredibus mulieris non competit remedium leg.si constante ff.solut. matrim. contra maritum ad dotis repetitionem propter vergētiam, sed tantum vxori competit.*

10 *Pater qui abutitur aduentitijs filij dissipando priuatur administratione aduentitiorum, & an etiam vsufructu.*

11 *Instantia cum defuncto capta non transit in hæredem in criminalibus, si fuerit processum per accusationē a defuncto propositam, nisi hæredes de nouo accusauerint.*

12 *Instantia causæ feudalis, vel maioratus capta cum defuncto an transeat in hæredem in allodialibus vniuersalem, vel in agnatum successorem feudi, vel maioratus.*

13 *Instantia defuncti non transit in hæredem, quando actoris persona annihilaretur.*

14 *Instantia compromissi cum defuncto cępti non transit in hæredem.*

15 *Hęres diuersi fori non tenetur comparere in foro defuncti nisi ibi reperiatur.*

16 *Hæres in quem transit instantia capta cum defuncto vititur tamē priuilegio competenti ex persona propria, vt puta si talis sit, qui non teneatur nisi in quantum facere possit; non debet insolidum condemnari, licet poterat defunctus.*

Iudicium, licet quandoque transeat de vna persona in aliam: tamen transit cum alteratione qualitatis sub num. 16.

Pater succedens filio in peculio in quem transiuit instantia cum filio capta non potest condemnari insolidum, sed tantum super peculio, vel super eo, quod in rem patris versum est de peculio filij sub n.16.

17 *Instantia capta cum defuncto transit in fideicommissarium vniuersalem: secus si cum grauato cępta sit, quia tunc non transit sine cessione n.18.*

Instantia est quid hæreditarium eius, cum quo capta

ptu est: & dicitur eius actus, & industria sub nu. 17. 18.

19 Instantia cepta cum filio transit in patrem succedentem in peculio.

20 Instantia cepta cum Patre transit in filium, licet non sit patris haeredem in iis, quae sibi competunt uti filio.

Instantia capta cum Patre super feudo recepto pro se, & filio transit in filium, licet non sit patris haeredem sub n. 20.

Instantia capta cum patre super nobilitate transit in filium, licet non sit haeres patris sub n. 20.

Instantia capta per patrem pro dote attinenti in repetenda transit in filium. n. 20.

21 Instantia super Maioratu capta cum defuncto an transeat in successorem in Maioratu.

22 Instantia capta cum beneficiali transit in successorem in beneficio.

23 Instantia capta ab aliquo sub nomine dignitatis administrationis, vel officij transit activè, & passivè in successorem in dignitate administratione, vel officio.

24 Instantia cum procuratore capta transit in dominũ, & econverso.

25 Instantia cum fisco capta post confiscationem, & incorporationem bonorum transit in gratiatum, et restitutum ad bona.

26 Instantia cum violento possessore, vel occupatore capta transit in intrusum.

27 Pupillus, vidua, virgo, vel alia miserabilis persona non potest uti privilegio leg. unica Co. quando inuerat. inter pupill. & viduam quando in eis veluti haeredibus continuatur instantia cum defuncto capta.

28 Instantia capta transit in venditorem, vel auctorem laudatum, vel tertium, qui venit ad defendendum, suscipiendo iudicium.

29 Instantia capta cum usufructuario transit in proprietarium.

30 Instantia capta cum ingresso an activè, & passivè transeat in Monasterium.

31 Instantia non transit in singularem successorem, nisi cedatur.

Transit in universalem successorem, licet non sit haeres, & succedat titulo particulari. n. 31.

Successor in feudo dicitur successor universalis n. 31.

32 Instantia capta transit in filiam, quando actio dotis cum ea consolidatur.

33 Instantia transit in singularem successorem, quando defensionis causa non mutatur.

34 Instantia transit singularem successorem necessarium veluti in creditorem per adiudicationem, & similes, & quis dicatur necessarius successor.

35 Instantia transit in singularem successorem in realibus.

Item transit in realibus in singularem successorem rei, quia transit cum eius vitio litigiosi maxime data scientia successionis. n. 35. 36.

36 Instantia trãsit in singularem successorem, post quam res fuit effecta litigiosa 35.

37 Instãtia ab uno capta transit in alium, si cum eo consolidetur actio.

38 Instantia capta transit in donatarium omnium bonorum iurium, & actionum.

39 Instantia transit in singularem successorem, quando fuerit cessa.

Instantiae ius cedi potest. sub n. 39.

40 Instantia, ut cessa dicatur an requiratur specialis cessio, & ex quibus verbis, vel clausulis censeatur cessa.

41 Iudiciali instantia cessa licet iudicij utilitas transeat in cessionarium iudicium; tamen sequi debet cum ipso cedente.

42 Instantia capta non transit in fiscum sive succedat ex confiscatione sive titulo haereditario.

43 Instantia capta cum defuncto non transit in fiscum succedentem in bonis vacantibus.

44 Instantia causae appellationis transit in fiscum, sicut quando est cessionarius privati.

45 Instantia capta cum actore an transeat in fiscum.

46 Instantia capta cum laico an transeat in haeredem Clericum, vel Ecclesiam.

47 Laici cohaeredes clerici in individuis conveniendi sunt coram Ecclesiastico.

48 Clericus, & laicus simul delinquentes an omnes cognoscantur a iudice Ecclesiastico, vel quilibet sit remittendus foro suo. 50. 51. 52.

49 Iudex laicus potest condigne punire laicos simul cũ Clerico delinquentes, qui ab Ecclesiastico non fuerunt sufficienter puniti.

52 Iudices M. R. C. cum iudicibus diversi fori in Regno uniuntur aliquando de mandatu Illustrissimorum Proregum ad simul terminandum causam, quando plures diversi fori delinquunt, etiam cum Ecclesiastico iudice de voluntate tamen Praelatorum.

53 Laicus si lite pendente efficiatur clericus coram saeculari iudice est iudicium terminandum.

54 Laicus si instantia perempta efficiatur clericus, licet inde per Principem insufficiatur spiritus vitae instantiae iam peremptae, iudicium terminari, & sequi debet coram Ecclesiastico iudice.

55 Instantia capta cum defuncto in feudalibus transit in haeredem clericum.

Clericus, & Ecclesiasticae personae subijciuntur iurisdictioni laicali ratione feudi sub n. 55.

56 Laici subijciuntur iurisdictioni Ecclesiasticae ratione feudi, si Dominus feudi est clericus, vel Ecclesia.

57 Clericus, & Ecclesiastica persona non subijcitur iurisdictioni laici ratione emphiteusis, si eam detineat a Regia Curia.

58 Clericus, vel Ecclesiastica persona ratione feudi non subijcitur Domino feudi, & laicali iurisdictioni, si civiliter, vel criminaliter contra eum ageretur ad privationem feudi, sed cognitio spectat Ecclesiastico.

59 Clericus eatenus ratione feudi subijcitur iudici laico quatenus ageretur ex lege feudi, & non aliter.

60 Instantia cepta cum laico in causa reconventionis transit in clericum haeredem.

Clericus reconvenitur coram laico sub n. 60. Et quid si reconventio non sit dependens a causa conventionis sub n. 60.

Sententia lata cõtra Clericum a iudice laico in causa reconventionis an ab eodem laico possit, exequi contra clericum, vel ab Ecclesiastico, & quid in clerico possessore cum vitio litigiosi, & quando sub n. 60.

61 Instantia cepta super possessorio contra laicum transit in clericum haeredem.

Iudex

Iudex laicus est competens in possessorijs contra clericum etiam in causis spiritualibus, & quod si habeat causam tituli, & proprietatis admistam, vt in beneficialibus, Decimalibus, & Matrimonialibus causis, & quid si iuris, vel facti quæstio sit. sub num.61.

62 *Instantia cœpta cum laico auctore laudato transit in clericum hæredem.*

63 *Venditor, vel auctor laudatus non potest opponere fori cuiuscunque declinatoriam.*

64 *Auctor laudatus, vel venditor an possit in se iudicium suscipere inuito actore.*

65 *Emptor, vel possessor conuentus an laudando auctorem, vel Dominum nominando possit euitare iudicium, & petere, quod cum auctore, & Domino agatur.*

66 *Pupillus Vidua, vel persona miserabilis auctores laudati, vel nominati non vtuntur declinatoria ex l.vnica C.quando Imperator, &c.*

67 *Miles auctor laudatus non potest opponere fori declinatoriam.*

68 *Clericus autem laudatus non potest opponere declinatoriam fori Ecclesiastici.*

69 *Laicus auctor laudatus a clerico tenetur causam defendere coram Ecclesiastico Iudice.*

70 *Iudex laicus potest spernere inhibitionem factam ab ecclesiastico propter clericum auctorem laudatum si coram laico causam defendit.*

71 *Fiscus auctor laudatus non potest opponere declinatoriam fori Procuratoris Cæsaris.*
L. venditor ff. de iudic. non limitatur in fisco n.9.

72 *Auctor laudatus, vel nominatus a Colono inquilino, vel Commodatario reuendicatoria Conuento, si sit clericus, vel aliter priuilegiatus, & de foro potest opponere exceptionem fori declinatoria, & ad suum iudicem causa est remittenda.*
Reuendicatorium iudicium non potest fundari in personam conductoris, vel inquilini coloni vsufructuarij, vel commodatarij, qui nomine Domini possident. sub n.72.

73 *Auctor laudatus, vel nominatus ab emphiteuta feudatario, vel simili habenti ius in re si sit clericus, vel alium habeat proprium forum an declinatoriam opponere possit.*

74 *Auctor laudatus, vel Dominus nominatus ab emphiteuta hypothecaria Conuento, an apponat fori declinatoriam.*

75 *Auctor nominatus ab inquilino conuento via executiua propter censum bullarem non opponit declinatorium.*

76 *Auctor laudatus potest opponere declinatorium ex persona emptoris, vel possessoris conuenti.*

77 *Panormitanus ciuis auctor laudatus an possit petere priuilegio vrbis ex consuetudine 3. vt non extrahatur, & declinatoriam opponat.*

78 *Restitutiones extraordinariæ conceduntur personis restituibilibus venientibus in iudicio defensuri reum conuentum, vti auctores laudati. Auctor laudatus potest recusare Iudicem emptoris conuenti, suspectum ex causis ex persona propria orientibus. sub n.78.*
Compromissum vigore statuti peti potest ab auctore laudato ex propria persona sub.n.78.

79 *Clericus hæres laici an debeat ex integro citari, & iudicium initiari contra eum coram ecclesiastico an vero sufficiat iudicium contra eum reassumere in statu, quo reperiebatur tempore mortis laici cui successerit.*

80 *Iudicium debet de nouo initiari cõtra eum, in quem de iure non transit instantia cum defuncto cœpta, & non debet reassumi in statu, quo erat tempore mortis defuncti.*

81 *Instantia cœpta cum patre non transit in filium, qui successerit ex beneficio autem bona damnatorum C. de bonis proscriptor.*

82 *Instantia cœpta a bannito non potest transire in hæredem.*

83 *Instantia cœpta cum defuncto an transeat in exequutorem testamentarium, vel in hæredem.*

84 *Instantia vt dicatur cœpta ad effectum si transeat in hæredem, vel non sufficit citatio absque litis contestatione, & n.4.*
Limita in bonorum successore, & non hærede, quia quo ad eum non dicitur cœpta instantiam nisi per litis contestationem. n.85.

86 *Instantiæ, & iudicij transfusio requiritur in hærede de instantia cœpta cum defuncto sub pœna nullitatis. Instantia defuncti non transit in hæredem ipso iure, sed requiritur factum iudicis, & hæredis citatio, & in Regno expeditur cedula transfusionis iudicij de mandato iudicis sub n. 86.*

87 *Instantiæ transfusio an requiratur quando hæres est certus.*

88 *Sententia lata contra hæredem in quem non fuerit transfusa iudicialis instantia cœpta cum defuncto est nulla.*

89 *Instantia transfusio, & iudicij non requiritur in hæredem indiscretum, sed interrogatur an velit esse hæres, vel non.*

ARGVMENTVM.

Transfusionem iudicialis instantiæ requiri, quando cum defuncto cœpta transit in successorem.

RESOLVTIO LXXXVI.

1 Ctiuè, † & passiuè regulariter in vniuersalem iurium successorem & hæredem cum defuncto cœptam iudicialem instantiam transferri certum est, cum in iudicijs quasi contrahatur, & sic actio, seu obligatio proficiscens ex illo cõtractu, vel quasi in hæredem transit. *l.si eum hominem.ff. de fideiussor. Bartol. Angel. Imola. Paulus de Castro, et scribentes in l.si seruus ff. de infam. & in l.si rem ff. de rei vendic. & in l.2.§.fin.ff.de pretor.stipul. & in l.1. C.si penden. appella. l.si prætor.ff de iudic. l.si operarum ff. de oper. libertor. Angel. in l.cam ex contractibus n.4.ff. de iudic. Innocen. Butri. Abbas, & alij in cap. quia Gl. de iudic. Speculator tit. de arbitr.§. differt in princip. Alberic. in l.si ad exhibendum n.1. ff. ad exhibend. & in l.Lucius n.17.ff. ad Trebellian.*

Alciat.

Alciat. in l. non solum §. morte nu.7.ff. de non. oper. nuncia. Soccin. conf.31.n.8.lib.1.consil.46.n.22.libr. 4.Bellonus conf.12.n.5. Marci decis.321.n.4.par 2. & decis.756.n.1.p.1. Marant.de ordine iudicior. in quinta parte in princ.n.12. Cagnol. in l.2.nu.249.C. de pactis inter emptor. & venditor. Asini. in praxi. §.2.cap.52.num.4.5.seq. Rebuff. ad constitut Galliæ tom.3.titulo de sententijs art.vltimo gloss.1.nu.2.Peregrin.de fideicommiss art.53.n.18.& in tract.de iure fisci lib.5. tit.1.n.65. & consl.42.nu.6.lib.4. Surd. consl.196. n.12.consl 222.n.10.& consl.514.num.7. Fabi. de Anna consl.108.nu.29 30.& 31.lib.2.Lācellot. de attentu. par.2.cap.4.limi.1.n.17.19.Mar. Anguissol. consl.266.n.2. Moliu.de primogen.Hispa. lib.4.c.8. n.6. Salon.de Pace consl.4.n.2.3.Otalor.in tract. de nobilita Hispan.in secunda parte tertiæ partis principalis c.6.n.3. Gail.lib.1. obserua.37. nu. 9. Alciat. consl.342. Neuizan. consl.20.n.31. Bursa cōsil.412.n.28. lib.4. Ioseph.de Sesse decisi.Regni Aragon.54.n.2.lib.1. decis 153.nu.33.lib.2. Mysing. Centur. prima obserua.85.Menoch.consil. 904.n.73. 74.lib.10. Castill.decis.2. nu.3. Intrigl. singul.98.n. 2.lib.2. Graff. in tract. de effect.Clericat.effect.1.nn. 284. Carroc.de except. cap.44.nu.258. Anton.Fab. in suo C.lib.4.tit.12.deffini.2.nu.2. in allegatis.Mandellus Albens. consl.216.n.13. Barzius decis.36.n.7. 8.9.& sequ. Velanzuol. Velasquez consl.60. nu.34. 36.37.38. Cardin.Tusch.conclus.210. lit.I.Vtuc.de Anua allega.14.Camillus Gypsius in decis. Rotæ Bonon ens.26. nu.25. Franciscus Caldas de Pereyra in Commentario analith. l. vnice C. ex delict. defun. n. 22.fol.213.Caballus consl.150.n 17.p.2.

Et ista in hæredem transit cum defuncto cæ-
2 pta, vt hæres † actoris eam de nouo non incipiat, sed tantum inceptam per defunctum in statu, quo reperitur tempore mortis prosequatur. *l. filius §.multum ff. de inofficios. testamen. Angel. in leg. tam ex contractibus n.4.ff.de iud.* licet dicat *Dinum* de hoc dubitasse, & nec etiam hæres rei ex *Cino in l.1.C.ne ex delicto defuncti in vltima q.*

3 Secunda quoque † instantia appellationis, & in eo statu prout erat tempore successionis, transit in hæredem sicut, & prima transit instantia *l.1. C.si pend.appellat.Peregr. consl.8.n.58.lib.1.Asini in praxi §.2.c.12.n.43.*

Extende, vt ne dum in hæredem instantia iam cæpta cum defuncto post litis contestationem,
4 sed etiam † ius quod cæptum fuerat deduci in iudicium licet non dum lis fuerit contestata in eundem transferatur. *Bologniu. in dict. l. si eum hominē in additio. ff de fideiussor. per textum in l.si defunctus ff.de procurator.Mandell.Albens.consl.216.n.13.Asini.in praxi.§.2.c.12.n.7.8.*

5 Præterea instantia † iudicii cæpta a defuncto in eodem statu, & in eisdem terminis cum eodem iure transit in hæredem. *l.hæres absens l.si prætor ff. de iud c. quia vbi Abbas.Felin.& alij notant.de iud. Romani in l.si costante §.si bona nu.13.ff.solut.matrimon. Soccin. Senior.consil.31. num.8. lib.1.Purpura. consil.396.nu.2. Asini.in praxi.§.2.c.12.nu.4.circa medium.Barzi. decis.36.nu.8.Cardinal.Mantica decis.141.nu.3. Franciscus Caldas de Pereyra in commentario analith. l. vnice C. ex delict. defunc.nu.22. fol.213.*

Sed tunc demum transit instantia, & iudicium
6 inceptum cum defuncto in hæredem, nisi † actio morte actoris defuncti, vel rei non periret, *leg. si operarum l.1.§.videamus C.de rei vxor.action.l.3.§. penult.ff.de liber. agnoscend. & ibi Iacob.de Areun, & l.1.C.ne ex delict. defunc. & C.si reus, vel accusator mortuus fuerit in rubro, & nigro. Angel.in l.tam ex contractibus n.4.vers. & hoc est verum ff. de iud. Ancharan. Regieus.parte 1.q. 22.per tot. Asini. in*
7 *praxi.§.2.c.12. sub nu.9.* vel quando † remedium, vel actio per defunctum intentata eodem modo hæredi non competeret sicut ipsi testatori, vt in
8 vxore, † quæ propter vergentiam viri ad inopiam ad dotis restitutionem virum cogit nam si iudicio, & instantia pendente vxor decedat non transit instantia talis iudicii in filium, vel eius hæredem *Ancharan.Regieus.p.1.q 22.per tot. Scaccia de commerc. & cambijs §.7.gloss.5.num. 88. versic. sub insero Secundo* licet ipse ad alium finem aliud sentiat dicto casu.

9 Et ratio est, quia † remedium *l.si costante* dans dotis repetitionem propter vergentiam viri ad inopiam tantum conceditur mulieri costante matrimonio, ne forte indotata remaneat, & ad secūda vota transire impediatur in perniciem Reipublicæ, & vt dotibus in tuto collocatis ad sublinendum onera matrimonii deseruiant, non autem conceditur remedium prædictum filiis, vel mulieris hæredibus post eius mortem, in quibus rationem prædictam cessare manifestum est *ita Bartol. communiter receptus in l si costante ff.solut. matrim. nu.62. Iason. num.196.Ripa n.99.* qui dicit opinionem Bartoli ab omnibus approbatam. *Anchar. d.q.22.n.4.5.sequ. Cartar. late decis.56.Palat.Rubi in c.per vestra notab.6.§.8.nu.4.de donation.inter vir.& vxorem Gratian.discept.427.num.15.& 16.* & ita de facto obtinuit in anno 1613. in Tribunali Sancti Officii Sanctissimæ Inquisitionis pro D. Daniele de Iannatio donatario Philippi de Orefina contra Aloysium Aries Giardino, & eadem ratione nec in mulieris cessionarium dictum priuilegium transire dixit *Bald. in l.vnica nu.7.vers.modo ego quæro, & ibi Salicet.n.3.C.de priuil. dotis.Sur. consil.269. nu.12.Gratian.discep.427.num.16.* ex eo quod hoc est merum priuilegium mulieris, & dos restituenda deputata est oneribus matrimonii ideoque mulieris personæ Cohæret, secus autem in ipse dotem repetendi soluto matrimonio, quæ à muliere cedi potest, & Baldi opinionem alii comprobant relati per *Castagnum de beneficio deducto ne egeat q.1.n.113.* quidquid, & alii, & etiā ipsemet *Bald.* ibi contrarius senserint quos affert *Castagnu dict. loco n.112.* merito si filio, & matris hæredi idem remedium non competit non transibit in eum instantia, sed morte mulieris extincta remanet.

10 Licet tunc patre † male vtente bonis suis, & aduentitiis filii sucentratur filio officio iudicis cū fide iussione, vt suum saluum habeat, vel priuabitur pater administratione bonorum non vsufructu & quando. *Bart. in l.si costante n.63.per textum in l.Imperator ff. ad Trebellian.l.fin.§. quibus Cod.de sent.passis. l.fin.ff. vt legat.nomi. caue. Bald.in l.2.nu. 3.C.si quid in fraud. patron.per text.in l.fin.§. mino-*

res

res C. de senten. pass.Singnorol. consil. 135. *Pinell. in l.1. C. de bon.matern.n.*33. *seq.* 75. *& sequ. Soccin. regul.*288. *fallen.* 1. *Astan.Clemen. de patri. potest. effect.*16. *Ant.Trigon.singul.*30.*Cartar.decis.*56.*nu.* 4.*Peregr. de fideicomm art.*40. *nu.*15.*Roger. consil.* 19.*Moroci.consil.*18.*num.*29. *Laderch. Imola consil.* 85. *Molina de primogen. lib.*1.*cap.*16.*Mugnos de Escobar. de ratiocin.cap.*6.*num.*3.4.5. *sequent. Cardin. Tusch. concl.*762.*n.*16.*litt.D. Muta decis.*23.*n.* 13.*Gomes in l.Tauri* 14.*n.*15.*Boeri.decisio.*61.*num.* 14. *sequent. Baeza tract. de decim.tutel.cap.*4.*num.* 8. *& cap.* 13.*nu.*8.*Barbosa in l si costante in princip. n.*15.*ff. solut.matr. Fontanel.de pact. dotal.claus.*4.*gl.* 22.*n.*26. *& claus.*7.*glo.*2 *p.*3.*n.*76.*vol.*2.*Pasqualis de patri. potesta p.*1.*cap.*2.*nu.*93.*Surd.dec.*279.*n.*5.

Limita principalem conclusionem non proce-
11 dere in criminalibus † vbi fuerit processum per accusationem a defuncto, quia tunc hæredes nō possunt prosequi instantiam cæptam a defuncto, nisi ipsi hæredes de nouo accusauerint vti cōsanguinei suam propriam prosequentes iniuriam, quando quidem mortuo accusatore nomen rei aboletur, & accusatio ad hæredes non transit nisi fuerit per inquisitionem processum. *Natta consil.* 219.*n.* 1.*Mastrill. de indult.c.*24. *n.*82.

12 Similiter instantia † causæ feudalis, vel maioratus incepta cum defuncto an transeat in hæredem defuncti in allodialibus, vel in agnatum, vel primogenitum in feudo successurum ex forma inuestiture, vel successore maioratus vide *Vincen. de Franc.decis.*593.*per tot.lib* 4. & faciunt dicta *per Menoch.cons* 904.*num.*73.*sequent. lib.*10. *Rouit. cons.*82. *per tot.* & pro diuersa opinione remitto *ad Bald.cons.*217.*incipien.ego puto vol.*3.*Socin.Iun. cons.*34.*num.*13.*lib.*3.*Velanzuol.cons.*60.*n.*19.*Freza de sub feud.libr.*2. *in constitutione Diua memoria fol.*114.*seq.limi.*18.*n.*48. cum aliud feudum aliud instantiam super feudo esse dicat, & quod sit allodialis. *& num.*53. vbi sentit successorem in feudo seu maioratu, hærede in allodialibus consentiente, vel eidem litis expensis solutis instantiam, & causam prosequi posse.

Et quod transeat in feudi successore post multos addendo ad *cons. Flaminy Palmula olim aduocati magni nominis cons.* 11. *ad n.*14. *dixit Luna in suis selectis diuersorum* vbi testatur fuisse decisum in causa Cimmne, & in causa Verbum cauli, & anno 1583.17. Febr. fuit decisum pro D.Gaspare Fardella Barone S. Laurentii contra D. Ioann. de Luna, & Peralta Ducem Bisbone in causa Castri ad Mare de gulfo in M.R. C. & de anno 1632. In M.C. pro Illust. Principe Valguarnere contra Illust. Marchionē Aglastri, & Consortes me patrocinante, & comprobatur ex dictis infra *nu.* 20. 21. 22. *&* 23 *& n.*31.*ver. transit tamen,&n*33.*&* 35.

Cæterum instantia cum defuncto inchoata in
13 hærede non transit quando † actoris persona est aliquo modo annichilata, ita vt representari non posset, nam, & si tunc in eius bonis succedi possit instantia, & iudicium ab eo inchoatio non transit in eius hæredem, & vniuersalem iurium successorem. *Bald. in l.si constante* §.*fin.ff.solut. matrim. & ibidem Angel.Comen.nu.*6.*Imola in l.si hominem ff. de fideiuss. Abbas in c.quia col.pen.circa medium de iud. Menoch.cons.*550.*n.*8.*lib.*6.

14 Nec instantia compromissi † a defuncto initi, & incæpti in hæredes transit *Bar. Bald. Albe. in leg. diē proferre ff. de recep.arbit. Innoc.in c.ex part. Abbas. in c. fin. de arbitr. Asmi.in praxi* §.2.c.12.*n.*15.

Declaratur tamen principalis regula in hære-
15 de † diuersi fori, qui non teneretur tunc comparere in foro defuncti nisi ibi reperiatur, *vt ex Bart. & Lucas de Penna testatur decisum Vincen.de Anna alleg.*59.*n.*10.11.

Pariter, & si huiusmodi transferatur instantia
16 in hæredem † saluo tamen priuilegio hæredis ex persona propria competenti intelligitur, vt si talis persona sit, quæ in casu condemnationis non teneatur, nisi in quantum facere posset, & deducto ne egeat *Peregr. de fideicommiss.art.*53.*nu.* 22. licet enim instantia, vel iudicium quandoque trāseat de vna persona in aliam, tamen transit cum alteratione qualitatis, quia aliter contingit condemnationem fieri contra eum, ad quem iudiciū transit: aliter contra eum contra quem iudiciū inchoatum est *leg.tam ex contractibus ff. de iudic. vbi notant Bart. & communiter DD. Angel.num.* 4. *Castrens.nu.*5.6. vbi quod instantia iudicii inchoata contra filium, qui tenetur insolidum ex proprio contractu, vel delicto transiens eo mortuo in patrem tantum tenebitur pater de peculio filij, & de eo quod in rem patris versum est de bonis filij non insolidum sicut filius ipse tenebatur *Abbas in c.quia n.*2. *de iudic.*

Et ne dum continuari instantiam cæptam cum defuncto in hæredem, sed etiam in fideicommis-
17 sarium † vniuersalem dicunt, Nam cum vniuersalis fideicommissarius in iuribus omnibus hæreditariis actiuis, & passiuis quoque succedat, idcirco instantia si cum testatore tamen incepta sit actiuè, & passiuè in eum transire dicendum est. *Bart. in l.si eum hominem ff. de fideiussor.& est communis traditio Angeli,& Alexandri in l.cum hæreditas ff. ad Trebellian.l.*1.*ff. ad Senatum Consul. Trebellian.* vbi *Bart.* eam adducit rationem, quod cū instantia sit quid hæreditarium, ille quasi contractus, qui litis contestatione initur, quod in hæredem transit *l.si eum hominem vbi notat Bart.ff.de fideiussor.* inde post modum ex hærede restituente in fideicommissarium transire, idem sequitur. *Alexand. in l.*1.*n.*2. *& in leg. cum hæreditas n.*2.*ff. ad Trebellian Paul. de Castr. in d.l.*1.*nu.*1. *versic. alij exponunt, & in l.si patroni* §.*actiones n.*4.*ff.ad Trebellian. Angel. in l.Lutius* 78. §.*rogatus num.*1.*ff.ad Trebellian. Soccin. Iun.consil.*34.*lib.*3. *Vincent.de Anna allega.*14. *per tot. Peregr. de fideicomm. art.* 53.*nu.*19. *Asini.in praxi.*§.2.*c.*13.*nu.*8.9.10. *Castill.decis.*24.*n.*17.*Intrigliol. singul.*98.*num.*2.*lib.*2. *Carpan. super statu. Mediolan.c.*21.*n.*48. *vol.*1.

Si vero instantia non cum defuncto testatore,
18 sed † cum hærede grauato cæpta sit licet occasione fideicommissi tunc in fideicommissarium vniuersalem eam non transire sine cessione, nec restitutionem fideicommissario prodesse, quo ad effectum prædictum, ratione, quia instantia incæpta cum hærede grauato hæreditaria non est, cum a principio non fuerit in testatoris hæreditate reperta sed propria ipsius hæredis, & dicitur eius actus,

actus, & industria, ac ideò ad fideicommissar.um citra cessionem eam non spectare, & ex Trebelliano Senatu Consulto transferri non posse, nec fideicommissarius eam prosequitur, dicit. *Bart. in dictis locis, & in dicta l. Lucius §. rogatus per illum textum ff. ad Trebellia. vbi sic quoque notarunt Angel. Imola, & Paul de Castro, Soccin. in l. 1. nu. 2. & Paul. de Castro n. 2. ff. ad Trebellian. Alex. nu. 2. & in l. cum hæreditas nu. 2 ff. eod. Angel. in leg. tam ex contractibus n. 3. ff. de indic. Maranta de ordine iudicior p. 5. in princip. num. 12. Cardin. Tusch. concl. 310. n. 3. litt. I. Intrigliol. singul. 98. nn. 2 lib. 3. Velanzuola Velasquez consil. 60. nu. 41. Afflict. in prax. dicto cap. 13. n. 11. 12. 13. Peregr. de fideicommiss. d. art 53 n. 19.* vbi licet *ex Bartolo in dicto. §. rogatus* dicat, id in indicio personali procedere, sed in reali sequuta restitutione instantiam cum herede grauato inceptam in fideicommissarium, cui res, & hæreditas restituta fuerit transire; tamen hoc dictum dubium ei videri fatetur, ex ratione prædicta, quia instantia hæredis est eius actus, & industria, & non hæreditaria, quare concludit ad fideicommissarium citra cessionem non spectare, ex dictis iuribus, visum est tamen *Peregrino* contrariam opinionem, quod transeat in fideicommissarium instantia cum grauato cepta in passiuis sublimeri posse, vt dicit sic sensisse *Bartolum*.

In aliis quoque successoribus vniuersalibus: licet non hæredibus actiuè, & passiuè transire instantiam videmus *l. tam ex contractibus ff. de iud. c. Fabr. de Annaeconf. 108. num. 29. 31. lib. 2. & dixi infra nu. 31. ver. transit.* vt in patre † successore filij

19 in peculio, in quem transit instantia cum filio cepta *per text. in dicta l. tam ex contractibus ff. de ind. vbi Bartol, Angel. & alij* patet enim in peculio vniuersaliter succedit filio iure patrio idest iure peculij non tanquam hæres, sed tanquam pater, *vt in l. 2. ff. de castrensi peculio* satis enim interest inter hæredem, & vniuersalem successorem, vt dicimus de fisco, qui, & si vniuersalis successor sit non tamen est hæres propriè, vt notatur *in l. inter eos in fine de fideiussor. Paul. de Castro in d. l. tam ex contractibus n. 3. & nu. 4.* intelligit isto casu in patrem instantiam transire lite tamen contestata cũ filio, & non ante; licet; secus fit in hærede, in quẽ transit instantia etiam lite non contestata, vt dicunt DD. omnes supra citati, & colligitur *ex leg. defunctus ff. de procurator,* & latius infra dicam *Afflict. in praxi. §. 2. c. 13. nn. 3. 4. sequent. Peregr. de fideicomm. art. 53. n. 18. 20. & consil. 8. n. 58. libro 1. Barbosa in leg. si costante §. final. ff. solut. matrimon. num. 21. Franciscus Caldas de Tereira libr. 1. quæst. forens. q. 23. n. 82.*

20 Eodem modo instantia litis cæpta † eum patre transit in filium tanquam filium; licet non sit patris hæres in ijs, quæ sibi cõpetunt vti filio *Paul. de Castro in dicta l. tam ex contractibus num. 8. alleg. text. in l. si operarum iudicio ff. de oper. libertor.* idẽ dicit *in l. si eum hominem num. 2. 3. ff. de fideiussor.* quod si paret fundum pro se, & filio recipit, lité que de eo mouet instantia ipsa transit in filium, & si non sit patris hæres, idem instantis litis super nobilitate, quæ filio vti filio competit. *Abbas in c. quia nu. 11. ver. primus sit de iudic. ibidem Decius n. 5. 6. Rodriq. Suarez allegat. 27. num. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 53. nu. 20. 26. Afflict. in praxi. §. 2. c. 13. num. 1. 2. Menoch. consil. 904. num. 75. 76. lib. 10. Otalor. in tract. de Nobilitat. Hispan. in 2. parte 3. p. principalis cap. 6. num. 5. Velanzuola Velasqu. cons. 60. num. 70. Barbosa in l. si costante §. final. ff. solut. matrimon. num. 23. Barzius decis. 36. per tot. Aluar. Velasc. decis. 160. num. 6. Garzias de nobilita. gloss. 40. nu. 10. fol. 360. Camillus. Gypsius in decis. rosæ Bonomens. 26. nu. 25. Cornazan. decis. 145. nu. 5. Franciscus Caldas de Pereira lib. 1. quæst. forens. seu recept. sententiar. q. 23. n. 82. Noalis de transmission. cap. 55. num. 4. Carpan. super statut. Mediolan. cap. 21. num. 43. lib. 1.* Idem dicendum erit in instautia cæpta per patrem pro dote aduentitia filiæ repetenda, vt transeat in filiam; licet non hæredem. *Bald. Nouell. de dote p. 9. primil. 10. nn. 1. Campeg. de dote p. 1. quæst. 80. nn. 1. versic. 9. in fine Intrigliol. singul. 89. num. 161. lib. 3.*

21 Sic instantiam super Maioratu † cæptam cum defuncto transire in successorem in maioratu dicimus, cũ maioratus bona ex necessitate institutionis pertineant ad sequentem successorem. *Bart. & Paul. de Castro in l. si eum hominem in vlt. quæst. ff. de fideiuss. Soccin. Iun. cons. 34. nn. 13. lib. 3. Peregrin. de fideicomm. art. 53. n. 19. Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. nu. 6. Intrigliol. de substitut. centur. 3. q. 73. num. 129. 130. qui allegat. Molin. d. loco Aluar. Velasc. decis. 160. nu. 1. & per tot.* qui testatur non semel in Senatu lusitano decisum, & de quotidiana praxi illius Regni *Suarez allegat. 27. num. 2. Barbosa in l. si costante §. fin. num. 23. versiculo, & simili ratione Franciscus Caldas de Pereira. lib. 1. q. 2. forens. seu receptar. sententiar. q. 23. n. 81. in fine Rouit. consil. 82. per tot. Vsari. de substitution. q 620. Thorns in compendio decis. Neapol. to. 2. ver. instantia in feudalibus & faciunt quæ dixi supra num. 12.* licet cõtrariam opinionem, quod instantia cæpta eum defuncto non transeat in successorem in maioratu; cum maioratus non descendat iure hæreditario, sed iure sanguinis, & ex promissione prædecessorũ & non venit successor repræsentando grauatum, sed primum testatorem, tractati fint. *Suarez consil. 10. num. 13. versic. cum ergo dicens Bald. consil. 217. incipien. ego puto, quod ab iniusta sententia Regis frãcorum col. 2. n. 3. circa finem vol. 3.* vbi dicit, quod quedam sunt, quæ descendunt in posteros nostros ex virtute, quam trahunt ex lumbis nostris circũscripto hæreditarium facultatum iure, & in instãtia iudicij harum rerum non succedit hæres, quia non videtur contractum cum filio, qui venit ex alio capite, vt in vsufructu, & dignitatibus, quędam succedunt tanquam in hæredes, & in eis trãsit instantia *Velanzuola Velasquez cons. 60. a n. 29. cum plur. seq. & num 61. sequen. & nu. 70.* vbi dicit, quod hæc opinio est certior, & securior, & saltem dicit opinionem *Molinæ* procedere, quando prædecessor, cum quo fuit cæpta instantia non se bene habuit in adducendis defensionibus, quas habebat, & sentit *Aluarus Velasqn. decis. 160. n. 1.* qui vere sentit hanc veriorem de iure, licet quotidiana praxis Senatus lusitani sæpius contrarium decidat, cui ego assentior tanquam veriori, maximè ex dictis supra de successore in feudo *n. 12.*

In

In beneficialibus quoque instanciam cæptam
22 cum beneficiato, vel prælato † transire in successorem in beneficio determinauit. *Rota Romana in nouis, vt lite pendente decis.* 10. *alias decis.* 4 11. *Gomes.in regula de annali q.* 62. *nu.* 4. *c.final. vt lite pendēn.in 6.Clement.* 1. *eod.tit. Peregr de fideicommiss. ar.* 53. *n.* 25. *vers.& in beneficialibus Castill.dec.* 185. *nu.* 4. qui loquitur in Commendatore Sacræ Religionis Hierololomytanæ.

23 Idem si sub quouis dignitatis † nomine indicium inchoaretur cum aliquo, vel nomine administrationis beneficii, vel officii, & non ex propcio, & particulari iure illius: tunc ad successorem in dignitate administratione beneficio, vel officio actiuè, & passiuè transibit instantia *cap. dilecti de foro competenti Abbas,& Deci.nu.* 8. *in cap. quin v. de indic. num.* 11. *ver. tertius cujus* vbi concordantes adducit *Peregrin.de fideicomm.art.* 53. *n.* 28. *Asini.in praxi* §. 2. *c.* 13. *nu.* 14. 15. *& sequ.Gratian.disceptat.* 736. *n.* 18. *lib.* 4. *Rota Romana in antiquis decis.* 1. *vt lite pendente. Frezin de sub feud. lib.* 2. *limita.* 18. *ad constitutionem diuæ memoriæ num.* 53. *ver. licet Piguera decis.* 218. *nu.* 4. *vers.secundo limitatur. Georg.Cabed.decis.* 198. *Aifons.Moditius in suis dubitationibus lib.* 2. § *Principum placita dubita.* 193. *n.* 3. *fol.* 222. *Carpan.super statu.Mediola.c.* 21. *n.* 44. *vol.* 1. *Puteus decis.* 181 *lib.* 2. *Ricci. Collect.* 2193. *Scipio Rouitus cons.* 82. *n.* 2. *Salgadus de regia protectione p.* 4. *c.* 8. *n.* 308. 309. *vol.* 2.

Quoque instantia, & iudicium captum cū pro-
24 curatore † transit de procuratore in dominum vtiliter, procuratore mortuo, vel reuocato, non tamen ipso iure, sed per epilogationem actorum vnico verbo faciendam *l.tam ex contractibus vbi Ang.ff.de iud.n.* 5. *Abbas in cap.quia num.* 11. *de ind. Deci.num.* 8. *Soccin.in l.* 1. *nu.* 2. *ff.ad Trebellia. Bald. in l.in caula* §. *si ex parte num.* 4. *ff. de procurator.Costa de facti scien. & ignoran.centur.* 2. *distin.* 24. *n.* 4. *Monter. decis.* 43 *num.* 16. *Asini in praxi* §. 2. *capit.* 13. *nu.* 17. 18. 24. 25. 26. 28. *sequent.* vbi etiam aliquando è conuerso dicit transire de domino in procuratorem.

25 Item instantia cæpta cum fisco† post confiscationem, & incorporationem bonorum transit in reum agratiatum, & restitutum etiam ad bona *Paris.cons.* 108. *n.* 2. *lib.* 1. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 53. *n.* 23. *in fine.*

Sic quoque instantia cæpta cum violento pos-
26 sessore † vel occupatore aduersus intrusum continuati, & transire post illius obitum insuccessorē remissiuè dixit *Peregr de fideicomm.art.* 53. *n.* 27.

27 Inuiduam, pupillum, † Virginem aut aliā miserabilem personam hæredem transit instantia cū defuncto cæpta, qui uō possunt forum Principis, & Magnæ Regiæ Curiæ declinare iusta priuilegiū *l.vnice C.quando imperat inter pupill.& viduam*, sed tenentur iudicium perficere vbi a defuncto cæptū fuit tam actiuè, quam passiuè, licet tales sint, qui habeant priuilegium prædictum in corporis iuris clausum. *Vinc.de Franch. decis.* 364. *Caranita ritu* 234. *Vincen. de Anna singular.* 132. *Marchesan. de commission.par.* 2. *de commission. nuoca.caus. cap.* 4. *& cap.* 2. *num.* 39. *fol.* 478. *& num.* 44. *fol.* 481. *in secundo impressione. Scaccia de appellation.lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 7. *num.* 133. *fol.* 116. *Mutu super consuetud. Panor. cap.* 3. *num.* 45. *Aluar. Velasc. decis.* 136 *Nouarius in praxi electionis fori quæst.* 20. *sectio.* 2. *Ricci. collectnn.* 2309.

Ant. de Amat.P. II.

28 Quod in venditorem † vel dominum auctorem laudatum, vel tertium pro suo interesse, qui venit ad iudicium illud in se suscipiendo de voluntate emptoris continuetur, & transeat instantia cæpta cum principali, vel emptore emphyteuta aut similí dixit *Anton. de Butrio.cons.* 44. *nu.* 1. *vers.pono pro fundamento vbi Apostilla citat.Corn cons.* 255. *li.* 3. *Dec.cons.* 74. *Cardin.Tusch. concl.* 211. *litt.I.*

29 Cetetum instantia cæpta † per vsufructuarium eo mortuo transit in proprietarium *Vincent. de Anna allegat.* 14.

30 Idem in actore Monasterium ingrediente, † in quem transit instantia cæpta ab ingresso cum per ingressum transferantur in Monasterium omnia iura *authen. ingressi. C. de Sacrosanct. Eccles.* & Monasterium sequitur forum rei *cap. cum sit generale de foro competenti*, sed passiua instantia contra ingressum incæpta in Monasterium non transit, quia bona ingressi ad Monasterium spectant, veluti vniuersalem bonorum successorem non vti hæredem ingressi, & personæ ecclesiasticæ in ijs, in quibus partes rei substinent proprios ecclesiasticos habent iudices nec in laicos consentire permittuntur, *Bald.in c.in presentia n.* 9. *de probatio.& in l.* 1. *C.si penden.appellat. Butri. in c. quia Glau.* 12. *circa finem de iudic. Couarru.pract. q.c.* 9. *num.* 3. *nd fin. Peregr. de fideicommiss.artic.* 53 *nu.* 20. *Surd. consil.* 222. *n.* 4. *lib.* 2. *Barbosa in l.si constante* §. *fi.n.* 26. *versic.& pari ratione ff.solut. matrim.*

Limitatur modo principaliter firmata con-
31 clusio, vt in singularem successorem † tam actoris, quam rei in re petita aut actione, de qua contenditur non transeat instantia nisi cedatur *Angel. in leg. tam ex contractibus num.* 2. *ff. de iud. Bar. in leg. si eum hominem prope finem ff. de fideiussor. pract. Papiens. in forma libelli in forma exequutionis sententiæ difinitiuæ in principio num.* 28. *Peregrin.de fideicomm. artic.* 53. *num.* 24. 25. vbi in singulari successore in instantia, & iudicio reali adducit pro & contra, & relinquit cogitandum. *Carpan.ad statu. Mediolan.cap.* 21. *numer.* 49. *Costa de facti scientia, & ignorantia centur.* 2. *distinct.* 74. *num.* 4. *Asini. in praxi* §. 2. *cap.* 13. *num.* 36. *Cardin. Tusch. conclu.* 210 *littera I. num.* 4. *Aponte cons.* 6. 7. *libr.* 1. *Menoc.cons.* 1098. *num.* 34. *lib.* 11. *Andr.Georg.allegat.* 33. *num.* 26. *sequen.Velanzuol. cons.* 60. *nu.* 42. *Barbosa in l.si costante* §. *fin. num.* 3. *ff.solut. matrimo. Aluar.Velasc.decis.* 160. *n.* 3. Transit tamen in vniuersalem successorem licet non sit hæres, & si succedat titulo particulari *Socin. in cap. venerabilis de iudicijs Peregrin. de fideicommiss. art.* 53. *numer.* 17. 20. *Sessa decis.* 54. *sub num.* 2. *Fabi. de Anna. consil.* 108. *num.* 19. *lib.* 2. *Rouit. consil.* 81. *num.* 9. *Suarez allega.* 27. *nu.* 1. posset dari exemplum in successore in feudo, qui dicitur successor vniuersalis, & regula de successore singulari non habet locum in feudi successore ex *Bald.cons.* 202. *num.* 2. *circa medium ver. amplius libr.* 2. *Capi.deci.* 20 *nu.* 29. *Rouit. consil.* 82. *num.* 7. 8. *Franc decis.* 1. *nu.* 42. *Lanar. consil.* 80. *num.* 14. *& dixi supra numer.* 19. sublimita

N tamen.

tamen. Primo firmatam limitationem princi-
32 palem non procedere quando actio dotis † con-
solidaretur in persona filię, quia in ea transit instā-
tia iam cæpta licet singulariter succedat ex conso-
lidatione l. si marito 32. §. si voluntate ff. solut. matri-
mon. l. vnica §. & hoc C. de rei vxor action. Alexand.
in l. si cum dotem §. eo autem tempore n. 7 ff. solut. ma-
trimo. Barbosa in l. si costante §. final. ff. solut. matrim.
n. 23, versic. & hac etiam ratione.

Sublimita secundo, vt in singularem successorē
33 transeat instantia vbicunque † defensionis causa
non mutatur, exemplum si ago contra te reuendi-
catione, & causam istam tu defendis nomine Ec-
clesiæ, quia dicis administrationem eius rei ad te
pertinere ex concessione facta per Prælatum, nam
te mortuo, vel aliter ab administratione remoto
in omnem singularem successorem istius rei trāsi-
bit instantia, & contra eum fiet exequutio senten-
tiæ latæ contra antecessorem eius, quia semper
causa defenditur nomine eiusdem Ecclesiæ, & sic
defensionis causa nō mutatur ita Angel. in d. l. tam
ex contractibus n. 2. versic. addę, quod vbi defensionis
ff. de iudic. Aluar. Velasc. decis. 160. num. 10. 11. vbi
in possessore maioratus Conuento Scipio Rouitus
cons. 82. n. 7. lib. 1.

Sublimita tertio instantiam transire in singula-
34 rem successorem † necessarium veluti in credito-
rem per adiudicationem, vel similem Ang. in l. tam
ex contractibus n. 2. ff. de iudic. ex Iacob. de Arena in
l. inter quos ff. de damno infecto, qui allegat pro ca-
su textum in l. in iudicio ff. famil. erciscund. Sed Ang.
ex glossa in d. l. in iudicio sentit, quod in potestate
eius, cui res ad iudicatur est an prius perficiat in-
stantiam inchoatam an vero velit de nouo inchoa-
re Peregr. de fideicommiss. art. 53. nu. 24. vbi expli-
cat etiā quis sit necessarius successor, & quotuplex
Carpan. ad statu. Mediolan. c. 21. n. 50. Asini. in praxi
§. 2. c. 13. n. 36 37. 38. Polidor. Ripa obseru. 95. nu. 1.
& sequen. Giurba decis. 107. n. 2. Peregrin. cons. 8. nu.
58. vol. 1. Ioseph de Sesse decis. Regni Aragon. 54. n.
3 vol. 1. Aluar. Velasc. decis. 160. num. 3. 4. 5. sequ.
apud quos præcitatos late videri etiam potest,
quis sit necessarius successor Marta voto 244. nu. 2.
Franciscus Caldas de Pereira in suis quæst. forens. seu
recept. senten. lib. 1. q. 23. n. 81.

Sublimita quarto, vt instantia cæpta transeat
35 in singularem successorem, † in iudicio reali, quia
in realibus transit instantia in singularem succes-
sorem necessarium Moedan. decis. 41. Put. deci. 181.
lib. 2. vbi in primogenito succedente ex vi primo
geniture Flauius Amendula in addictio. ad Vinc. de
Franchis decis. 250. n. 18. Rota Romana in nouissimis
decision. 908. parte 3. lib. 3. Bart. in l. si enim hominem
ff. de fideiussor. Bald. Nouell. de dote p. 9. priuil. 10. in
princ. Ricci. collect. 2193. ver. Intellige tamen. Al-
uar. Velasc. decis. 160. n. 3. Piguerra decis. 218. sub n.
4. Suarez consil. 10. n. 15. Barbosa in l. si costante §. fi-
nal. n. 23. ff. solut. matrimon. Intrigliol. de substitu. cē-
tur. 3. q. 73. num. 129. Noalis de transmission. cap. 55.
n. 6. Peregrin. de fideicommiss. art. 53. num. 24. 25. vbi
cogitandum relinquit, & inter successorem rei, vel
actoris ex Parisio, & Socino distinguit Rouit. cons.
82. num. 14. Sic etiam in realibus passiuè transit
in singularem successorem rei instantia, quia tran-
sit cum suo vitio litigiosi Bart. in l. Lutius. §. roga-
tus ff. ad Trebellian. Pute. decisio. 181. numer. primo
libr. 2. Paris. consil. 108. numer. 3. lib. 1. maximè
data scientia iudicij pendentis in successore, Pere-
gr. de fideicomm. art. 3. num. 24. ver. Primo respectu
rei. Bald Nouel. de dote p. 9. priuil. 10. in princ. Piguer.
decis. 118. n 4. ver. tertio limitatur. Socin. Iun. consil.
34. n. 13. lib. 3. Rota Romana diuersorum decis. 908. p.
3. & apud Moedan. decis. 1. de iudicijs alias decis. 41.
fol. 85. Noalis de transmission. cap. 55. n. 6. Velasc. de-
cis. 160. n. 3. in princ.

Sublimita quinto, vt instantia transeat in singu-
36 larem successorem † post quam res de qua iudi-
cium pendet effecta fuerit litigiosa Paris. cons. 108.
n. 3. in fine lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 53. n. 24. &
vt dixi supra n. præcedenti vers. sic etiam in realibus.

Sublimita sexto quando actio erat communis
37 duorum, quia † consolidata inde in vnum potest
is prosequi iudicialem instantiam per alium cæ-
ptā, quia dicitur successor necessarius licet singula
ris Peregr. de fideicomm. art. 53. n. 24. in fine.

Sublimita septimo, vt instantia cæpta transeat
38 in donatarium † omnium bonorum iurium, & a-
ctionum Andr. Georg. allega. 33. n. 26. 27. sequ. ve-
luti in cessionarium, vt latius in proximè sequenti
sub ampliatione dicam Fabi. de Anna cons. 108. n.
29. cum præcedentibus lib. 2. vbi ex alio medio cō-
cludit nempe ex eo, quod huiusmodi donatarius
loco hæredis iudicatur nullo alio per donatorem
hærede instituto, vt alibi diximus.

Sublimita octauo, vt semper transeat instantia
in quemcunque singularem successorem quando
39 † actio cum iure instantiæ expressæ cessa fuerit,
non enim iuris dubii est instantiæ ius cedi posse,
Bart. in dicta l. si cum hominem ff. de fideiussor. per tex-
tum in l. in causa §. sed si ex parte ff. de procurator Bar.
Ang. & Alex. in dicta l. si enim hæreditas, & in l. 1.
ff. ad trebellian Bald. in l. per diuersas in q. 14. C. man-
dati, & in l. ex legato ad finem C. de legat. Barbaci. cō-
sil. 51. lib. 1. Tiraqu. de retract. lignag. §. 26. glos. 3. nu.
26. Peregr. de fideicommiss. art. 53. nu. 29. Muta. deci-
sio. 14. num. 6. Giurb. decis. 107. num. 3. Vincen. de
Franch. decis. 596. n. 2. lib. 4. Lancellott. de attenta. c.
22. n. 21. Ponte consil. 6. Andr. Giorg. allegat. 33. nu.
27. 28. 29. sequ. Bero. consil. 187. n. 22. lib. 1. Ioseph de
Sesse. decis. Regni Aragon. 54. n. 4. sequen. vol. 1. Fab.
de Anna. cons. 108. n. 32. vol. 2.

40 Specialem tamen requirit cessionem † instan-
tia ad hoc, vt transeat in cessionarium, & cessa di-
catur, vel saltem quod generaliter sit facta omniū
iurium actionum, vel quod sit facta verbis genera-
libus, & vniuersalibus, & ex quibus verbis vel clau
sulis censeatur cessa instantia Glos. in l. causa, § final.
ff. de procurator. Ang. Imola, & Alex. in l. cum hære-
ditas ff. ad Trebell. Ponte. cons. 6. n. 19. 21. consil. 7. n.
19. volu. 1. Fabi. de Anna cons. 108. n. 32. Giurb. late
decis. 84. n. 12. & latius dec. 107. per tot. And. Georg.
allega. 33. n. 28. 29. Muta decis. 14. n. 9. 10. seq. Scipio
Rouitus cons. 82. n. 12. 13. Fabi. de Anna. consil. 108.
n. 28. in fine lib. 2.

Proinde aduertendum est quod cępti iudicii in-
stantia nō potest cedi, vt eadē sit cum cessionario,
41 quæ cum cedente, † sed iudicii vtilitas transfertur
in cessionarium, iudiciaria vero tela cum cedente
opor-

oportet, quod sequatur, & eius nomine *Innocen. & Abbas in cap. 2. de aliena. ind. mutan. caus. fact. Alois. de Leo in l. 1. n. 9. C. eod. Rota Lucens. diuersor. decis. 6. in fine. Afflict. dec. 354. n. 22. Gimrb. late decis. 107. n. 1. seq. Muta decis. 14. n. 2. 3. seq.*

Quicquid contrarium dixerit. *Bero. consil. 187. n. 15. 16. sequen. & nu. 21. 22. & sequen. lib. 1.* qui dixit iudicium sequi posse cessionarij nomine, & conatur respondere. *Innocentio, & Abbati*, & dicit *Affl. dict. loco* in hoc cum bona venia lapsum, posset tamen forte *Bero.* saluari in reo ius suum alienante, & instantiæ ius cedentę non autẽ in actore.

Limita etiam principalem conclusionem vt nõ
42 procedat in fisco † in eum .n. nullo modo actiuè,
nec passiuè transit instantia cœpta, siue succedat
ex condennatione vel confiscatione, siue titulo
hæreditario, sed in eum penitus iudicium exspi-
rat licet vere vniuersalis successor bonorum sit nã
Fiscus suos proprios habet Iudices de iure *l. 1. Cod.
vbi caus. fiscal.* qui in Regno nostro sunt Magistri
Rationales iurisperiti. Regij Patrimonij, & in Re-
gno Neapolis Præsides togati Regiæ Cameræ Sũ-
mariæ, & hoc est speciale in Fisco *Ang. in l. tam ex
contractibus num. 2. & Paul. de Castro n. 3. ff. de iudic.
Peregr. de fideicomm. art. 53. n. 23. & de iure fisci lib.
5. tit. 1. n. 65. & lib. 7. tit. 1. n. 11. & est textus in l. si
constante §. final. ff. solut. matrim. vbi Bart. & cõmu-
niter scribentes Bal. in l. 1. col. 2. C. de hered. vel actio.
vendit. & dicunt omnes infra citand. & vide inf. n. 45*

Et licet aliqui dicant quod non procedat quãdo fiscus succedit vti hæres, & iure hæreditario vt tunc iudicij instantia in eum dicunt transire tanquam vtens iure priuato, *vt dixit Bald. Angel. & Paul. de Castro in d. l. si costante §. fin. Decius in c. quia Gl. n. 10. Alciat. consil. 22. lib. 6.* & horum opinionẽ sequitur *Alex. in dicto §. fin. post Imol. in l. si eum hominem ff. de fideiussor. Surd. cons. 222. n. 16. ante vers. & non obstat, & n. 18. Cagnol. in l. 2. n. 252. C. de pact. inter emptor. & venditor.* & rationem dicit esse. *Io. de Platea in l. 1. C. si penden. appellat. mors. interuen.* quia tunc fiscus nedum succedit bonis sed personæ *Socin. cons. 46. n. 21. lib. 4. Scaccia de appellat. lib. 3. c. 2. q. 7. n. 133. vers. confirmatur. Asini. in praxi. §. 2. c. 12. n. 32. ad n. 44.*

Contraria tamen sententia fundata *in dicto §. final.* verior est, & ita determinauit *Bart. ibi* & sequuntur *Bald. in rubr. ff. de rerum diuisi. n. 15. Ang. in l. si vt proponit C de bonis damnator. Salycet. in l. 1. C. si penden. appellat. Anto. de Butrio, & Abbas in cap. quia G. de iudic.* quam seruari testantur communiter DD. & dicit *Peregr. dicto n. 11.* quod dicto casu fiscales auocant ad se causam cum toto processu *Martin. Landens. in tract. de fisco q. 91. & q. 28. Franciscus Luca. de priuil. fisci. in princ. n. 70. Bossi. tit. de fisco n. 44. & melius n. 46.* vbi dicit quod fundamentum *Iominis de Platea* est damnatum *in d. §. final.* vt ibi maximè *per Imolam per dictum §. finalem* quã opinionem vti veriorem tenet licet dicat quod Senatus Mediolanensis seruauerit ordinariè, quod quando causa jam est instructa ad parcendum laboribus, & impensis fiscus remanet coram primo Iudice, *& in titulo de bonis vacantibus n. 11. vers. & circa instantia* idem dicit *Carpan. super statu. Mediolan. c. 21. n. 56. 57. 58. vol. 1. Surd. cons. 222. n. 7. Cenall. commu. contr. commun. q. 37. Caualcan. decis. 8. p. 1. Molfesius super consuet. Neapol. to. 1. p. 2. de person. q. 8. n. 26. Ambros. de immunit. eccles. c. 20. n. 44. Castill. decis. 24. n. 17. Barbosa in l. si costante §. fin. nu. 15. 16. 17. 18. 19. seq. ff. solut. matrim. Vini. lib. 2. commun. opin. 161. Cardin. Tusch. conclus. 210. littera, I. n. 4. Muta super consuet. Panor. c. 3. n. 45. Grattian. discept. 182. n. 38. Intrigl. singul. 98. n. 1. lib. 2. Alex. Trẽtacin. var. resol. lib. 1. de iure fisci resol. 2. n. 2. versic. Hinc est Ioseph de Sesse. decis. 54. n. 13.*

Amplia proximam principalem limitationem
43 vt instantia nec transeat in fiscum † succedentem
in bonis vacantibus. *Bal. in l. si costante §. fin. ff. sol.
matr. vbi Ang & Alex. n. 4. Peregr. de fideicom. art.
53. n. 23. Bossi. de fisco n. 46. & tit. de bonis vacan. n.
11. Asini. in praxi. §. 2. c. 12. n. 41. seq. Ioseph de Sesse
decis. Regni Aragon. 54. n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. vol. 1.*

Sublimitatur vt non procedat quãdo fiscus suc-
44 cesserit quomodocunque, priuato † in secunda in-
stantia videlicet in causa, & instantia appellatio-
nis, & post latam sententiam nam eo casu fiscus
subiicitur iudici ordinario, & appellationis iudi-
cium prosequendum est coram appellationis iu-
dice, non autem coram suo, licet secus sit quando
succedit durante prima instantia vt dictum est,
*Salic. in l. 1. C. si penden. appellat. per illum textũ Frã-
cisc. Leuan. de priuil. fisci n. 70. Peregr. de iure fisci lib.
7. tit. 1. n. 12. Doctores in c. quia Gl. de iudic. Bossi. tit.
de fisco num. 45.*

Sicut in fiscum quoque transit instantia quan-
do esset cessionarius priuati *Bimi. cons. 11. n. 48. lib.*
45 *1.* Quid in fisco succedente † actori an transeat
instantia *Barbos. in l. si costante §. fin. ff. solut. matrimo.
n. 26. & vide supra n. 42.*

Superioribus contentaneum videtur, vt instan-
46 tia cum defuncto † laico conuento cœpta non
transeat in hæredem clericum Ecclesiam, vel aliã
ecclesiasticam personam ratione priuilegii, & fori
ecclesiastici cum omni iure eximantur regulari-
ter clerici a laicali iurisdictione *Bald. in leg. si quis
præbyster la seconda C. de Episco. & cleric. Iason in
authen. quas actiones n. 39. in fine C. de Sacrosan. eccl.
Abbas in c. quia col. fina. de iudic. Felin. ibi in 3. & 4.
columna Deci. n. 31. Salicet. in l. 1. Co. si penden. appel-
lation. Mors. interuen. Lanceliott. Lanfranch. Dec. Ia-
cobin. de Santo Georgio, & Cruc. Iun. nu. 10. in fine in
l. hæres absens ff. de iudic. Maranta de ordine iudicior.
parte 5. in princip. nu. 13.* vbi dicit hanc esse magis
cõmunem, quidquid alij dixerint *Arnulf. Ruzens
in tract. de iure regal. priuil. 5. nu. 12. 13. tom. 12. trac.
Deci. cons. 700. Couarru. pract. quæst. c. 8. num. 4. Pur-
pura. cons. 83. num. 4. & per tot. vol. 1.* qui hanc ve-
riorem, & magis communem dicit *Passet. cons. 83.
Roland de inuentar. c. 23 & c. 27. nu. 4. Caualcan. de-
cisio. 8. n. 11. p. 1. Salon. de Pace in l. 3. Tauri nu. 792.
Misinger. centur. 3. obseru. 45. n. 2. Auendagn. de exe-
quena. Mandat. Reg. p. 1. c. 1. n. 33. Randens. cons. 6. nu.
43. vol. 1. Carroc. except. 22. q. 4. n. 3. 4. 5. & seq. & n.
24. Rota Romana in antiquis decis. 552. & in anti-
quioribus decis. 1. de foro competenti Mencha. de suc-
cession. §. 22. n. 7. Surd. cons. 222. n. 4. Bursa. cons. 412.
n. 27. lib. 4.* qui firmat hanc esse magis communem
Asini. in praxi §. 2. cap. 12. num. 44. sequen. vbi quod
hæc est verior, & magis communis *Spino in speculo*

testamen.glos.33. principal. tit. de addition.hæredit. num.72.Petr. Ant. Anguissol.cons.1.lib.3.Pereg.de fideicommiss. art.48.nu.62. in fine art.53.n.20.Ambrosin.de immunita.ecclesiast. cap.20.nu.45.Fachine. libr.12. controuer. iur. cap.43. in fine,vbi quod hâc putat amplectendam in praxi tamquã magis propensam in fauorem clerici,& ecclesiæ. *Molfesi. super consuetud. Neapol.tom.1. part.2.tit. de personis quæst.8. per totum*,qui ab hac in iudicando,& consulendo non recedendum dicit tam quam seruata in toto orbe terrarum *Gratian. discept.16.num.34.* qui dicit, quod esset difficile obtinere contra clericum *Maceraten.var.resol.li.1.resol.49. dottiss. Anto. Faber. in C.lib.3.tit.1. difin.12.Menoc.cons.322. n.19.cons.991.n.3.Rota Rom. in recollectis per Cardinalem Seraphinum deci.957.n.5 & 9.Flerent.Domus 1591. Anto.de Canario in trac.de exequut.instr. q.57.Stracca de mercatura in prima particula vltimæ partis principalis n.45.Marta de iurisdict. part.4.cētur.1.casu 33.per tot.*vbi adducit rationes, & respondet.*Surd.cons.222.& dec.110.Trentacin. var. resol.lib.1.de rescrip. & priuil.resol.2. nu.9.& lib.2. resol.4.de iudicijs n.17,Roland.Cauagnol.in parafrasi ad l.hæres absens.de iudic.nu.5.fol.434.post eiusdem decisiones impressa Corpan.ad statut. Mediol.n.21.nu. 40.41.vol.1. Caballus.cons.91.n.8. volum.2.*& hæc videtur opinio Canonizata per *Rotam Romanam*.

Contrariam opinionem vt Clericus,vel Ecclesia teneatur inchoatum iudicium perficere,& cōtinuare coram primo Iudice laici, cui vniuersaliter successerit,& hæres extiterit, & ea instantia passiua in clericum,& ecclesiam trāseat (quicquid sit in iudicio inchoando contra Clericum, & Ecclesiam hæredem laici, quod debet coram Ecclesiastico iudice initiari) tenuerūt grauissimi auctores.*Castrens.Imola Roman. Alex. Bald. Cuman.Barbaci. Arctin.Firmian. Milus.Guliel. de Bened. Iason*, quos sequitur,& refert. *Surd. cons.222. per tot. & decis.110.*qui testatur decisum in Senatu Mantuano *Cagnol.in l.2.C.de pact.inter emptor, & vendit.n. 249.252.* qui subdit secundum hanc opinionem iudicatum vidisse in Taurinēsi Senatu contra clericum, qui laico succeslerat inchoata instantia. *Boeri.decis.69.n.32.Bursat.sibi porum costans. consi. 63.n.42.Marant.de ordin. iudic.p.4.dist.11.Spino.in speculo testam.Glos.33. principal.tit.de addition. hæredita.nu.72.seqq & num.75.Vasquez de successiõ. creat. lib.3.§.22.limi.17.n.72.Couarr. pract q.ca.8. nu.4.& nu.2.3.sequen. etiam ex l.regia.57.tit.6.par. 1.Gregor. Lopez. in dicta l.57. in versi.Domanda n. 53.Gratian.discept.16. num.31.sequen.Pancirol.cōsil 46.nu.7. Scappi. de iure non scripto lib.1.cap. 16. nu.1.Anglos. Germon.de sacra immunit.lib.3.c.15.n. 96.Camil.de Curte de feud.p.2.c.2. num.142. Auendagn.de exequen.mand.cap.1. nu.33.Didacus Perez in l.3.tit.13.lib.3.ordination.Castell.nu.26. Olan. in antimon.iur. littera C.num.26. Ceuall.commun.contra commun. quæst.36.Parlador.lib.2.rerum quotidian.rum c.final.§.1.nu.10.Suarez in l.post rem Iudicatam extenction.1.n.4. Villalob. in commun.opinion.in verbo clericus n.103.Quesada in suis quæstio. cap.4.n.7.Burgos.de pas in sua praxi in prælud.num. 41.to.2.Aumad.in l.57.tit.6.p.1.glo.5. Aules. in cap.prætor. c.10.versic.la exequtione n.66.Farinac. q.8.num.46.versic.amplia.17. Gail. obseruat.37.nu. 8.10. lib. 1.Scaccia de iudic.causar. ciuil.cap.11.nu. 23. Barbosa in l.si constante §.final. num.27.28.ff.solut. matrimon.Vini.lib.2. opinio.418. Fachin. libra 12. controuer. iuris cap.43.* vbi tamen dicit dubiū *Rodriqu. tom.2. quæstion. regular. quæst.62. articul. 21. Cardin. Tusch. conclus.451. litter. I.numer.37. 38.39. Rota Romana in primis recollectis per Farnac.decis.81.nu.5.Petrus Anton. Anguissol.sibi contrarius cons.59.num.1.lib.3.Borrell. in addiction,ad Bellugan. in speculo princip.rubr.11.§.videndum nu. 4. litter.A. versicul.ad materiam Gallef. de obligat. in forma Cameræ par.2.quæst.2. num.3.4.Aufrer. in tract.de potesta.iud. laici super person. Ecclesiast. reg. 2 fallen.5.num.6.tom.16. tract. Syluan.cons. 49.nu. 45. Aloys. de Leo in authen. Cassa. num.19. Cod.ac Sacrosanct. Eccles. Foller. super constit. Regni tit. de Episc.& Cler. cap. Item statuimus nu.5. Cala de mo do articulan. & proban.§ 1.glos. 1.n.57. Petrus Cenedo. collectan.iur. Canon.par.2. Collectan.37.27.*& cum ista residet *Carroc.de exception.cap.44.n.259. Scaccia de appellation. lib.3.cap 2. qu.7.numer.133. versic. confirmatur. Annibal. Troil. Ganens. ritu 67. n.5.Emanuel Suarez in thesauro receptar.senten opinion.104.vers. Clericus,Masull. ad Capic. decis.109. nu.2.Gratian.Hispan.reg.9.n.11.Carauita ritu.234. Vrsill.decis.212.Mysinger. Centur.3. obser.45. Cabal.resol.crimin.cap.153 Cancer.var. resol.lib.3.ca. 3.cap.16.de litis contestation.nu.136.Ioan. Franc. Leon.in suo Thesaur.for.Ecclesiast.p.3.cap.38.nu. 80.*& ex nostratibus omnes cum ista residẽt. *Mastri decis.79.nu.2. decis.131 num.21. & in addictio. ad Petr. de Gregorio. de iudic. consar. feudal. quæstion. 10. Giurba.decisio.82.n.2. versic: sic quoque Castill. dec.2. & latius. deci.200.*qui testatur hanc opinionem semper fuisse seruatā in Magna Regia Curia,& nunquam in Regno fuisse seruatum contrarium *Muta super Consuetud. Panormit.cap.3.num. 45. Graff. de effect. Clerica. effect. 1. a numero 281. cum sequen.*& vere ista opinione vtimur in Regno nostro.

Si quadrat tamen alicui primam opinionem retinere,(quod negamus)quod instantia inchoata ad clericum successorem,& heredem non trāseat, ampliari potest procedere etiam, quādo clericus
47 hæres laici † haberet cohæredes laicos,vt postinstantiam inceptam omnes conueniendi essent coram ecclesiastico, quia trahuntur a Clerico tanquam digniori etiam,quod plures essent laici,quā Clerici ex hæredibus,& ipso iure laicus ex persona Clerici cohæredis sortitur forum iudicis ecclesiastici in induuiduis tamen *Bartol. in l.præcipimus §.eodem obseruando C de appellat. Felin in c.1.col. 4. de præscript. num.6. Iason. in l.Imperium nu.1. versic. sexto facit ff.de iurisdi. omn. iud. Bartol. in l.iuris peritos §.1.n.1.ff.de excusa. tutor. Bald.in l.final.q.6. C. de editt. Diui Adrian.tollen. Zuccat.d.in l.final.nu. 36 C.de bon.posse.contr.tabul. Mattesilan.notab.143. Soccin. cons.12.num.17.lib.2. & in cap.1. num.18. de foro competen.Rimin. Sen. cons.399 num 9.vol. 2.Guid.Papa. cons.72.nu.1.Marsil.singul.180.Bossi. tit. de foro competen.num.146.Capic.decis.173.Marant de ordin.iudicior. par.4.dist.11.nu.23.Federic. Scot.cons.6. num.3.lib.6.tom.1.Valq. de successiõ. crea-*

*creation.§.22. num.7. Bombin.conf.10.n.11. Meno chi de adipiscen. possess.remed. 4. num. 475. Farinac. quæst.8.num.151.Surd.cons.222.nu.2.& de alimen. tit.9. quæst.14.num.3.& cons.396. num.16. Aret. cons.25. Marsil. in rubric.de fideiussor. num.130. & sequen. Ambrosin. de immunitat. Ecclesiast.cap.20. per tot. Aufer. de potestat.iud. Ecclesiast. super laic. num.49. Marta de iurisdict. p.4. centur.2. casu. 118. Spino in speculo testamen.glos.33.num.72. Maccraten. var. resolut.lib.1.c.42. num.4.Gratian.discept.641. lib.4. Cardin. Seraph. decis.957.*quam dicit Rotam seruare.

Sub ampliatur procedere etiam in criminali-
48 bus, vt si in eodem delicto † sit Clericus, & laicus omnes fore remittendos ad Ecclesiasticum Iudicem, qui quoque contra laicos procedet tracti à digniore, & ne continentiæ causæ diuidatur *Felin. in cap.1. colum.4.de præscription. Anto.de Prato veteri in l.1.in fine ff. qui senten.sine appellat.rescindan.* qui fuit ante signanus huius opinionis *Marian.Socin.in cap.2.col.3. in 8.fallent.de mutuis petition. & Socinus in l.cum Senatus in fin.ff.de rebus dubijs*, qui testatur quandoque vidisse in practica obseruari. *Crotus in l.1.n.15.ff.de verbor.obligat. Zucard.in repetitio. l.final.num.36.C.de bonor. posse.contr. tabul. Iason.in l.imperium num.3.ff.de iurisd.omn. iud. Ferrat.cautel.10.Marant. de ordin.iudic.par.4.dist.11.n. 22. Foller.in pract.fol.75.nu.79. Io. Arnon. Solliloquio.57.*qui in facti contingentia obtinuisse testatur. *Marsil.singul.180.& cons.67.n.62. Hyppol. Rimin. instit.quibus alienare licet in princip.nu.156. & cons.102.nu.12.& cons.551.num.68.Natt.in c.quamuis de pactis in 6.Bonacoss.com.opin.p.2.verficul. laicus. Ambrosin. de immunit. Ecclesiast.c.20. n.9.& sequ. Marchesan. de commission.p.1.commentar.2.ca. 2.nu.27.sequen.Soce iun cons.34.col.1.lib.2.Aufrer. de potest. iud. Eccles. super laic.nu.13. in 13.to.trac. part.1.Ferdin. Loazes. de matrimon.dubit.10.nu.20. Paris. cons.154.nu.1.lib.4. Cardin. Alban.cons.13. nu.6. Boreil. de compromiss.§.1.glos.3.num.244.Cassane super Consuetud. Burgund.rubric.1.§.5. in textu 161.Sil na grace. num.70. fol.51.* vbi dicit vidisse decisum, & in practica seruari in casu emergenti in Ducatu Mediolani *Socin. consil.* 12. *lib.* 1. *Farinac.quæst.8.nu.151. cum sequen. Surd. cons.222.nu. 3.Boeri. decis.300. Ioseph Ludouic.decis.Lucens.26. num.18.p.1.Menoc.de arbitrar.casu 371.num.13.in fine*, vbi quod hæc est magis recepta opinio licet vix a iudicibus laicis seruetur. *Scaccia de iudic.libr. 1.c.11.n.24.* vbi de com.& magis cõmuni opinione *Decian. tract.crimin.to.1.lib.4.c.9.n.44.& sequ. Rebuff.in suo arbore except.col.8.sub litt.Q. Marta de iurisdictio.par.4. centur.2.casu 119.* qui dicit hanc opinionem verissimam, maximè quando essemus in delictis, in quibus exceptio perplexitatis impediret processum iuditium, & dat exemplum in mandante, & mandatario, quorum alter Clericus alter laicus esset *Maceratens.var.resol.lib.3.ca.38. num.4. Bossi. in tit. de foro competeti num.146.147.*
49 qui declarat, quod quando esset delictum † pro quo veniret imponenda pœna sanguinis, quam Ecclesiasticus iudex non posset infingere *c.sententiam sanguinis ne Clericus, vel Monachus.* Nec Ecclesia quandoque pœnam correspondentem delicto habeat, cum Ecclesia gladium non habeat nisi Spiritualem, qui non occidit, sed viuificat. *ea. inter hæc. 33.qu.2.* nullaque grauiori pœna vtatur, quam depositionis, & perpetui carceris, quia isto casu laici euitarent pœnam debitam, & delicta remanerent impunita, ideò Ecclesiasticus post cognitionẽ habitam debet tales laicos remittere iudici laico de bita pœna puniendos, qui debet sufficienter, & condignè punire supplendo, quod per Ecclesiasticum iudicem expleri non potuit *ex Mariano Soccino in loco supra citato* licet aliter sensert *Barthol. Socinus in l. cum Senatus in fine.ff.de rebus dubijs Felin.in c.1.col.4.de præscript.& vide Ambrosi.de immunita. Eccles. dicto c.20.n.13.14.& sequent. Grass. de effect.clericat.eff.1.nu 140. vers. limitatur. Marta de iurisdict.p.4.centur.2.casu 119. vbi late Griuel.in decisionibus Senatus Dolani.30.n.9.10.& sequ.*

50 Et hoc fine aliqua distinctione an causa † sit indiuidua, vel non: quia Doctores non distinguunt in delicto inter causam diuiduam, vel indiuiduam, nam sentiunt, quod semper causa dicatur indiuidua ratione eiusdẽ delicti, & facti indiuidui, quod assumptum probatur tam per DD. *supra citatos*, quam per textum *in l.qui de crimine C. de accusat.* vbi quod, & si sint plura delicta ex vnico facto idem iudex est, quasi vnitatem facti indiuidui spectandam, quicquid sit in ciuilibus, vel in pluribus obligatis secundum Bossium. *in tit. de foro competenti num.147.* in fine, contrarium tamen, vt procedere id possit in indiuiduis, etiam ratione delicti non autem indiuiduis sentiunt, & bene *Soc. consil. 12.col.6. libr.1. Marant.de ordin.iud. p.4.dist.11.nu. 24.Couarr.pract.q.c.34.n.1.2.Capic.deci.173.Farin. q.8.n.151.versic. nec obstant ex Bartolo, Neuizan.e, alijs Lambertin. de cõtract.glos.final.n.244. Maceraten.var.resol. lib.3.c.38.n.4.*

Sed quicquid sit de iure contrariam opinionem
51 approbauit Regni nostri praxis † vt laico, & Clerico simul delinquentibus laici non trahantur a Clerico coram Ecclesiastico Iudice, sed Iudex laicus cognoscit, quoad laicos, & Ecclesiasticus, quo ad Clericos *Igne. in l.1. §.si quis in Villa num. 27. ff. ad Sillanian. & in leg. Senatus consulto numer.14. eodem* vbi testatur sæpius vidisse iudicatum contra opinionem *Antonij de Prato veteri Ioan. Rupellan. lib.3. Forensium institution. capit.11. Crauett.consil. 232. Rebuff. in repetition. authen. habita priuil.106. C.ne filius pro Patre* qui dicit hanc opinionẽ contra *Anton.de Prato veteri* in practica seruati, *& in proemio Regiarum constitutionum glos.5.n.117.Olas. decis.103. num.10. Boeri. in consuetud. Bituriigens. tit.de iurisdictio.§.9.* qui dicit priorem opinionem nunquam fuisse in praxi seruatam. *Neuizan.in Silua nuptial.lib.6.n.38.Gomes.variar.resolution. tom. 3.c.10.n.6.* quam tãquam veriorem tenet, & dicit cõsuluisse iudicibus ordinariis in quæstionibus occurrẽtibus de facto, & vidisse communiter practicari in illo Regno, pro quo affert *legem illis 123. Facchin. controuer.iur.lib.9.cap.31.Guttier.pract.q. 6. lib. 1. Philippus Probus in pragmatica Sanctione tit.de concubinarijs §.ipsas verbo. Lambert. de contr. glos.final. num.244.* vbi refert ab Illustrissimo Cardinali *Alciato* dum legeret *l.final.C.de bonor.possess. contr.tabul.* nũquam potuisse persuadere Senatum Medio-

Mediolanensem ad inclinandum in opinionem. *Antonius de Prato veteri. Couarru. pract. q.34.n.1. in fine. Menoch. de arbitrar. casu 381. num. 12. Graff. de effect. clericat. effect. 1. nu. 132. sequen. & num. 134. 135. sequen.* vbi quod nunquam vidit contrariam opinionem seruari in Regno nostro tanto fortius, quia nos procedimus ex abrupto, & palatino modo, quod prohibitum est Ecclesiasticis iudicibus, qui procedunt ordinariæ, & processiuè, & ista est veritas. *Gramat. decision. 23. Capic. decis. 173. Vincent. de Franch. decis. 426. num. 4. Vrsill. decisio. 213. num. 8. Farinac. quæst. 8. nu. 151.* qui saluat contrariam opinionem procedere in indiuiduis *Clar. in §. final. quæst. 36. vers. euenit plerumque*, qui hanc opinionem seruari in practica, & pluries vidisse iudicare testatur respondet quoque *Cassaneo*, qui dicit in Ducatu Mediolani contrarium decisum, vt illud contingere forte potuisse temporibus *Cassanei* hodie vero totum contrarium decidit in dicto Senatu *Didacus Peres in rubr. tit. 1. lib. 1. ordinatio. coll. 746. 748. Gratian. Hispan. Regul. 9. nu. 2. Michael. Ferr. obseruat. 218. Cancer. var. resolu. li. 2. c. 2. nu. 131. Mexia in pragmatica Taxa panis concl. 5. num. 74. cum sequen. Bouadill. in sua politica libro 2. cap. 17. num. 90. Trentacin var. resolu. lib. 2. de iudicijs resol. 3. num. 3. bene Gruuell. decis. 30. num. 14. & sequen.* qui testatur decisum in illo Senatu Dolano *Cardin. Tusch. conclus. 976. nu. 12. lit. C. Intringliol. singul. 138. lib. 1. Mastrill. decis. 138. nu. 6.* qui dicit ita semper in Regno seruatum absque aliqua contradictione licet contraria opinio de iure sit verior, & latius nouissimè *decis. 269 per totam vol. 3.*

52 vbi etiam testatur de consuetudine † & stylo huius Regni ex mandatis Illustrissimorum Proregum videlicet, quia vt plurimum oriuntur controuersiæ inter magistratus super huiusmodi remissione, quando plures pro eodem delicto inquiruntur, qui sint diuersi fori, & ex hoc delactantur causæ criminales, quæ passim celerem desiderant expeditionem, & in captura informationum per diuersos iudices variæ oriuntur contradictiones, & contrariæ sæpè proferuntur sententiæ in eadem causa, quod propterea aliquando in Regno fuit seruatum, quod iudices diuersi fori vniuntur: videlicet tam iudices M.R.C. vel vnus ex eis cum iudicibus alterius iurisdictionis, qui causam terminat vsque ad sententiam diffinitiuam, quam Iudex Ecclesiasticus cum sæculari de voluntate Prælatorum: vbi tamen non esset procedendum ex abrupto cum modus iste procedendi ex abrupto apud Prælatos non seruetur, iuxta notata per *Doctores in cap. cum contemplatione de reg. iur. Balius in pragmat. vnica tit. 42. n. 8. fol. 232. Maur. Burg. in tra. de modo proceden. ex abrupto q. 52. num. 2.* & adducit *Mastrill.* præcisè exempla Alexij Imperatoris, & Anacleti Papæ, *ex capitulo omnis oppressus 2. quæst. 6.* idemque seruatum fuisse nostris temporibus in Regno Neapolitano testatur *Dominus de Ponte decis. 9. per tot.* Et in Regno Franciæ, quod omnes iudices simul tam Ecclesiasticus, quam sæcularis in puniendis delictis atrocissimis vniantur, & concurrant refert *Ann. Rubert. lib. 1. rerum iudicatar. c. 6. colu. 9. in fine.* Quæ praxis, & stylus confirmatur diuersis iuribus *ad textum in auth. si vero contingerit. C. de iudic. cap. cum contingat de officio delegat. cap. per hoc de haeret. lib. 6.* & hoc iure quandoque in Regno vtimur.

At sublimitatur retenta forte opinione, quod instantia cum laico inchoata non transeat in hæredem Clericum, vt non procedat in instantia cœ-
53 pta cum laico † si lite pendēte efficiatur clericus, quia tunc coram sæculari est continuanda instantia, & ibi terminari debet iudicium; non obstante clericatu superueniente *Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor. n. 250. l. si quis postea quam vbi Bald. & Alban. in lucubration. ad Bart. ibi nu. 1. ff. de iud. Graff. de effect. Clericat. effect. 1. num. 283. Afflict. in praxi. §. 2. cap. 12. n. 47. Surd. decis. 110. n. 3. Marcell. Cala de modo articulan. & proban. §. 1. gl. 1. n. 63. Marchesan. de commission. p. 2. cap. 4. secundi capitis principalis n. 91.*

Proximam tamen sublimationem restringas
54 nisi cœpto iudicio cum laico † & post instantiam peremptam effectus sit Clericus, quia tūc si actoris petitioni fuerit per Principem insufflatus Spiritus vitæ instantiæ iam peremptæ, quia tunc ex insufflatione non dicitur antiqua, sed noua instātia gaudet declinatoria, & conueniri debet coram Ecclesiastico, instantia namque perempta perit citario, & litis contestatio licet inde Spiritus vitæ insufflitur, vt per *Bartol. in l. cum lite mortua ff. iud. sol. Vinc. de Anna singul. 129. Alexan. Trentacin. var. resolut. lib. 2. tit. de iudicijs resol. 4. num. 40. Marta de iurisdiction. p. 4. centur. 1. casu 32. n. 6. & latius centur. 2. casu 141. per tot. Roland. cons. 4. per tot. lib. 3. Thomas Actius in tract. de infirmita. par. 2. in ver. insufflatio Spiritus.*

Sublimatur etiam in feudalibus vt instantia cœ-
55 pta † cum defuncto in feudalibus transeat in clericum hæredem, quia Clericus in feudalibus sortitur forum laici, & perficere debet iudicium coram domino feudi seu paribus Curiæ cum tunc natura causæ trahat ad se personam, & non persona naturam causæ, & Ecclesia, & Clericus in feudalibus sunt denudati omni priuilegio fori ad text. *in cap. verum de foro competen. cap. cæterum de iud. cap. solitæ de Maioritat. & obedien. vbi DD. cap. 1. §. final. de cap. Conrad. Aluarott. in c. 1. col. 3. apud quē, vel quos coten. de feud. esse debeat Franc. in c. Romana §. debet n. 3. de appella. in 6. Curc. Iun. de feud. p. 7. nu. 15. Bald. in c. 1. num. 4. de controuer. feud. apud. par. Clar. in §. feudum q. 90. num. 8. vers. & hæc quidem* vbi de magis communi legistarum, & canonistarum, & quod ita seruat Senatus Mediolanensis *Soccin. Regul. 55. fallen. 2. Cautius in cap. volentes vers. Restringitur nu. 16. 17. & 18. fol. 182. & vers. ad quid n. 8. Intringliol. de feud. centu. 2. art. 94. nu. 6. 7. sequen. & centur. 1. q. 14. Villalob. commun. opi. ver. Clericus nu. 27. Guid. Papa decis. 139. Gail. lib. 1. obser. 37. n. 3. Mysinger. centu. 1. obseru. 22. num. 2. sequen. & centur. 4. obser. 95. Carauita ritu. 52. notab. 5. sub num. 6. Gregor. Tolosan. de appellation. lib. 4. cap. 5. nu. 4. vers. communis Scrader. de feud. p. 1. q. 2. Paris. de Puteo de reintegra. feud. vers. an citatus fol. 109. nu. 1. 2. 3. sequ. Isern. in cap. 1. de prohibita feudi alienat per lotar. in ver. omnibus Sanctæ Dei ecclesiæ n. 1. Mastrill. decis. 131. num. 22.* quod de hoc nunquam in Regno fuit dubitatum *Marant. de ord.* iudi-

iuditior.p.4.distinct.11.numer.49 Menoch. de retin. possess.remed.3.nu.369.sequent.num.409.seq. Scaccia de appellation.libr.3.cap.2.quæst. 8. numer.92. extens.1.& de iudic. lib.1.cap.11. num. 97. limitat. 9.Riccius in praxi Archiepiscop. Neapolitana resol. 311.n.3.Vrsil.decis.24.nu. 3.Neapod.super Consuetud.Neap.in proemio §.præfatis numer.300. Affl.ct. de feud.fem.§ fin. nu.6.& super constitut.si quis Clericus libr.1.rubr.66.nu. 5.Cumia ritu 2.n.40. Borel. in addition.ad Bellugam.in speculo princ.rubr. 11.§. videndum num.3.littera A.Bero.cons.82.num. 3. libr.1.Scappi. de iure non scripto lib.1.cap.6.numer.1. 2.Gratian.disceptation.182.numer.16. Marta de Iurisd.p.4.centur.1.casu.16.Grass. de effect. Clericatu effect. 1.num.718 719.cum plurib.sequent. Farinac. quæst.8 n.22. Aluares in speculo iuris pontificij c.36. Surd.cons.193.num 1.13.Marchesan.de commission. par.2.cap.4.num.61. Mantica de tacitis conuention. tom.2.libr. 23.tit.3.num. 85.Capiblanc de iure baronum pragmat.1.nu.31.Velanzuola cons.23. n.24. Marcus Anton. Genuens. in praxi Archiepiscopal. Neapolitan.cap.9.num.5.& cap.90.n.2.Ambrosin. de immunit. Ecclesias. cap.20.num. 56. 57. 58.seq. Petr.Cenedo in Collectan.iuris Canon.par.1. collect. 37.num.5.Papon cons.151.num. 2. versic. similiter Mozius de feud. titul. de Natur. feud. numer. 126. 127.128. artic.165.166. Fontan.de pact. dotalib. clausul.4.glos.10.p.1.num.7 8.seq.Molfesi super consuetud.Neapol.tom.1.p.2.tit.de personis q. 7.nu.19. 20.21.seq.

Similiter è conuerso si dominus feudi esset per-
56 sona Ecclesiastica† Vassalli laici ratione feudi de-
berent coram Ecclesiastico conueniri, cum inter
Vassallos regulariter Dominus feudi sit Iudex *Mozius de feud.tit. de natur.feud.numer.129. Zasius de feud. in rubr.de controuer.feud num.7. circa medium Curci.Iun.in tractat. de feud.p. 1. q.2.num.4. Menoch.de retin.possess. remed.3.n.409.Surd. consil. 193. numer. 2. Intrigliol. de feud. centur. 2. articul. 94. numer.11.*

Tamen,& si Clericus,vel Ecclesiastica persona
Iudici laico, & Domino feudi subijciatur feudi
57 ratione,nõ ita† est pro emphiteoticis rebus quas
teneret Clericus à Regia Curia vel laico cum pro
eis coram ecclesiastico, & non coram laico
conueniendus sit *Afflict.in Constitution. si quis Clericus numer.5.rubric.16.libr.1.Foller. super.ead.cõstit.1.n.32.Grass.de effect.cler.effect. 1. nu. 731.Genuens. in pract. Archiepiscopal. Neapolitan. capit. 9.num.5.*

Quod declaratur procedere si ageretur actio-
ne ciuili super feudo vel ratione feudi secus si cri-
58 minaliter† vel ciuiliter ageretur ad priuationem
Clerici,vel Ecclesiæ feudi veluti si pro fellonia,vel
delicto pro quo veniret imponenda pæna priua-
tionis feudi,quia tunc cognitio spectat ad Eccle-
siasticum non ad Dominum feudi, vel laicum *In-
noc.in c.rerum numer.2.3.de foro competen. vbi Hostiens.Butri.Abbas num.17. Soccin. in capit. ex transmissa col.10.n.32.vers.quinto limitatur de foro competen.Paris. de Puteo de reintegrat.feud.§.an citatus f.108.109.n.4.5.6.& seq. Socc. cons.12.n.22. in fin. l.1.Gail.lib.1.obser.37.n.3. Scaccia de Iud.c.1.c.11. n 97.Ambrosin.de immunit. Eccles.c. 20.n 59.Menoc.de retinen.possessi.remed.3.n.402.vers. hæc doctr. Grat.disceptat.182.num.17.& discept.190.nu. 22. Grass. de effect.Cleric.effect.1.n.726. seq.Surd.cons. 193.n.15.cons.396.num.32.Ber.cons.82.nu.11.libr. 1.Farinac.quæst.8.num 22.in fine Capiblanc. de iure & auctoritat.baron.pragmat.1.n.32. Marta de Iurisdict.p.4.cent.1. cas. 16.num. 13.& latius casu 89. per tot.*

Similiter vt tunc demum Iudex laicus seu Do-
59 minus feudi† sit Iudex competens Clerici in cau-
sa feudi quando ageretur de feudo ex lege feudi
secus si ad feudum vel re feudali non ex lege feu-
di contra Clericum, vel Ecclesiasticam Personam
ageretur,vt puta si pignoraticia actione, vel si cõ-
ueniretur pro exequutione instrumenti iuxta for-
mam bullæ quia tunc licet contra feudum, & ra-
tione feudi agatur,quia non ex lege,& conditione
feudi agitur ad eũdus est Iudex Ecclesiasticus qui
est iudex competens clerici *Innocen. in dicto cap. ceterum de Iudic.vbi Abbas num. 13. Felin. num.8. Bald.in cap.1.num.3.de inuest. in mar. fact. Marian. Soccin. in cap.ex transmissa.nu.9. in princip.de foro competen.& cons.12.num.21.& sequent.lib.1.Curt. Iun. de feud.p.7.n 7.fallen. vbi de communi. Alex. cons.79.num.3.versic.sed præmissis non obstantibus libr.1.*qui dicit quod iudex feudi non habet iuris-
dictionem in vassallum nisi in quantum agitur ex
lege feudi ideo si actionis fundamentum non de-
pendet ex lege feudi Dominus feudi nõ est iudex
etiam inter vassallos *Alexandrum* refert,& sequi-
tur *Crass.de effect. clericat.effect. 1.numer.729. 730. sequen.Surd.cons. 193.n.13.14. Martin.Vran. cons. 32.n.14.16.l.2.Clarus §.feudum q. 90.n. 5.Campagna super Cost. Regni Neap.c.94.n.3.Mozius de feud. tit. de natur.feud n. 128.circa finem Paris.de Put.de reinteg.feud. c.198.num.10.42.*

Sublimatur tertio,vt instantia inchoata contra
60 laicum in causa† reconuentionis trãseat in Cle-
ricum hæredẽ quia Clericus,vel Ecclesia in cau-
sa ciuili reconuenitur coram laico cum per re-
conuentionem sortiatur, quis forum iudicis non
sui *Felin.in c.at si clerici nu. 8.cum seq. de indic.vbi Decian.num.165.Imola num.5.Barbac. colum. 15. vers.stat dubitatio Bart.in auten.& consequenter q. 1.C.de sentent. Alexand.ibid. Bald.num. 18. Castr. num.5.Iacob. de Sancto Georg. in l. qui non cogitur in princip.ff.de iudic. Lapus allegat.118. Boer.decis. 69.Stefan.Aufrer. de potest.ind.secular.super Ecclesias.regul.2.Dueñas regula 102.Carauita ritu 67.n.2. Marant.de ordin.iudic.p.4.dist.6.n.44.53.Blanc.de compromiss.par.3.vers.Clericus. sub nu 32. Decian. tract.crim.l.4.c.9.n.17.Socin.regul.56.fallen.4. Affl. decis.173.Ioseph.Ludouic.conclus. 38. illation.29. Io.de Amic.cons.70.n.5.cons.14.num. 2. Annibal. Trois.Canens.ritu 67.num.1.Muscatell. in praxi p.3. Glos.Actorem num.7.Gail.libr.1. obser.37. num. 6. Menoch.de arbitrar.lib.1.q.44.Anton.Faber.in suo C.Fabrian.libr.3.tit.12.deffin.12.*qui testatur deci-
sum in Senatu Sabaudiæ *Surd.cons.396 n.6. Petr. Cened.p.2.collectan.37.num.6.Grass.de effect.Cleric. effect 1.n.745.cum plur.seq.Caualcan.dec.23.nu.9. lib.3.Peregr.de fideic.artic.48 n.67. Fontanella de pact.dotal.claus.4.glos.13.p.2.n. 16.17.18.Gaspar. Antonius Thesaur.quæstion.98.per tot.qui numer.4.*

&

& 5. putat vetum nisi reconuentio non sit depẽdens à causa conuentionis sed differens, & quasi mutua petitio *Honded.consil.21.numer.1.2.3.libr. 1.Farinac.quaestion.8.numer.99.100.101.cum plur. sequent.Vincent.de Franc.decision.* 193.349. 376. *Iafred.decis.64.centur.1.Marta de Iurisdiction.p.4. centur.2.casu* 107. *per tot.*, vbi limitat pluribus modis *Ambrosin.de Immunitat.Ecclesiast.cap.20.n.* 35.36.*sequent.Scaccia de iudic. cap.* 11. *num.* 93. *cum plur. sequen.Cuchus.instit.maior.lib.3.tit.9.sub n.15.Viui.decision.49.num.*4.5.vbi dicit id procedere tam si reconuẽtio fiat super eadem re, quam etiam si super penitus diuersa *ex Maranta dicta part.4.distinct.6.numer.5.& sequent.*& quod ita vt Aduocatus vidit in variis causis iudicare,& obseruare,tam in Curia Aquiliana quam in Magna Curia Vicariae,& passim ita seruatur in M.R.Curia, & Tribunalibus Regni licet actualis, & effectiua exequutio sententiae latae à Iudice laico contra Clericum in causa reconuentionis Ecclesiastico,& non laico specter secundum magis receptã sententiam quam praxim approbasse vidimus, quemadmodum vniformiter vidimus seruatum in casu quo clericus cõuenirerur veluti rei litigiosi possessor in quem iudicio pendente translata sit,vt exequutio sententiae iudicis laici ad Ecclesiasticũ specter aduersus clericum cũ vitio litigiosi possidentem,prout in vtroque casu dicũt *Purpuratus cons.26.lib* 1.*Molfes.in Consuetud.Neapol.par. 2.de personis.quaest.8 num.29.Vinc.de Franc.decis. 545.libr.4.Viui decision.49.numer.6.Marc. Anton.Genuens.in praxi Archiep.Neapol.capit.* 12.& 93. *Carol.de Grassis de effect. Clericat. effect.* 1.*nu.* 789.& *sequent.& num.*928.& *sequent. Lapus allegat.*118.*Scacc.de iudic.p.*1.*cap.* 11.*num.* 102. *Vrsillus decision.* 173. *numer.*2.*Gramat.vot.* 18.*num.* 16. *Cancer. variar.resolution.libr.2.capit.* 2.*numer.* 248.*Giurba decision.62.numer.7.in fine Bimi,consil.* 187.*numer.* 10. quicquid alii senserint quod Clericus rei litigiosi possessor possit coram laico exequi saltem vti turbatur iurisdictionis laicalis *Vrsil.decision.*331.*num.3.Carpan. ad statut. Mediol, capit.*68.*num.*114.*volum.*1. si tamen Clericus inquẽ res eum litigiosi vitio translata est ad iudiciũ coram saeculari Iudice veniat ad impediendam exequutionem sententiae iam latae veluti tertius de dominio,& possessione,rei opponens,cum tũc debeat rectẽ censeri actor,quia non inuitus tunc clericus ad iudicium trahitur,sed se vltro offert vt debitam exequutionem impediat cum veniat ex transuerso ad causam pro suo interesse non potest forum declinare,& petere remissionem ad suũ Iudicem,sed sub eodem debet litem pro sequi corã quo se opponit, & quamquam contra exequutione se opponat non dicitur ob id cum clerico facta iudicij instantia,post quam post rem iudicatam se opponit,& videtur potius ista contradictio quidam actus extraiudicialis,quã iudicialis in figura iudicii,explicandus, & nõ potest priore causã cum tertio iam decisã tangere,sed pro suo interesse tantũ exequutioni se opponere potest clericus,& in hoc non est Iudicem sed coram saeculari Iudice necesse est quod se opponat,& si contrarium diceretur sequeretur absurdum, quod si plures diuersi fori se opponerent quilibet pro suo principali interesse opporteret quod victor, qui sententiae obtente exequutionem peteret coram singulis iudicibus se defẽderet quod tenderet,cõtra dispositionem *l.nulli C. de iudic. & leg. prima ff.de quibus rebus ad eumdem Iudicem eat.cap. dispẽdia de rescrip.in 6.ita Aucharan. cons.* 333.*in primo dubio numer.*2.& 3. *Aufrer de potestat.secular. super ecclesiast. personas regul.*2 *fallen.*10.*Minado. in constitut. Regni in aliquibus in vers.Comit.& Baron. colum.3.versic.sicut num.10.fol.27.Franc.dec.*545. *num.*10.*libr.4.Viui. decision.*387.*num.*1.& 2.*Ambros.de immun.Eccles.cap.20.num.*43.*Giurba decis.* 62.*num.*2. *in fine.Cravetta cons.*997.*num.* 8. *libr.*6. *Tacian de probation.l.*1.*c.*56.*n.* 18. Sentio tamen quod,& si verũ sit Iudicem saecularem talem causam terminare debere tamen effectiuam,& actualis executio contra Clericum spectet ad Iudicem Ecclesiasticum,& ita fuit resolutum in M.R.C.pro Vincentio lo Medico contra Bartholomeum Ansuso, & Clericum D.Ioannem Baptistam Ansuso die 9.Februarii 1626.

Sublimitatur quarto,vt instantia cẽpta cũ defuncto laico super possessorio † transeat in Clericũ
61 successorem & haeredẽ laici, etiam in causis spiritualibus in quibus subijciũtur Clerici laicis,iudicibus quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale,quod quando, & in quibus locum habeat,& quid si habeat ad mixtã causam tituli, & proprietatis,vt in beneficialibus, decimalibus, & matrimonialibus causis,& quid si iuris,vel facti quaestio sit, vel si sit adipiscendae possessionis interdictum,quia in hoc opus esset lõga distinctione, & fieret digressio a materia de qua agimus: ideo remitto ad *Guid. Pap. dec.*1.*numer.*1.2.*decis.* 71.& 85. & *cons.* 149. *Guliel.de Benedict.in c. raynucius de testamen.vers.vxorem nomine Adelasiam in* 2. *decis. num.* 38.& 331. *Nauarr.in capit. cum contingat.de rescription.Ferret.consil.*1.*num.* 11.12. *libr.1.Gail.libr.1.obseruat.*37.*num.*5. *Musinger. obseruat.*67.*centur.*2. *Boer.decis.*69.*num.*23.*Aufrer. ad Cappell.Tholosan.decis.*470.& *de potestat.iudic. secular.super Ecclesiast.person.regula* 2 *Falent.* 24. *Cravet.cons.*258.*Marc.Augustol.cons.*141.142. *Natta cons.*411.*Castrens.cons.*45.*numer.*13. *Marci.decis.* 215. *numer.* 3. *in* 2. *part. decis.* 1062.512.190. *numer.* 3. *in prima par.Gramat.decis.*78.*Selua de benefic. part.* 1. *quaestion.* 7. *column.* 4. *Roland. cons.* 23. *libr.* 2. *Aluar. Velasc. decis.* 11. & 93. *Caualcan.dec.*45.*num.*75.76. *part.*1. *decision.* 22.*l.* 1. & *decision.*39.*num.*4.*lib.*3.*Cassador.de restit. spoliator.decision.*1.*Carroc.decision.* 137. *Couar. pract. quaest.cap.*35.*num.*1.*seq.Osasc.decis.*116.*decision.*131. *num.*10.*cons.*54.*in fin.vers.quod vero pertinet Thesaur.decis.*82.117.131. *numer.* 10. *Gaspar. Anton. Thesaur.filius in addition.ad dictam decis.* 82. *Menoch.de recuperand. possess. remed.*15.*nu.*253.210. 458.& *de retinend.possess.remed.*3.*num.* 223. *sequ.* & *cons.*168.*nu.*7.8.9.*lib.*3.*Vanci.de nullitat.ex defect.iurisd.ordinar.num.*54.*vers. siue Ageretur. Afflict.super constitution.rubric.* 67. *in Constit. Baiuli de Burgensat.numer.* 9.10.*sequent. decision.* 2. *vbi Vrsill. decis.*24.*Putc.dec.*361.& *dec.* 365.*l.*1. *Fontanella de pactis dotalib. clausul.* 4. *glosa* 13.*par.*2. *num.*

num.14.sequent.Gutier.quæst.34. Anton.Faber.in
suo C.libr.4.tit.3.diffin.3.num.1.2.3.in allegatis,&
libr.3.tit 12.diffinit.16.numer.1.in allegat.& eod.
lib.tit.1.diffinit.38.& l.3.tit.2.diffin.12.Grattan.di-
scept.238. Scaccia de iudic. libr.1.cap.11.num.95.
sequent.Ceuall.commun.contr.commun. quæst.504.
& 403.& 822.num.111.113.Ambrosin.de immu-
nitat. Ecclesi.capit.20.numer.61. vide late Roderic.
de ann. redit.libr.1.quæst.17.à num.55.ad num.66.
cum sequen.Graff.in tract.de effect.clericat.effect.1.
à numer.975.ad nu.983.qui infinitos affert Io.Gar-
sia de nobilitate glos.1.num.27.Gregor.Lopes.in l.fin.
tit.16.part.3. versic.que an poder. Alciat.cons.54.
*Farinac.late quæst.8.nu.23.*qui pluribus modis de-
clarat, & limitat *Mieres de Maiorat.p.3.q.11.* vbi
dicit iudicatum in Regali Cancellaria.*Marta de iu-*
risdiction.par.4 centur.1.casu 38.& par.2.cap.39.
Anna allegation.92.Facchin. controuers.iur.libr.8.
capit.15.Ponte cons.24.num.35.& cons.96.numer.
16.libr.1.Riccius Collectan.1656.Franciscus Molin.
de ritu nuptiar.li.2.different.10.à num.15.ad finem
Scrader.de feud.par.10.section.1.num. 92. sequen.
Peregr. de fideicom.art. 48.num.30.62.63.& seq.
Rebuff. de decim.quæst.10.Barbosa late in lege Titia
35. ff.solut.matrimon.Azori. institution.moral.lib.
7.quæstion.3.4.Carroc.de exception.exception.22.q.
4.numer. 8. 9. 10. sequen.except.138. per tot.Rota
Romana apud Cardinalem Seraphinum.decis.1102.
n.6.in vna Cordubensi redecimarum anno 1594.&
decis.1047.n 3.Macerat.variar.resolut.lib.1.cap.91.
per tot.

Sublimatur 5. quando Clericus esset hæres
62 laici † qui fuerit laudatus vti author, & assúpse-
rit sibi iudicium emptorem, vel emphiteutam de-
fendendo, & instantia durante decesserit nam
tunc in clericum hæredẽ transibit instantia, Cleri-
cus enim quando venit in iudicio veluti author
laudatus tenetur emptorem defendere coram suo
Iudice, & non potest fori declinatoriam oppone-
re vt infra.

Nõ enim permittitur regulariter venditori lau-
63 dato † & requisito ad defendendũ in Iuditio per
emptorẽ vocato declinatoriam cuiuscunque fori
opponere, sed in foro emptoris, vel laudatis cum
quo iudicium fuerat institutum litem defendere
astringitur *ad textum in l.venditor. ff.de iudic.&*
in l.1.C. vbi in rem actio, & vtrobique communiter
Doctores, Capic. decis.197.num.4. Afflict.dec.227.
Ancharan.cons.183.Bald.cons.460.numer.5.lib.4.
Muscatell.in praxi in 3.p.1.partis principalis glosa
nominet nu.4.5.Marant.de ordin.iudic.par.6.memb.
5 n.6.& seq. Honded.cons.25.nu.13.libr.1.Cabellin.
de cuiction.§.3.num 118.Cagnol.in l.venditor.num.
2.8.13.ff.de iud.Ang. Aret.in §.action. autem n.43.
institut.de action.Decian. cons.118.numer.5.libr.3.
Cephal.cons.168.num.16.Marci.decis.293.num.2.p.
2.Caualcan.decis.8.num.1.sequen libr.1.Gama dec.
332.nu.1.Couar.practicar.quæst.cap.6.num.3.Nat-
ta cons.99.Anton.Faber.in suo C.libr.3.tit. 12.dif-
finit.1. Misinger.centur.5.obseruat.14. Ceual.comm.
contr.commun.quæst.36.numer.2. Gratian. decision.
149.num.6.Capiblanc.de Baron. pragmatic.8.num.
249.Cancer.variar.resolution.libr.3.capitul.16.de
litis contestat. nu.131.& 595.Gregor.Lopez.l.33.
tit.5.lit.H. Caldas Pereira de emption. & vendit.
*cap.31.num.82.*Poterit tamen venditor, vel auctor
64 veniens possessorem conuentum defensurus † in
se iuditiũ suscipere actore etiam inuito quando
tamen nõ animo nouandi, & liberandi possesso-
rem principaliter Conuentum ab Instantia, & iu-
dicio cepto in perniciem actoris id actum sit,
quia tunc veluti procurator in rem suam admitti-
tur. *Bart. cons.219.libr.1. Natta late cons.630.num.*
1.2.3.& seq.Petr.Benintend.dec.92. Guttier. de iu-
rament.confirmator.p.1.cap.61.num.14. post Af-
flict.Gomes.& Vanci.per eum relatos Cancer. variar.
resolut.lib.2.c.14.nu.162.163.Marci.dec.293. Co-
narru.pract.quæst.capit.13.Capic.decision.197.Cor-
nazan.decis.215.n.8.9. Honded.consil.25.num.7.8.
17.lib.1.Flauius Amendula in addit.ad Vinc.de
Franc.dec.462.num.10.Thesaur.decis. 213. Moroc.
cons.84.n.13.& 14.

Licet possessor ipse conuentus non possit pete-
65 re quod conueniatur † venditor, vel auctor lauda-
tus vt euitet iuditium nisi venditor veniens ad de-
fensionem emptoris pro suo interesse iudicium
cum possessore non innouando velit, causam,
& instantiam in se suscipere, tanquam procurator
in rem suam, & debet actor tunc cum venditore
litigare, non cum emptore nisi probet personam
emptoris legaliorem, & et interesse potius cũ eo
quã cum venditore litigare maximè si possessor
conuentus haberet ius in re vt vassallus, vel em-
phiteuta *secundum Paulum de Castro in l.1.C. vbi*
in rem Actio Capic. decis.197.nu.6.Misinger.cẽt.2.
*obseru.58.*qui testatur decisum in Camera Impe-
riali. At si cõuentus esset simplex colonus, vel cõ-
ductor qui nullam rei haberet possessionem, sed
simplicem detentionem à iuditio liberatur per
simplicem nominationem domini si reali iuditio
astringatur *Ioann. de Andre. Anton. de Butri.&*
Abbas in cap.quoniam frequenter. §.quod si super
vt lite non contestat. Dec.cons.118.n.26.l.3.Afflict.
dec.217.vbi Vrsill.Mising.cent.2.obser. 58.Gama
dec.332.num.1.

66 Quod etiam procedere † in vidua pupillo, vel
alia miserabili persona laudata, qui de iure ha-
berent fori declinatoriam ex priuilegio *l. vnice C.*
quando Imperator inter pupill.& viduam. vt veniẽ-
tes in iudicio reum principalem, & possessorem
defensuri, vt authores laudati declinatoriam op-
ponere non possint profitetur *Muscat.in praxi.p.3.*
1.partis principalis n.4.5.

67 Nec miles † laudatus fori declinatoriam oppo-
nit *Angel.Aretin.in §. actionum autem instit.de a-*
ction.num.43.

68 Amplia in Clerico Ecclesia † vel prælato lau-
dato qui tenentur possessorem coram suo iudice
defendere, & declinatoria fori non vtuntur cum
clericus auctor laudatus reus principalis nõ sit, iu-
diciũque contra emptorem, vel possidentem diri-
gatur, & in eius personam substantietur non au-
tẽ in personam Clerici licet Clericus vt causa re-
ctè agatur veniat ad assistendum *Abbas in c.quo-*
niam frequenter §.in alijs vt lite non contest.& in c.
fin.n.8. de empt.& vendit.vbi Barbaci.num.16.Ca-
gnol.in l.venditor num.2.12.13.ff.de iudic. Angel.
Aretin. in §.actionum autem nu.43.instit.de action.
Bald.

Bald.in l.venditor & ibi Alber.de iudic. Lancellot. Dec.in dict.l. venditor. columna penult. Sicardus in l.emptor num.14.C.de action. Guliel.de Benedict.in repetit.capit. Ramucins in verbo vxorem num 417. de testamen. Francis. de Parma in tractat. de iure fisci fol.9.col.4. Ancharan.cons.183.& 333. Decian. cons.700 Cornei.cons.79.in vltimo dubio lib.4. Purpur.cons.26.n.1.l.1 .Socc.bene cons.91.l. 3. qui hãc dicit communem, & ab ea non recedendum Cabellin.de euiction.§.3.quæst.2.n.119.120.tom.6.p.1. tractat. & num.122.Couar.pract. quæst. cap. 8.sub numer. 3.& numer.8.qui dicit veriorem, & receptiorem Marant.de ordin.iudicior.part.6. memb.5. num.6.& par.4.distin.11.num.78 Caualcan dec.9. num.4.& decis.8.num.1.libr.1.& decis.5.num.33. lib.4.Capic.decis.197.num.7.qui dicit hanc veriorem licet dicat seruari in Sacro consilio quod auctor laudatus Clericus remittitur Gail. obseru. 37. numer.7.libr.1.vbi dicit veriorem, & in Camera Imperiali seruari Gramat. decis. 21. Anna singul. 45.Bocri decis.69.nu. 27.sequent. Aloys. de Leo in anten. Cassan.nu.19. C.de Sacrosan.Eccles.Aufrer. de potestat. iudic. secula super Eccles. person. reg. 2. n.6.tom.11 par.1.tractat.ad Cappell.Tholosan.decis. 361.num.2.Aldouin.cons.6 numer.23.qui de cõmuni restatur Michael commun.opinion.lib. 2.cap. 1.quæstion.8.qui alios allegat.Scaccia de iudic. libr. 1.cap.11.numer 98. limitation.10. libr. 2. cap.2.numer.735. & in tractat. de appellation.libr.3.cap. 2. quæst.7.numer.123 fol.112. Natta consil. 99. num. 7.lib.1. Cabellin.Milleloqui 983.Anton. de Burgos in cap.final. de emption.& vendition numer.16.17. Vrsil.decis.380. numer. 8.9. Bertachin. in tractat. de Episcop.p.5.libr.4.num.95.tom.13.par.2.tract. Hippollit.Riminald.cons.422.numer.1. sequent. vbi dicit hanc communem Rebuff. de dilation. articul.4. glos. vnica numer.1. Grass. de effect.Clericat.effect.1. num.261.262.cum sequent Honded.cons.25.num.7. 15.sequent. libr. Lancellot de attentat.par.2.cap.20. quæst.3.num.90.Marta de iurisdiction. part. 2. cap. 4.num.26.Maxilla super consuetud. Barens.tit.de auctore laudato num.13.sequen.Vrsil.decision.30.num. 7.licet ibi certo modo distinguat.Sed Decia.49.n. 8 simpliciter sequitur hanc opinionem Ambrosin. de immunitat.Ecclesiast.capit.20.num.22.23.24.25. sequent. Fachineus libr.2.Controuers. iur. capit. 38. Cenall.commun. contra commun.quæst.588.qui allegat.concordantem legem Regnum 57.in fin.tit.6.parte 1.Surd.cons. 396.numer.7.cons.222.num.20.Ruginell.de appellation. §.12. Glos.2.cap.1. numer.22. Crapan.super statut.Mediolan.lib.1.cap. 69. numer. 97.98. 107. Petr. Cenedo in Collectan. iur. canon. par.1.collectan.37.num.8. Molina. de iustit. & iure disputat. 380.num.15.16.Mysinger.centur.5.obseru. 14.qui testatur decisum & centur.6 obseruat 33. num. 1. Foler in addition.ad Marant.de ordin. iudicior.par.4 distinct.11.n.78. Gregor. Lopes.in l. 57. tit.6.p.1.in Gl. verb. Ante Scappa de iure non scripto libr.1.cap.21 per tot.qui de communi restatur Marchesan.de commission.commission.2. cap.2.num. 18.19.sequen.Cancer. variar.resolut.lib.3.capit. 16. de litis contestat.num.131.cum plur.sequen.Latissime Caldas a Pereira de emption.& vendition. cap. 31, a nu.83.84.cum plur.sequen.Et hæc est verior opinio in praxi seruata licet aliqui alii contrariam partem tutati sint quos referunt Ambrosin.dict.c. 20.num.22.Grass.de effect.clericat.effect.1. nu. 261. Marta de iurisdict.p.4.centur. 1. casu 34. & Pereira vbi supra.

69 Ex diuerso id quoque procedit,si laicus † teneretur de euictione rei clerico venditæ, & clericus conuentus laicum laudaret, qui causam defendere coram Iudice Ecclesiastico astringeretur Moli.de iust.& iur.disput.380.n.15.16.

In tantum enim teneretur Clericus auctor laudatus possessorem coram Iudice laico defendere
70 vt non teneatur † Iudex laicus curare de inhibitione ab Ecclesiastico facta propter clericũ auctorem laudatum sed liberè spernere possit Socc. Senior.consil.99 nu.27.lib. 3. Honded.consil.25.numer.7.14. 15.& sequentes lib.1.Cabellin.de euict.§. 3.quæstion.2.num.122. Ambrosin. de immunitat. Ecclesiast.cap.20.n.26.Grass.de effect.clericat.effect. 1.num.263. Caualcan. dec.9. num.2.libr.1.Lancellot.de attentation.p.2. cap. 20. quæstion.3. num. 90. Marta de iurisdition.p.2.cap.4.num.26. Francis.Molinus de ritu nuptiarum libr.2.different. 10. numer. 10.11.

Praedicta quoque procedere dicendum est, nedum quando filijs à parentibus imperfectè circa iuris solemnitates, & inaequaliter testantibus integra legitima relinqueretur iure institutionis, 30 sed etiam si filius in aliquo † à patre instituatur, quamuis id ad valorem integrae legitimae non ascenderet, cum tunc filio non liceat testamenti paterni nullitatem petere, sed tantum esset aperta via ad supplemētum legitimae petendū *Gl.& Bartol.in l.3.§. sed vtrum ff.de minor in verbo patrimonium vbi Alberic.bene.Bald.in l. scimus §. eum autem C.de inofficios. testamen. Ias. in autent.nouissima num.15.C.de inoficiof.testament. Pichus in lege in quartam nu. 153.ff.ad legem falcidiam l. omnimodo vbi Bart.ex Castrens.C.de inoficios.testam.Clar.§.testamentum qu.44. Crass.§.legitima quaest.32.2.num. & §.testamentum.q.35.num. 20. Vasquez.de success.creation.§.30.num.79.Pereg.de fideicom. artic. 39.num. 58.Surd.conf.341.num.17. 18. volum. 3. Gomes variar.resolution.tom.1.cap.11.n.23.Molin. de iust.& iure tract.2.tom.1. disput.177.n.1.2.* illuminatur quoq.praedicta opinio pluribus rationibus. Primo, quia Imperator Theodosius *in d.§.ex imperfecto leg.hac consultissima. C. de testamen.* dū statui testamentum inter liberos solemnitatibus iuris positiui carentem substineri non distinguit vtrum aequaliter, vel inaequaliter fuerint liberi instituti: cum esset hoc quid maximi momenti vtique neque nos distinguere debemus *l.de pretio ff. de publiciana in rem act.*

Secunda namq.ratio, quia lex potissime mota ad indulgēdum inter liberos dispositionem parentum minus solemnem substineri fuit, vt parentes voluntatem suam inter liberos declarantes ror solemnia non requirant suumq; sortiatur effectum, & finem per parētes destinatum, & prin- 31 cipaliter † introducta fauore parentum, & nō filiorum nisi secundario, quod fundatur ex verbis textus *in d.§.ex imperfecto*, quae non fuerunt relata ad liberos sed ad parentes ibi *ex imperfecto autem testament. voluntatem tenere defuncti,& c. Euerard,conf.28.n.12.l.1.Viu.dec.407.num. 3. Caball. conf.106 n.4.vol.2.* quam rationem locum habere patet siue aequaliter, siue inaequaliter filii haeredes instituantur.

Tertia desumitur *per Faceb. dicto loco, & alios vers.tertium ex l. fin.C. famil. ereiscund. ibi seruato Senatus consulto auxilio defuncti voluntatem custodiendam esse inter liberos* & tamen ex trebellianicae deductione maximam oriri inter filios inaequalitatem demonstratur ad idem *est textus in l. filio C.eod.*

Quarto etenim Iustinianus statuit *in auten. de testa.imperf.& §.nos igitur omnia,& in autent.quod sine.C.de testam.* quod pater in testamento, quod inter filios facit inter cetera, vncias in quibus scripsit eos haeredes declarat, &c. Ergo si aequis portionibus esset a parentibus facienda institutio non esset necesse vncias, seu portiones declarare, in quibus quilibet ex filijs esset institutus, vt testamentum imperfectum valeret.

Quinto (& aequidem fortissima est ratio) quia frustra per leges daretur hoc priuilegium parentibus imperfectè, & absq. iuris solemnitatibus disponentibus inter filios vt eius dispositio valeret, si omnes essent aequaliter instituēdi, nā & sine parētum dispositione iam reducta successione filiorū ad causā intestati omnes aequaliter succederēt ad quid ergo hoc priuilegiū: vnde ne frustratoriū redatur, maximum hoc priuilegiū parentibus à lege indultum, sed vtile profiguumque eis, sit nō possumus aliter considerare vtilitatē illius dispositionis, nisi vbi pater in aequaliter testarus est inter liberos, & vni plus, alteri minus reliquerit, alias nihil differret causa testati à causa intestati, in tantū ergo abest dispositionē legum volentium testamētum imperfectum inter liberos valere, nō procedere in institutione in aequali in quantum adest vt in ea potissimum procedat, tamquam hac de causa fuerit introducta, vt pater possit suo arbitrio minus sollemniter inter liberos inaequaliter disponere.

Sexta ratio est fundata in quadam reuerētia à liberis parentibus debita, propter quam noluit legislator, quod liberi rescinderent paternum iudiciū, sed quale esset illud amplecterentur: noluit enim lex se mediā facere inter tā coniunctas personas cū illa rigorosa sollemnitate testamentorū, sed recte habere visum est si inter eos ex mera iurisgentium aequitate ageretur quae ratio colligitur *ex textu in auten.de testam.imperfect.circa princip.* vbi dicit quod lex voluit morientium voluntates, quādo sunt parentes modis omnibus inter filios tenere, & deinde subditur, quod erubuit lex parētes, &c. *& gl.ibi in verbo existētes* dicit, quod erubescit lex supponere parentes sollemnitati iuris communis respectu filiorum.

Septima est ratio, quia cum lex dicat, quod voluntas patris est seruanda ex testamento imper- 32 fecto inter filios per extentionem † siue interpretatione passiuam quae procedit in materia quātūcunq. stricta *l.1.§.l.falcid. vbi Bart.& DD.ff. ad legem falcidia* succedit quoq. alia iuris dispositio, qua sancitum est posse patrē honorare magis filiū gratum, quam minus gratum, aliis legitimam porrionem non negando *§.pen.in auten.de nuptijs.*

Alii inter istas ita inter se pugnantes opiniones 33 sedere distinctionis vtuntur nempe, † quod aut inequalitas per parētes inter filias seruata est magna, & cum magno excessu inaequalitatis, & quia tunc esset causa potissima rixae, & odij inter filios vtique procederet prima opinio *Speculatores,* &

& aliorum qui voluerunt parentum dispositionem inæqualem inter liberos nullam esse: Aut in æqualitas, est modica, & ne pro modico subuertetur paterna dispositio inter liberos quibus decet eam seruare haberet locum secunda opinio ita censuit *Iason. in l. hac consultissima C. qui testam. facer. posse. n. 4. circa med. Curt. Iun. in l. hac consultissima § ex imperfecto n. 2. C. de testam. Rubeus, Alex. cons. 6. & cons. 7. Soccin. Iun. cons. 147 num. 44. vol. 2. Bertrand. cons. 240. n. 8. Mantica de coniectur. vlt. volunt. l. 6. tit. 2. n. 19. Gabr. de testam. lib. 4. concl. 6. n. 4. Boer. dec. 240. n. 9. Magdal. de num. in testam. requisit. p. 1. c. 16. n. 152. Viu. dec. 407. n. 8. 10. seq. per tot. Couarr. in cap. Raynutius §. 1. n. 3. de testam Ioseph. Ludouic. conclus. 57. vers. hac tamen limitatio Mandos. ad Rom. cons. 485. Costa de remed. subsidiar. remed. 55. numer. 8. Pute decis. 431. libr. 1. Beretta cons. 84. n. 2. volum. 1. Ladercb. cons. 22. n. 2. 3. &* cum ista trāsit *Cabal. cons. 106. n. 35. vol. 2. Flamin. de Rubeis cōs. 26. n. 25. Giurb. super consuet. Mess. p. 1. c. 6. gl. 2. n. 5. fol. 433. Gratian. discept. 219. num. 28. 29. 30. volum. 2.* illotum distinguentium inter modicam, & magnam inequalitatem, ratio est prædicta, quia vbi maxima est inęqualitas inter fratres, lites, odia, & discordiæ immortalis oriuntur, vnde iustum, vel æquitati consonum non videretur testamētum imperfectum patris eo casu seruari debere; secus si modica sit inæqualitas nam tunc potius æquum videretur patris voluntatem seruare, quam ob modica inæqualitatem fratres contendere.

Sed vere hæc distinctio fundata in quadam æquitatem non scripta vltra, quod mihi iure non probatur contra eam militāt supradictæ rationes & auctoritates, quæ indistinctè, & generaliter procedunt etiam si magna inæqualitas fuerit in portionibus filiorū à parentibus descripta, prout etiam *dixit Natta d. cons. 622. in fi. Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 2. tit 2. n. 20. in fine.*

Non obstat *Speculator* adductus per *Romanū supra*, qui est ante signanus prioris opinionis, cuius auctoritate freti sequuntur DD. omnes pro prima opinione relati quia *Specular. ibi* loquitur quando testator habens tres filios, vnum instituit reliquis præteritis nam dicit testamentum nullū ratione præteritionis, quod tenent omnes in *d. §. ex imperfecto* non autem loquitur quando esset facta inæqualis instituto, & ita respondent *Natta d. cons. 622. n. 22. Mantic. de coniect. vltim. volunt. l. 6. tit. 2. num. 23. vers. neque etiam obstat auctoritas Speculatoris Grat. discept. 298, n. 2. vol. 2.*

Nec resistit ratio æqualitatis seruandæ inter
34 filios nam illud procederet† nisi contrarium etiā ex coniecturis, & mente testatoris constaret inæqualitatem seruare velle inter filios *lege. vt liberis ibi nisi, C. de collat. Alex. cons. 158. n. 15. vol. 1. Curt. Iun. cons. 110. n. 8. in fi. Ruin. cons. 9. n. 5. vol. 2. Paris. cons. 61. nu 32. vol. 2. Neuiz. cons. 45. in fi.* vbi adducit *Luca de Pēna, Dec. & alios. Surd. cons. 244. n. 17. vol. 2. Natta. dict. cons. 622. n. 13. Zancus in l. heredes mei §. cum ita p. 1. n. 86. ff. ad Trebell.* vbi dicit coniecturatam sufficere voluntatem. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. libr. 6. tit. 2. n. 7.*

Ant. de Amat. P. II.

SVMMARIVM.

1 *Assecurationis contractus in Regno frequens est.*
2 *Assecurator tenetur mille restituere si merces valoris mille assecurauerit, si aduersa fortuna perierint.*
3 *De valore mercium an assertioni domini credendum sit ad præiuditium assecuratorum.*
4 *Assecuratis mercibus in naui oneratis simpliciter an pretium loci destinati, vel vbi merces empta, & onustæ sunt soluendū ab assecuratoribus sit mercibus peremptis. & n. 5. 6. 10. & seq. per tot.*
7 *Pretium iustum iudicatur esse pretium commune, & quantum res in loco vendi posset.*
8 *Pretium loci destinati tanquam incertum ex pluribus, quæ possent accidere non videtur spectandum, & n. 9.*
9 *Destinatum non habetur pro facto quamuis opus sit captū si adhuc est remotū ab eo quod erat destinatum. Damnum non patitur, qui spem perdit lucri nondum facti, sed quod est tantum in fieri n. 9.*
10 *Pretium loci destinati an sit spectandum.*
11 *Res censetur esse illius loci, & in illo loco, quo est destinata.*
12 *Destinatio quando est iam ad aliquem actum deducta habetur pro perfectu, & pro facto impleto, & perfecto.*
13 *Interesse quanti plurimi debetur propter certam loci destinationem.*
14 *Destinatio est qualitas, ex qua pre tium rei destinatæ augetur.*
15 *Lucri radicati, & ad actum pro ximum reducti eadem est ratio sicut damni.*
16 *Interesse quanti plurimi venit sub nomine damni, & n. 18.*
17 *Interesse lucri cessantis, quod est radicatum, & certum iudicatur vti damnum.*

ARGVMENTVM.

Assecuratis mercibus in ęstimate, & aduersa fortuna peremptis, an debeatur per assecuratorem prętium loci destinati, vel loci, in quo merces onerate, & empte fuerunt.

RESOLVTIO LXXXXI.

1 ASsecurationis contractus† non minus apud nos frequentatur, quam apud Florentinos, & Genuenses frequentari testatur, *ex Alex. & Ias. Lupus in c. nauiganti §. 1. idest post præfatione. n. 4. vers. colligitur modo & n. 5. de vsur. in tr. diu. t. 7. f. 135 & Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 1. n. 130.* quo quis à casu sinistro assecuratur licet damnum, & lucrum a mera forte, & fortuna pēdeat *Medin. Sotus, & Michael. Sal. per Scacc. d. §. 1. q. 1. n. 128. 131.*

Cumque variæ casus, & forma assecurationis contingat non semel insurgit controuersia in earum intellectu, & exequu tionē aduersus assecura-

2 ratores, de primo † casu veluti de indubitabili nō disceptatur nēpe quādo merces fuerūt in assecuratione extimate, vt si fortuna, vel periculo merces valori mille perierint, vel ad locū non accesserint assecurator mille teneatur resarcire, & soluere *ita Santer. de assecuration p. 3. nu. 43. & seq tom. 6. p. 1. fol. 352. Stracc. de assecuration. Glos. 6. sub n. 4. versic. prim. Scaccia de commer. & camb. §. 1. q. 1. sub num. 169. versic. primus casus*, & si ipse bene sub distinguat hūc primum casum, seu modos, quibus

3 possit contingere sub neptat, nempe † si dominus mertium sua affettione dixerit suas merces velle assecurare, quæ valent mille quia tunc dubiū est, cui incumbat probandi onus merces non tanti valuisse ad effectum, vt assecurator possit dici deceptus, vt assecuratio lęsionis prætextu rescindatur *Sant. in loco præcitato, & Strac. d. gl. 6. n. 4. 5.* qui videtur inclinare, quod hoc onus incumbat assecurato nisi partes in instrumento iurassent omnia contēta esse vera quoniam staretur tunc extimationi relato modo enunciate, ob id assecuratori transferetur onus contrarium, probandi, quibus accedit *Scaccia loco præcitato*,

4 Secundus casus, † qui verius magis continet difficultatem est, quando merces fuerunt absque alia extimatione, vel certa pecunia summa assecurate, in quo de facto dubitatum fuit, quod pretiū vel mercium valor spectandus esset naue cum mercibus fortunæ iniuria naufragata in maribus Barchinoniæ, quo iter tendebat an pretium loci, in quo merces à domino assecurato empte sunt, & in naui onerate, vel loci, pro quo sunt, assecura-

5 te, & destinate circa quod† de plano quæstio procederet si assecurationis forma inspecta per assecuratores promisū esset merces in tali naui oneratas valore non expræsso saluas fore in aliquo loco nēpe Barchinoniæ cum tunc destinati loci valor spectandus, ac per ita assecurántes soluendus esset *ad text. in l. fi. de condict. tritiearia Santer. de assecuratione p. 3. num. 41. tom. 6. par. 1. fol. 352. Stracca eodem tract. Glos. 6. sub n. 1.* quamuis in hoc casu Genuæ statutum cum temperamento quodam disposuisse testarut *Scaccia de commerc. & cambij. §. 1. quæst. 1. sub num. 169. vers. prima species est fol. 45.* similiter etiam videtur sentire *Scaccia d. loco* cum de summa mertium onustarum assecurantur puta mille, & in loco destinato secūdum loci destinati valorem tanta pars meritum salua peruenitet, quæ ad dictam summā ascenderet, *ex Santer. & Stracca*, ad quos remittit, licet casum non terminet ob partium præiuditium asse uerans coram ex veluti Iudice de facto puntum tunc pendere decidendum.

6 Sed si indistinctè † per assecuratum assertinæ enuntiatum sit merces talis generis Barchinoniæ puta allarū fore in tali naui per talem patronata, & mercatores merces onustas inde assecurauerint nec loci destinati, nec valoris quantitate expræssis, tunc prætiū loci quo merces onuste, & em-

7 pte sunt videretur spectandum, cū iustum† prætiū sit, quod commune est, & quantum res in loco vēdi posse iudicatur non habito respectu ad id quod alius foret forte oblaturus in loco destinato *Cum. Castrens. & Augel. & Iason. in l. qui Romæ §. cobare-des ff. de verb. obligat. Ripa in l. 1. in fine ff. de priuil. creditor. Iacobin. de Santo Georgio de feud. in verbo cum pacto de non alienando n. 36. Couarru. variar. resolut. lib. 3. c. 14. n. 6. vers. quarto præmissa Burs. cons. 99. n. 16. Menoch. cons. 137. Tiraquell. de retract. Lignagier. §. 1. gl. 18. num. 3. Maxia. de Taxia panis cōcl. 5. num. 113. Surd. cons. 205. in fine Caualcan. dec. 27. numer. 63. vers & isto casu p. 3. Amode. de Ponte de laudimio quæst. 13. columna. 2. in fine Gabr. cons.*

8 *147. n. 2. libr. 1.* nec videtur† spectandum pretium loci destinati tamquā incertum ex pluribus, quæ possent ob loci distantiam, & nauigationem accidere, antequam ad locum destinatum merces

9 peruenissent quo casu † nec destinatum haberetur pro facto, nec dominus mercium dici potest damnum passus cum dicatur tantum amisisse spem lucri futuri, & in certi non dum facti, sed in fieri, quamuis dici posse spem esse paratā ad lucrum *Natta cons. 450. n. 7. Tiraquell. de legibus connubialibus gl. 2. nu. 35. ad text. in l. quemadmodum §. plane ff. ad leg. aquiliam vbi DD & leg. iactum rectis ff. de actiou. empt. Burs. cons. 68. Hip. Rimin. cons. 52. n. 42. & cons. 815. num. 5. & 34.*

10 Contrariū† vt sit spectandum pretium loci destinati, & prout cōmuniter ibidem in foro vendi possent *ex cap. in præsenti §. porro vbi notat Geminian. de præben. in 6. Alexand. cons. 129. nu. 8. libr. 7. Angel. in l. final. ff. de condictio. tritricar. Alex. in l. vinū ff. si cert. petat. vbi Cinus Alber. in princip. Dec. n. 11. Caguol. num. 7. in 4. notab. Butticella num. 11. Bolognett. num. 34. Oldrad. cons. 168. Bald. cons. 395. nu. 8. lib. 2. Rota Genuæ decis. 117. Bolognet. in l. vnica nu. 121. vers. quæritur C. de senten. quæ pro eo* *Sotus Gaetan. Nauar. & Aragon.* qui ad diuersum finem fuerūt adducti in causa illorum mercatorum Bononientium de Iuchinis contra ciuitatem Mesanæ *per Mastril. decis. 17.* quæ fuit causa per supre-

11 mos, & doctissimos Consiliarios terminata; † & tes censetur illius loci esse, & in illo loco ad quem est destinata *leg. si ita legatum ff. de leg. 3. Croc. cōs. 372. num. 20. Crauet. cons. 944. num. 14. lib. 5. Alex.*

12 *dicto cons. 129. n. 8. libr. 7.* & † quando destinatio est iam ad aliquem actum deducta habetur pro perfecta, & pro facto impleto, & effectuato *Bart. in l. inter catera § fin. ff. de leg. 1. & ibi Doctoris Alexand. cons. 7. numer. 6. libr. 3.* vbi vinum, quod erat destinatum Venetij habetur ac si ibi esset delatum, & talis destinatio habetur pro facto perfecto *Rota Genuæ decis. 25. numer. 8.* vbi nauis, quæ ceperat viagium de ea iudicatur ac si ad locum

13 peruenisset inde est† quod propter certam destinatione debeatur interesse quāti plurimi loci destinati *dixit Bolog. in lege vnica numer. 121. versic. quin imo C. de senteut. quæ pro eo quod interest.* & nō

14 est dubium † quod destinatio est qualitas, ex qua pretium rei destinate augetur vt præter nostros iuris prudentiæ professores probāt *Theolog. Solus lib. 4. sententiar. distint. 15. quæst. 6. Gaetan. secunda secunda quæst. 79. artic. 2 Nauarr. de vsuris num. 46. & 47.* vbi quod auferens triticum, quod erat paratum ad seminandum, seu pecuniam quę erat destinata ad negotiandum tenetur plus restituere.

Ex eo magis corroborabatur ius domini mertium

tium

tium assecuratorum eum docuerit de partito iã firmato,& prætio certo mercium conuento cum mercatoribus loci destinati , & emptoribus ex quo dupliciter consideratur assecuratum exi-
15 stere,in damno,primo,quia † ex venditione prædicta habebat lucrum radicatũ reductum ad actũ proximum,quo ad instar damni iudicatur, & dicitur,in damno versare, qui dictum lucrũ iam radicatũ habet *Bald.Imol.& Alex.in l.nõ amplius in princ.ff.de leg.1.Alex.cons.89.num.13.cons.169. num.14.l.2.plene Roger.cõs.57.n.24.26.Surd.cons. 321.n.22.23.& cons.440.n.32.& de alimen.tit. 9.q.39.num.13.Card.Tusch.conclus.4.num.7.& 17. litt.D.Castill.decis.11.num.30.& seq.Gratian.di-
16 sceptat.56.num.42.in fine libr.1.* Hinc interesse † quanti plurimi venit sub nomine damni ac totũ ideo debeatur cum sit interesse circa rem dixit plene *Bolognet.in l.vnica nu.108.n.116.vers.secunda conclus.C.de senten.quæ pro eo quod interest. Bocc.de interdict.cap.17.seu 18.num.84.85.tom.3. part.2.fol.314.Rebuff.in rubrica C.de senten.quæ*
17 *pro eo quod interest n.23.*& idẽ † in interesse lucri cessantis quod est radicatum , & certum potius damnum dicitur *Alex.cons.69.& 104.lib.5.Paris.cons.19.num.244.libr.2.Magon.decis.25.sub n.*
18 *87.in lucen.* secundo † cum vere dicatur esse in damno ne dum ratione dicti lucri radicati,sed ex damni refectionem emptoribus fienda propter mertium traditionem,& consignationẽ promissam,& in loco non factam ex mora,quod pretium continet *iuxta notata in leg.vinum ff.si certum petatur.*

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur pro filio dotem recipiente nè dum ad dotis,sed etiam dotarij restitutionem.*
2 *Tacitus patris consensus sufficit,vt ad dotium restitutionem teneatur pro filio.*
3 *Fideiussor dotis ad accessoria quoque tenetur vsuras,& dotis augmentum.*
4 *Dotis appellatione an veniat dotarium, & numer. 12.*
5 *Hypoteca datur pro dotario sicut pro dote ipsa.*
6 *Via exequutiua an competat pro virtuali obligatione de iure ex instrumento resultante, & n.10.*
7 *Dispositio §.trasgrediamur l.si cum dotem cessat in vrbe stante consuetudine cap.48.*
8 *Fideiussio restringitur ad causam expressam , & non ad aliam.*
9 *Restitutio dotis an peti possit via exequutiua in casu vrgentia viri ad inopiam constant matrimonio si in eum casum expresse non fuerit promissa restitutio,vel in omni, & quocunque casu restitutionis.*
11 *Clausula quæ omnia,& cætera importat stipulationem pro omnibus, quibus interest , & interesse potest.*
16 *Dos,& dotarium inter se satis differunt.*
Verba contra stipulantem accipienda sunt, qui potuit apertius legem dicere.

ARGVMENTVM.

Fideiussor dotis an ad dotarij conuenti cum marito restitutionem exequutiuẽ cogi possit ad intellectum capitulorum Ritus 99.101.110.& 111.

RESOLVTIO LXXXXII.



Arito idẽq;filio dotem recipiente eodẽque : in dotali instrumento certo constituto sponse dotario seu ante fasto,& si ad prædictorũ restitutionẽ se exprese obliget in casibus de iure restitutioni eorum dispositis tamen extraneo fideiussore , vel eiusdem mariti Patre dotium restitutionem cum marito promittẽte nullo dotarii in promissione fideiussoria,& instrumento adiecto verbo , sed dotes dotatas restituere spopõderit videtur ad dotariũ fideiussionem prædictam extendi posse , vt admodũ via exequutiua (quid quid sentiam de ordinaria) ex eo publico instrumento ad dotarii prædicti restitutionem,& solutionem cogantur , veluti , & maritus ipse ad id propria obligatione astringeretur.

1 Primo in parte iure communi attento † teneri videretur nõ solum ad doris restitutionem, sed ad dotarii solutionem *ex Ias.in §.fuerat in fine de act. Prouinz.in l.si cũ dotem §.trãsgrediamur in fine sol. matr.vbi Barbos.Mastr.dec.46.n.4.Afflict.dec.332.n. 3.Fab.de Ann.cons.76.n.8.Facch.cons 29.l.1.Dec. cons.39.n.42.lib.2.Philipp.Pascal.de virib.patr.potest.p.2.c.7.n.79.Pand.in tract.de dotar.p.2.q 18. vers.ego probo Ioan.Lup.in rubrica de donation.inter vir.& vxor.§.24.Intrigl.sing.90.nu.23.l.3.*
2 & sufficere† tacitũ patris cõsensum *dixit Facch. cons.84.lib.1.Cabal.cons.72.Surd.decis.47.& 62. Hier.de Leo.dec.Valen.54.Fõt.de pact.nupt.claus.7. Gl.2.p.2.n.65.66.vol.2.fol.560.* Nec obstaret *Milan.dec.19.& Mastr.dec.46.*prætextu , quod pater non teneretur si fortè donauerit propter nuptias vel casu quo filius ante matrimonium erat emancipatus *ex Greg.Lopes Gl.2.p.5.tit.13.l.23.*qui aliter loqui videtur vel quando pater nõ consensetit matrimonio filij emancipati *ex Surd.& Cabal. dictis locis Bimi.cons.242. Barbos.in §. trasgrediamur num.23.vers.nam cum pater.*

Secundo fideiussor , vel pater teneri videntur ex forma pacti,& obligationis, quia dotium resti-
3 tutionem promiserint quia fideiussor † pro dote ad accessoria quoque tenetur,& ad dotis augmẽtum *Negusan.de pign.p.2.membr.4.num.19.48.& sequen.& num.51.56.Camerar.in cap. imperialem fol.51.lit.C.de prohibita feudi alien.per Federic. Cumia Ritu 94.n.7.Surd.de aliment.tit.8.quæst.50.n. 2.& dec.212.Gabr.cons.152.nu.7.lib.2. Burs.cons. 32.Gratian.disceptat.53.num.7.8.& disceptation. 726.numr.21.lib.4.* & quando esset promissa restituendos integra , vel tota , quod com-

præhendatur dotatium *Alex.conf.34.lib.2.Alba. Mandell.conf.352.*

4 Tertio quia dotis † appellatione venit dotarium ex vi comprahensiua, *Isern. in cap. 1.§.donare sub num.6 qualitat. olim.feud.poter. Cumia Ritu 6.num.88.& Ritu 94.num. 17.Gramat. dec. 103. num.87.Bellon conf.17.num.3.Curt.Iun.conf.6. post num.11. Natta conf.519. ad finem Lupus in rubric. de donation.inter vir.& vxor.§.17.num.14. Couar. in cap.quamuis de pactis in 6. in 2.part.§.1.num. 10. Vincent.de Franch.decis.182.num.5. Thesaur. dec. 45.num.2.per Mastrill.decis.73.nu.21. Bursa. conf. 120.num.26.Intrigl.de feud.centur. 2. art. 6. num. 77.Nepita in Consuetud. Cat. tit. 13. num. 37. 38. ex l. eum multi §.final.& l.fin. C. de donat. antenuptias Fuscus in suo sing.verb.antefactū Fab. de Ann. conf.36.Serafin.de iuram.priu.76.n.4.5.Grat. decis. 194.n.7.8.* vbi quod,quo ad restitutionem dos,& dotarium æquiparantur *ex Ancharan. in cap. fin. in 10.notab.n.10.de donat.inter virum,& vxorem Carpan.ad statut. Mediolan.ca.298.num. 228. 229.seq.*

5 Hypotheca quoque † pro dotario competit ac si pro dote ipsa circumscripto pro modo an cum pari priuilegio nec ne *Bald. in l.2.in vltimo notab. C. de bon. quæ liber. Crauett. conf.185.num.1.Grat. discept.53.num.8.11.15.lib.1. Barbosa in l.si constante in princip. num. 7. in fine ff. solut. matrim. ex l.2.C.de bon. quæ liber.& ibi Bald.num.1.& ex l. si costante vers.Iura C.de donation. ante nuptias clare probat.l.assiduis vers. fin. C.qui potior.in pig.habeantur.Gl.in leg. vbi adhuc 29.C. de iure dotium verbo suppositos Franc. dec.182.Paris. conf. 49.num. 41. lib.2. Misinger.cent.5.obser.4. Mols. in Consuetud. Neapol.part.7.de iure quartæ quæst. 12.num. 5. Gomes l. Tauri 50.n.41.Surd. conf.397. n. 19.l.3. Couar.var.resol.l.1.c.7.n.1.vers. eodem pacto Ponte conf. 80.n.4.8.lib.1.*

Quarto pro via exequutiua eam competere
6 prætendi† potest prætextu quod sufficiat virtualis obligatio de iure ex instrumento, resultans ex traditis *per Doctores in cap. translato de constitut. Gratian.disceptation.37.& 115.& disceptat. 323.n. 9.10.11.& disceptat. 444.a num.45.& seq. de communi,Carroc.de excussion.bonor.l.2.q.6.Ruginel.practicar.q.cap.20.Menoch.conf.1124.num. 40.lib.12. & libr.3.præsum. 5.num.8. Surd.conf.201.num.14. & decision.254.num.39.Bertazol. de clausul. Glos. 16.clausul.4.Carpan. ad statu Mediolan. cap. 42 n. 3.libr.1.qui de communi testatur Franc.decis. 325. Nepita in consuetud.Catin.tit.14. consuetud. 1.Barbos.post longam discussionem in 3.part.lib.1.num.21. vers.ex quibus,& sequen.ff. soluto matrimon. Afin. de exequution.§.1.capit.55.& capit.62.* quæ magis procedere dici potest attento quod *Ritus cap.101.* obligationem de iure expressam requirit nec *per cap.111.* correptio est præsumenda , stante ergo hoc statuto hanc esse magis communem testatur *Cum.ritu.6.num.83.Carpan.dicto cap. 42.num. 3.29.& seq..Alex.conf.126.lib.6.Menoch.dicto cōs. 1124.Casanate cons.60.Ruginel.vbi supra Barz decis.16.num.37.38.*& ita tenent *Montaltus Bonior. Podius & Percola super dicto Ritu* tandem respectu dotariæ taciti promissi *Cumia Ritu 6.num.88.*

Rugin.practic.q.c.20.n.12.13.Intrig.defeud.cent.2. art.7.n.103.

Verum diuersæ opinioni adhærendum est,nempe nō teneri fideiussorem ad dotarium,vel saltem conueniri non posse via exequutiua , quia cum obligatio de dotibus restituendis sit pro dotario non interuenit obligatio præsens ,& expressa à Ritu pro exequutione requisita *c.99.101.*

Et in patre nisi teneri pariter dici potest atten-
7 to quod sumus†in vrbe Panormi in qua cessat dispositio *§.trasgrediamur. leg.si eum dotem ff. solut. matrimon. stante consuetud. vrbis capit. 48.in fine*, qua filios nuptias contrahentes à patria potestate liberari,& emācipati sancitum est *Milan.decis. 19.par.1.Mastrill.decis.46.Cannet.in cap. volentes vers. sed non esses ociosum fol. 90. Philipp. Pascal. viribus patr.potest.p.2.c.7.num.82.Cast.decis. 152. n.170.171.libr.2.Gregor.Lopes l 23.Glosa.2.par.5. tit.13.Intrigl.singul.89.lib.3.Fontanella de pactis dotal.clausul.7.Glos. 2. p.2.num. 67. volum. 2.* vbi de constitutione Cataloniæ simili nostræ consuetudini vrbis textatur,quamuis *num. 70. & seq.* contra *Mastril.*concludat contractis sponsalibus per verba de futuro.

Item pater vel fideiussor cū interuenerit , quo
8 ad dotem,ergo † non quo ad alium effectum dicitur interuenisse,*argumento l. fideiuss. magistrat. §.1.de fideiuss.Mastrill dicto loco num.13.Gabr.cōs. 152. numer.8 libr.2.Milan.dec.19 p.1. in fine vers. vltimo.Fontan.de pactis dotal.claus. 7.Gl.2.p. 2.nu. 68.vol.2.*& fideiussio est stricti iuris *ex l. Blanditus C.de fideiussor.*

Cessare dicitur etiam viam exequutiuam ex nō expræssis verbis in instrumento promissionis , in
9 quo nil de dotario sicut dicimus † materia *leg.si costante ff.soluto matrimon.*si maritus promittat via exequutiua restitutionem dotis in casu mortis non potest molestari via exequutiua in casu inopiæ quasi promiserit in omni, & quocumque casu *ex Bartbol.in l.si costante num. 53.Bald. Nouell. n. 33.Barbos.num.13.53. 54.55.Hypol. Rimin. conf. 599.numer.1.conf.600.numer.26.Mastr.decis. 142. Menoch.conf.1124.lib.12.Franch.decis.617.libr.4. Surd. de aliment.tit.9.quæst.31.num.24. 25. tit. 8. priuileg.49.numer.10.sequent. Muta.dec.23.& Ritu 101.num.61.Ritu 102.num. 15.Mazol. conf.23. Caualcan. dec.13.num.12.decis.21.num.8.9.par.4. Anchar.conf.119.vers.secundo , & fortius Natta conf.81.apost. Ad Bart. in l. si cum dotem §. eo antē tēp.ff. soluto matr.*& si senserit in proposito *Meno. d.conf.1124.n. 23.*simplicem, & generalem dotis restituendæ promissionem comprahēdere casum restitutionis fiendæ obuergentiâ costante matrimonium cum,& ea vera restitutio ex vera causa,& de iure approbata sit *ex Bal.Imola. Rom. Gomes. Ias.Claud.Seissell.Rip. Dec. Lupo.Freza relatis per Burs.cōs. 120.n.35.quib Giurb.dec.16.n.7.& in consuetud.Mess.cap.15.Gl.2.n. 1.addition. sequendo Costam de subsidiar.remed.1.nu.3.Milan.decis. 7. n. 65.libr.1.Anton.Sola tit.de feud. ad decret. Blancæ p.2.Glos.1.nu.7.Carocc.de sequestr.p 1. quæst.5.n.3.* sed id etiam admissio non expræssa , sed virtualis erit promissio,& obligatio adexequutionem non sufficiens,vt dicam.

Ex-

10 Expræsse ergo† obligatione cessante pro dotario, quæ oculis corporeis in instrumento non legitur cessare etiam viam exequutiuam dicimus secundum veriorem, qua passim vtimur nec vltra dubitatur in Regno *Muta Ritu.101.num.41.Intrigl.singul.40.libr.3.Rota Romana decis.741.numer. 11.12 part.1.& decis.132.part.2.n.8.14.15.Galles de obligat.Cameral.Rubr.de vi instrum. obligat. Cameral.nu.14.15.fol.360. Scaccia de appellation. l.3.c.2.q.17.limit.9.n.16.fol.640.Macerat.var.resol.l.2.resol.60.casu 22.sub vers.ant etenim ex las. in l.certi conditio num.20.ff.si cert.petat. Hypollit. Rimin.conf.135.num.8.vol.2. Addictio ad Mobedan.dec.8.tit.de procuratoribus alias 288.lit. B. fol. 83.*& cessate etiam dicitur *Ritus* 101.loquens de obligatione expressa de iure stantibus capitulis *Ritus* 110.111.in quibus ad tollendam omnem dubitationē, quæ in praxi oriri solebat datur alia forma, & nō reperiuntur illa verba scilicet de iure expressam, sed tantum ibi, & probet obligationem expræssam, & præsentem, ergo non ex errore præsumuntur sublata illa verba (de iure expræssam) sed ex industria ad tollendas dubitationes, vt aperta sunt verba Ritus *dicto capit.* 110.& ideo *Prouinzal.*quem refert *Intrig.singul.* 40.*lib.* 3. di-
11 cit clausulā † quæ omnia &c. qua pro omnibus, & singulis, quorum interest aut interesse poterit stipulantum latis dicimus *cum Barth.in leg.2.ff.rem pupilli saluam fore Guid. Pap.conf.6. Paris.conf.82. num.2.volum.1.Gratian.disceptation.455.num. 23. Gab.de iure dotium concl.3.n.6. Bertaz.de claus.instrumentor.claus.18.Gl.5.n.8.*operari exequutionem circa exptæsse promissa non circa ea, quæ in consequentiam, vel per subauditos intellectus vbi ita testatur decisum reiecto *Boniorn.Ritu* 102. *num.15.*
12 Nec sub promissione dotis† intelligi dotarium diei potest tāquam diuersum *ex Vincent.de Franc. decis.* 71.*num.* 13. *Felin. de Rub. & Salern. super consuetudin.Neapol.vbi.dos fol.*234.& licet in multis æquiparantur ad textum *in leg. final, C. aduell. Afflict.decis.*154. *Franc. decis.* 282. & 519. sunt tamen inter se diuersa *Addictio. ad Capic.dec.65. littera A.*vbi late dicit, & in multis discrepant, vt ibi per eum *late Ricc. Collectan.* 1458. *part.* 4. *Cannet.in cap.valentes fol.47.Sances.de matrim.disputat.40.Mastr.decis.73.libr.* 1. merito fideiussor pro dote non debet intelligi pet dotario *ex Bald. conf.103.libr.3.Vinc.de Franc.decis.*181. & dotarium non dicitur restitui, sed constitui, fideiussio ergo de restituendo dotem non est extendenda ad
13 dotarii constitutionem, & in dubio † verba contra stipulantem accipienda sunt, qui legem apertius non dixit *l.veteribus ff.de pactis Surd.conf.27. num.12.& de alimen.tit.6.quæst.1.num. 26. decis. 202. num.19.conf.321.num.10.Becc.conf. 37.num. 15.conf.41.num.10. 29.conf.101.num.14. 68. 69. Moroc.conf.9.num. 28. Menoch.conf.1106. num.4. conf.1060.num.9.Cesar.Manent.de liuell. pacto 7. num.13.& pacto 8.num.13.Bursa.consil.4.num.29. Crescen.decis.3. de presumpt. Anton. Sola in commentar. ad decret.antiqua Sabaudiæ tit. de iure emphit.Glos.7.num. 14. Velanzuol. Velasques conf.2. num.86.*

Prædictis discussis in causa Iacobi Bonello cōuentо cum Sicilia Meli actricæ anno 1613. fuit visum Regiæ Curiæ Prætorianæ non competere viā exequutiuam, & fuit dictum pro conuento, quod oppositiones stent saluis iuribus actori, si quæ competunt veniendi via sua admissa expensarum compensatione.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus in causa principali pēdente appellatione, vel infra terminum ad appellandum ab interloquutoria lata in articulo præiudiciali an sit nullus.*
2 *Sententia, & terminus datus articulo præiudiciali pendente sunt nulli.*
3 *Impedimento, vel litt. B. sublata libere ad vlteriora proceditur in causa, & quando n.7.*
4 *Præsumptio aliqua an remaneat pro sententia à qua est appellatum.*
5 *Appellatio ab interloquutoriæ non suspēdit nisi post inhibitionem.*
6 *Paria sunt appellasse, vel esse infra tempus ad appellandum.*
8 *Tacens in iudicijs pro consentiente habetur.*
9 *Articulo præiudiciali non obstante Iudex procedit ad vlteriora in causa principali non opposito impedimento vel litt.P.*
10 *Iudex potest articulū cauillosum à principio nō admittere, vel eo admisso potest ad sententiam, & vlteriora procedere non obstante, quod pars protestatur vt decidatur in scriptis, & non per transitum adulteriora.*
11 *Pars debet protestari, & supplicare à denegato impedimento, & lit. P. per Iudicem stante articulo præiudiciali de medio.*
12 *Impedimentum, & litt. P. debet poni, vel auferri data notitia parti.*
13 *Terminus siue dilatio datur, & suspenditus notificata parte.*

ARGVMENTVM.

Terminus in causa principali an nulliter detur pendente appellatione ab interloquutoria super articulo præiudiciali lata.

RESOLVTIO LXXXXIII.



X parte curatorū Ciuitatis Leontinorum in causa præcedentiæ aduersus canonicos Ecclesia collegiatę Sanctę Alfij Ciuitatis eiusdē, inter quos de huiusmodi articulo disceptatum est prætendebatur, quod omnes
1 † termini in causa principali dati pendente decēdiu, & etiam post appellationem interiectam essent nulli, quia pendebat præiudicialis articulus si appellatio debebat admitti, vel nè, quo penden-
te

2 tet nō potuit procedi in causa principali, nisi nullitet, & ad dationem dictorum terminorum *Magon. decis. Lucens. 37. Lancellot. de attentation. appell. pendend. ampliation. 19. Muscatell. in praxi par. 5. gl. reseruatis num. 42. Castill decision. 54. num. 1. Mastr. decis. 127. & 187. lib. 2. Giurb. decis. 36. n. 13. & dec. 33. nu. 7.*

Sed fatendo proximam conclusionem, & quod dicit *Magon. & alij* quod pendente articulo præiudiciali debeat supersederi in causa principali, vsque quo decidatur, responsum fuit, quod vtrique fuit seruatum in dicto casu, quia proposito articulo fuit apposita littera P, & fuit supersessum, vsque quo fuit decisus articulus, quod appellatio admittatur, & sublata littera P. data no-
3 titia parti, post quam vero fuit † articulus decisus & fuit de facto sublata littera P. non est dubitandum, quod possit procedi, nam propter illam decisionem articulus non pendet, seu verius quamuis pendebat terminus ad appellandum ab interloquutoria, adhuc articulus, non videtur, quod sit amplius, ita releuans, & præiudicialis, prout erat ante decisionem articuli, nam præsumitur pro sententia, quamuis ab ea possit appellari, vel
4 iam appellatum sit, licet enim † appellatio eneruet sententiam tamen semper remanet aliqua præsumptio pro sententia ipsa licet in hoc sit opiniones hic inde, vt videre est apud *Bald. in l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoffic. testam. Monald. cons. 126. nu. 12. vol. 1. per Glos. in l. 2. C. vt lite penden. Peregr. cons. 2. numer. 66. libr. 1. Surd. cons. 61. num. 44. & cons. 246. num. 2. Gratus cons. 77. num. 1. libr. 2. Alexandr. cons. 117. nu. 4. l. 7. Mascard. de probation. conclus. 16. num. 14. & conclusion. 1296. num. 1. Menoch. libr. 1. præsump. 35. libr. 2. & præs. 67. n. 26. 45. 46. Gabr. de sententia conclus. 4. & conclus. 6. num 23. Raudens cons. 3. num. 117. libr. 2.* Ap-
5 pellatio enim † ab interloquutoria in articulo præiudiciali prolata non ligat manus Iudicis, a quo vt non progrediatur ad vlteriora in causa principali, nisi post canonicā inhibitionem Iudicis ad quem, & interim gesta nō reuocantur tamquā attentata *c. solum de appellat. in 6. Glosa in clemēt. prima de sequestra posse. & fruct. & in clement. 1. de re iudicata. Imola in l. expressim col 15. in 94. concordia de appellat. Alex. in l. de pupillo §. qui opus num. 5. vers. vel tertio de oper. nou. nuntiation. Franc. in cap. super eo num. 6. & seq. de appellation. Aret. in §. appellatur col. 8. vers. vel tertio institutio de exception. Guid. Papa decis. 436. versicul. secundo quæro. numer. 9. Marant. de ordin. iudic. p. 6. tit. de appellation. numer. 161. & 169. Lancellot. de attentation. cap. 12. ampliation. 15. num. 20. & limitation. 1. numer. 1. 2. 3 Misinger. centur. 4. obseruation. 44. Herculan. de attentation. capit. 30. numer. 170. Thesaur. decis. 49. num. 1. Mascar. de probation. conclus. 148. num. 28. Carroc. de remed. contra senten. exception. 22. quæstion. 15. Nenizan. cons. 6. nu. 15. Bero. cons 106. num. 9. volum. 3. Cardin. Seraphin. decis. 1168. num. 1. Vin. decis. 380. num. 44. Amat. dec. 59. num. 11. Farinac. quæst. 38. num. 31. Scaccia*
6 *de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 57. 58. sequen.* Patia † namque sunt in proposito appellasse, vel infra terminum ad appellandum esse *cap. non solum de appellation. in 6 Glosa magistralis in l. iudiciorum vers. sequuta ff. de excusation. Corset. in singular. verbo appellation. versic. item operatur. Marc. decision. 760. Viu. commun. opin. lib. 2. opi. 30. incipien. attentata in secunda ampliation. Alexand. consil. 99. visis libr. 5. Milus in suo repertorio verbo attentata. Guid. Pap. decision 74. in causis ciuilibus. Capic. decis. 167. num. 2. Couar. practicar. quæst. capit. 23. nu. 2. Gratus cōs. 16. visis num. 6. lib. 2. Afin. in praxi §. 31. cap. 2. limitation. 3. per tot. Anton. Padilla in l. trāsigere nu. 45. C. de transactio. Gomes in leg. 4. Thauri numer. 6. & leg. 70. Thauri num. 11. Lancellot. de attentat. c. 11. num. 18. 19. Gutter. cons. 52. numer. 23. Iodicus Daumadherio in suo encheridion. parium, vel similium iuris in verbo appellationis tempus in tomo 1. commun. opinio. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 47. vers. paria de appellat. libr. 3. c. 2. q. 17. limit. 2. sub n. 26. comprobation. 1. f. 444. Castill. decis. 117. n. 7. vol. 2.*

Vlterius dicebatur, quod cum fuerit de facto
7 † sublata littera P. data parti notitia non est dubium quod potest procedi in causa principali, & sic ad dationem terminorum cessante, & remoto, obstaculo, nam quando fuit data notitia parti, quod litera P. aufetabatur debuit comparere, & instare, quod non auferatur, quia adhuc pendebat decendium ad appellādum, & quod appellare intendebat, cum ergo hoc non fecisset, sed tacire
8 consentiisset, quia in † iudiciis tacens pro consentiente habetur *l. cum ostendimus §. final. de fideiuss. tutor. Cumia Ritu 40. num. 161. 165. sequent. Bero. in cap. 1. de restitut. spoliator. reiectu Innocentio,* & tacitus cōsensus in iudicijs idem operatur, quod expressus *Iason. in l. qua de. num. 77. ff. solut. matrimon. Bartbol. & Ripa num. 72. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquiren. possess. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. quæst. 15. num. 161. 174.* Item in iudiciis sufficit consensus præsumptus ex taciturnitate *Tiraqu. de legibus connubial. Glos. 7. n. 23. 30. 37. Mouter. decis. 30. num. 30. Surd. cons. 445. nu. 24. cons. 465. num. 10. cons. 288. num. 25. & dec. 47. Cardin. Tusch. conclus. 747. num. 3. littera. C. vol. 2. Gratian. disceptation. 4. num. 21. & dec. 54. num. 6. Crauet. cons. 74 nu. 8. Ruginell. practicar. quæst. c. 27. n. 3. Lancell. de attentat. p. 2. cap. 4. lim. 16. n. 3. & seq. Mandel. cons. 485. Mastr. dec. 157. num. 24. 25. vol. 2.* non est dubium quod potuit procedere adulteriora.

9 Fortius quod quantumcū que † sit præiudicialis articulus tētatus propter quod de iure deberet supersederi vt dictū est, tamen si pars nō istat apud Iudicē, quod opponatur littera P. vel impedimentū per Iudicē ne procederetur adulteriora, & Iudex non apponit certum est quod potest procedi adulteriora, non obstante articulo præiudiciali, idem quoque sentit expresse *Castil decision. 200. vol. 2. n. 3. 4. 5.* qui adhoc allegat textum *in l. a procedente C. de dilation. Castrens. cons. 334. nu. 5. vers. interdum vol. 1. Mastril. decision. 187. tom. 2.* Ratio est quia quando pars non instat, quod apponatur littera P. quæ aliud non denotat nisi quod pendet causa, vel habet articulum pro non releuante, vel nō curat si procedatur confidens in viribus articuli, & quod obtinebit in eo, si vero instat & Iudex

dex non vult mandare, quod apponatur littera P. vel impedimentum tunc apparet, quod Iudex nō habet articulum pro releuate, & præiudiciali, sed pro calumnioso, & non apto impedire processum
10 adulteriora, quem articulum † potest Iudex de facto reijcere, & non admittere, tāquā friuolum, & cauillosum notoriæ, vel eo admisso adulteriora valide procedere non obstante, quod pars protestata fuerit decidi debere in scriptis, & per interloquutoriam separatā *Innoc. in c. post electionem de concession. præbendar. in fine Mastrill. decis. 125. num. 15. 16. volum. 2. Intrigol. sing. 83. lib. 2. Castill. decis. 54. lib. 1. Giurb. decis. 36. num. 13. 14. 20. 21. sequen.*
11 & saltem tunc† debet pars supplicare protextari, & appellare a denegato impedimento per Iudicem, & ita seruamus.

Et quidem idem est(in terminis casus propositi) quod littera P. fuerit apposita, & postea auferatur, nam ponere, & auferre sunt correlatiua, &
12 vtriusque idem est indicium, inde est quod † littera P. ponitur, & aufertur data notitia, patiut possit pars notificata comparere, & proponere iura sua. & si non comparet sibi præiudicat, & videtur consentire, & tacite renuntiare, quæ quidem practica oritur ex legis theorica nam sicut, quando
13 datur † terminus, seu dilatio citatur pars seu datur notitia ita, & quando suspenditur, vt dicit *Rimin. Sen. cons. 66.* licet *Socc. cons. 46.* dicat quod non sufficit notitia, sed requiritur citatio, sed hoc non seruamus de curia rum stilo, sed tantum datur notitia igitur, cum fuerit decisus articulus incidens licet pendebat appellatio ab ipso articulo, vel tempus ad appellandum, quod idem est, vt diximus, tamen ex hoc solo non impeditur processus adulteriora, & ad terminorum dationem, nisi post quam fuerit, inhibitum, vel appositū impedimētum, secundum quæ fuit decisum in causa prædicta in Tribunali Regiæ Monarchiæ licet vno ex dominis ex præmissis contrarium sentiens fuerit reuocatū Consistorio teste *Mast. dec. 243. lib. 3.* prout non numquam benelatas sententias in peius reformari contingere dixit *Vulpian. in l. 2. ff. de appellation.*

SVMMARIVM.

1 *Quindena data debitori per Ritum an currat etiam tertio, qui pro suo interesse se opponere vult de eius dominio, & possessione.*

2 *Tertius an arthesur eisdem terminis sicut, & principalis.*

3 *Tertius citatus in primo decreto debet venire in eadem tela, & infra quindenam se opponere.*

4 *Tertius potest quandocumque se opponere de dominio, & possessione ante addictum pignus.*

5 *Tertius debet in promptu docere de iure suo ex actis, & scripturis alias exequutionem non impedit.*

6 *Oppositionibus tertij in promptu non docentis de suo dominio, & possessione dicitur stent dummodo non impediatur exequutio.*

7 *Tertius docendo de dominio, & possessione impedit exequutionem trium conformium, & rei iudicatæ.*

8 *Summaria sufficit tertio docere de iure suo ad impediendam exequutionem.*

9 *Tertius docens de suo dominio tantum, vel de possessionem tantum in promptu impedit exequutionem.*

10 *Possessio actualis, quæ non sit penes tertium opponēte, sed penes eius colonum an sufficiat ad impediendam exequutionem.*

11 *Principalis, vel alius an post exeipere de possessione tertij ad impediendam exequutionem.*

12 *Possessio nulla ex titulo nullo oriens an sufficiat ad impediendam exequutionem si a tertio opponatur, & n. 13.*

13 *Possessio in vim tituli in validi acquisita nullius est momenti,*

14 *Aduersus tertium opponentē de dominio, & possessione ad impediendam exequutionem an possit replicari de nullitate tituli, & quid si nullitas, sit notoria, vel colorata, & n. 15.*

16 *Tertius opponens de dominio, & possessione non impedit exequutionem si cum vitio litigiosi possideat, vel principalis dolo desierit possidere.*

17 *Litigiosi vitium contrahitur post interpositionem primi decreti, & subhastationes factas.*

18 *Litigiosi vitium non contrahitur etiam post primum decretum quando alienatio fit in creditorem anteriorem.*

19 *Declaratoria an opus sit ad hoc, vt procedere posset exequutio contra tertium vitio litigiosi possidentem.*

20 *Tertius contra quem processit exequutio vigore contractus eiusualis non potest se opponere de dominio & possessionem ad impediendam exequutionem.*

21 *Tertius de hypotheca tantum se opponens aduersus exequutionem eam non impedit, & num. 22. 23.*

22 *Prælationis iudiciū fit inter immissum cum immisso, qui pariter exequutionem causauerit.*

24 *Tertius de hypoteca cum constituto opponens impedit exequutionem.*

25 *Possessio vera transfertur per constitutum, quamuis modus sit fictus.*

26 *Tertius tantum de hypotecha opponēs impedit exequutionem, & distractionem nominis debitoris.*

27 *Depositi restitutio impeditur per tertium ratione hypothecæ rei depositæ.*

28 *Tertius de personali se opponens non impediti exequutionem.*

29 *Clericus veniens in iudicio vti tertius de dominio, & possessione opponens ad impediendam exequutionem debet coram Iudice laico comparere.*

30 *Tertius veniens in iudicio ad impediendam exequutionem pendente iudicio seu post sententiam præstita fide iussione non impedit exequutionem. L. sa quo ff. de reuendicatio, quando procedat nu. 30*

31 *L. sa quo an procedat in beneficialibus, & in feudalibus, & n. 32.*

33 *De iuribus tertij venientis ad impediendam exequutionem ante addictum pignus est cognoscendū exequutiue sicut de causa principalis creditoris.*

34 *Via ordinaria est cognoscendum de iuribus tertij se opponentis post ad dictum pignus.*

35 *Pignus an dicatur addictum post secundum decretum, vel post captam realem possessionem.*

A R-

ARGVMENTVM.

Tertius quando admittatur ad impediendam exequutionem instrumenti docendo de eius dominio, & possessione rei per creditorem distrahendę, ante additum pignus ad intellectum capituli Ritus 112.

RESOLVTIO LXXXXIIII.



1 Vbitabatur antiquitus † an quindenæ terminus *per Ritum c.112.* debitori indultus etiam tertio pro suo interesse opponenti de dominio, vel possessione rei per creditorem distrahendæ ad retardandam instrumẽti exequutionẽ curreret, adeo quod lapsa quindena tertius veluti exclusus repelleretur, quasi quod ipse
13 *Creditor vtens cedula bancharia cum clausula ad complimentum factam per debitorem tamen non nocet si constet de errore.*

ARGVMENTVM.

Pro reliquo parte debiti ab extraneo, vel fideiussore creditori soluta an totius summae aduersus principalem debitorem concedatur debiti repetitio.

RESOLVTIO LXXXXVII.

1 Reliquum†(quod complimentum vulgariter appellatum est) vel pro residuo a creditore receptū, ita recipientem creditorem praeiudicat, vt quidquam vltra petere prohibeatur, quamuis vltra sorte deberetur,idemque esset si à creditore certa summa in iudicio pro residuo à debitore peteretur,vel cū taxatiua tantum nempe quinquaginta tantum debita *Glos.in l.si ex pluribus verbo reliquum ff. de solution.vbi Angel.& Imol.l.2.vbi Doctores Cod. de hered.instituend. Bartan l.si cum dos num. 3.ff. rerum amotarum & in l.3. §.cum Titio num.1.ff. de adimend.legat.Castrens.in l.pater tuus nu.3.C.de haered. instituend.vbi Salicet. num.3.Iason.num.4. Ain.de exequution.§.7.c. 84. Aloas in c. cum Ecclesia nu. 9.de causa possess.Alex.consf.130.libr.2.Neuiz.consf. 84.n.11. Cost.de facti scietia,& ignorantia cent.1.distinct.20.num.1.Rota Genuae.dec. 60. nu. 6. & dec. 132.per tot.Card. Tusc.concl.225.n.1.lit.R.& concl.345.n.9.litt. S. Surd.consf.52.n. 45. consf. 308. nu. 42. Cancer. variar.resolution.libr.2.cap.6.numer.6. Padil.in lege si quidem numer. 4.Cod.de transaction. Botta consf.47.numer.16.Bec.consil.47.num.8.Gras. exception. 25. numer. 16. Celsus Vgon. consf. 1. n. 52. Guid. Pap.decis.177. Magon decis. 31. num. 30.in lucens. Caualcan. in repertor. verbo solutio Carroc. de excussion. quaest. 2. princip. numer. 12. Hering. de fideiuss. cap. 20.§.21. num.33.Barzi decis.*

cis.76.num.5.Bimi.conf.192.num.2.libr.2.Pacian.
de probation.lib.1.cap.25.nu.22.23.Iason.conf.100.
num.3.volum.4.Bald.conf.251.libr.3.Aretin.conf.
154.Fontanella de pact.nuptial.clausul.14.glosa vni-
ca.p.1.num.34.volum.2.Cornel.conf.39.num.3.conf.
226.num.8.libr.4.Mazol.conf.16.nu.36.Alexand.
de pact.numer.463.464.Bertazol de clausul.clausul.
34.Glosa.11.num.2.Cepol cautel.121.Roman.sin-
gular.702.Franc.dec.45.Serafin.dec.617.num 13.
Gratian.disceptation,3.& disceptation.581.num.1,
Guttier.de iurament.confirmator p.2.cap.5.num.3.
Bero.late conf.192.libr.1.Natta conf.102.num.6,
lib.1.

2 Nisi creditor † pro residuo,vel taxatiue recipiẽs
non absolute recipiat,sed dicat pro residuo reci-
pere,vel petere ex computatione ratione, vel ex
pluribus partitis de recepto,si de eis non consta-
ret,vel si contrarium ex errore processisse se pro-
batetur,Pacian.de probation,lib.1.cap.25.n.24.Fu-
scus singul.9.litt.D.Mandel.conf.190.num.5.in fine
Munnos de escob.de ratiocin.cap.38.num.3.Costa de
facti scient.cent.1.dist.20.n.11,

Differentiam tamen constituũtur Doctores in
3 materia,quando † creditor recipiat, & dicat pro
residuo,vel si taxatiue reciperet, vel peteret, &
quando debitor solueret,vel offerret pro residuo,
vel taxatiue, nam priori in casu prohiberi credi-
tori reliquum peti concludunt posteriori,vero in
casu, non ita, si creditor tacitus recipiat nisi a
creditori transigẽdi animo fuerit receptum Bart.
in l si cum dos num.3.vers.sed pone, quod debitor ff.
rer.amota.Salic.in l.si quidem C.de transaction. vbi
Iason.nu.2.vers.imo plus & in §.si minus in princ.n.
3.instit.de action,Bertaz.claus.34.Gl.11.num.4.
per Gratian.discept.3.num.4.Patian.de probation,
l.1.cap.25.sub num.21.vers.in hac tamen limitation.
Cancer.variar.resol.l.2.c.6.n.121.super quo cogi-
tandum est Iasone in l.2.num.7.vers.item ad istum
textum.C.de hæred.institut.& Doct.in l.si ex pluri-
bus in princ.ff.de acceptilation.

4 At si creditor † pluribus nominibus credita ha-
beret,vt proprio nomine,cessionario,procurato-
rio,vel tutorio aut alio,quouis nomine vel causa
pro eo tantum credito præiudicaret residui solu-
tio vel petitio,quo nomine petita, vel solutio re-
cepta est,nec omnium creditorum operaretur ex-
tinctio,cum agentium actus præter eorum inten-
tionem non operetur,& quisque actus ad causam
& nomen expressum,restringatur de quo de facto
vidimus dubitatum, & ita resolutum ad tradita
per Surd.conf.444.n.10.& seq.Costa de facti scien-
tia distint.20.cent.1.n.4.5,Giurb.in Consuetud.Mess.
cap.2.Gl.3.p.1.n.16.17.& fuit disputatum pro D.
Ioanne,de Sandoual coram spectabili deputato
bonorum Donnæ Agnesiæ de Sandoual,& Plata-
mone contra Illustres Principem, & Principissam
Catholicæ.

5 Cæterũ † si per extraneum quid solutum sit cre-
ditori pro residuo & ad complimentũ an ita in
dubio per eundẽ solutum præsumatur totum resi-
duũ,vt à principali debitore totũ repetere posset,
& cum de facto fuerit de hoc dubitatũ inter Frã-
ciscum Germato, & Carolum de Adamo anno
1622.censui per debitorem non deberi totum,
nisi tantum rata,seu pars cum effectu soluta: licet
pro residuo,& ad complimentum facta,& ita fuit
6 exequutum etenim † in dubio potius præsumen-
dum est solutionem fuisse factam a Iacobo Ger-
mato principali debitore patre Frãcisci, cui onus
soluendi spectabat, & in bonis habebat Abbas.
conf.54 num.2.in fine lib.1.Felin,in cap.sicut n.35.
de senten.& reiudicat.Menoc.conf.611.num.22.l.7.
& lib.6.præs.11.num.9.10.& lib.3.præs.15.nu.15.
Surd.de aliment.tit.1.quæst.48.nu.19.Grat.discep.
7 570.num.32.quamuis solutio † tanquam quid fa-
cti non præsumatur regulariter Bald.cõs.48.col.1.
lib.5.Crauett.conf.210.num.1.Menoc.conf.611.nu.
8 20.& lib.3.præs.135.num.1.tanto magis, † quod
Benardus,qui pro residuo soluit,à quo causam ha-
bebat Adamus à creditore cessionem non obti-
nuerat,ex qua forte potuisset cessare difficultas,
& ex ea cognosci quantum,qualiter,& à quo fuis-
set facta solutio aliarum partium debiti, itẽ nec
ex eo,quod fuit facta solutio pro residuo argui-
tur,quod reliqua summa sit soluta ab eodem, qui
9 pro residuo soluit,nam conclusio, † quod solutio
pro residuo præsuponat reliquum fuisse solutum,
procedit in preiudiciũ creditoris, cui solutio fa-
cta est,& ita recepit, vt vlterius ad quidquam pe-
tendum non admittatur,non autem, quod eadem
persona, quæ soluit pro residuo alias partes sol-
uisse præsumatur, prout omnes loquuntur nempè
Surd.conf.52.num.42.Natta conf.102.nu.6.Bero,
10 conf.192,lib.1.& alij nuper citati num.1.Et ita † in
puncto firmat Gratian.disceptat.570.num.33.34.
volu.3.Fontanel.de pact.nuptial.claus.14.Glos.vnica
part.1.num.35.vol.2.in quo aduertit spectandum
multum ad cõceptionem verborum, sub qua re-
sidui solutio facta est,si verba respiciant soluentẽ
ipsum,vel eũ,pro quo fit solutio, & principalem
debitorem, ex quibus posset colligi aliarum par-
tium solutionem ab eodem soluente, vel a debi-
tore factam fuisse, sed in dubio præmissa proce-
11 dunt,quæ procedere intelligo † ne dum in extra-
neo pro residuo ita soluente,sed in fideiussore, vel
insolidum obligato si ad eum negotium princi-
paliter non spectet,ex rationis identitate.

12 Certum enim est verba † prædicta ad compli-
mentum,pro residuo,vel resto,aut similia, præsũ-
ptam tantum de iure solutionem inducere, quo
ad reliquum, ita vt ex alijs coniecturis, vel iuris
præsumptionibus in contrarium potentioribus
tollentibus debiliores recipiat probationem in
contrarium,Doctores in l.fin.C.de errore calculi Pa-
cian.de probation.cap.25.nu.24.Mandell.conf.190.
in fine Costa de facti scientia, & ignorant.cent.1.di-
13 stin.20.num.11.taliter, quod † si complimentum
possit detegi erroneum non est de clausula ad cõ-
plimentum habenda ratio,vt bene dixit Canc.var.
resolut.l 3.c.4.de seruit.nu.269.& sequ. exemplifi-
cando in creditore,qui expedidit in bancho scedu-
lam ei factam per debitorem cum clausula ad
complimentum, quod per præsumptionem erro-
ris complimentum non noceat nõ obstante,quod
creditor vsus sit dicta partita, maxime si haberet
computa intricata in banco, & refert causam
fuisse transatione sopitam.

SYM-

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti infra terminum ad redimendum ex rebus adiudicatis creditori acquiruntur.*

2 *Fructus tantum perceptos, & non pendentes acquirit sibi creditor ex bonis adiudicatis durante adiudicationis tempore, & n. 4. 6. 7. 10.*

3 *Fructus ciuiles veluti pensiones, & annui introitus sunt, non dicuntur pendentes, sed exacti cum de die in diem percipiuntur.*

4 *Fructus pendentes in fundo adiudicato, & redempto vigore termini ad redimendum, cui spectent, & num. 6. 7.*

5 *Fructus pendentes in fundo vendito cum pacto de retrouendendo debent pro rata temporis diuidi inter emptorem, & venditorem.*

8 *Fructus an dicantur percepti dum res colitur.*

9 *Fructus pendentes pro rata temporis quo maritus substinuit onera matrimonij ei spectant.*

ARGVMENTVM.

Debitor an redimat prædium adiudicatum stante prorogatione termini ad redimendum tempore vendemiç, quo ad acquisitionem fructuum ad intellectum capituli Ritus 112.

RESOLVTIO LXXXXVIII.

1 FRuctus perceptos † ex rebus adiudicatis post alienationem earundē infra quadrimestre tempus ad luēdum debitori indultū sibi lucrifacit emptor, vel creditor, cui data sūt iudicialiter insolutum cū per talem alienationem fit effectus dominus, & ad eum spectat periculū dictorum bonorum ita disponente Ritus nostri constitutione c. 112. vbi *Cumia num. 179. 10. Aloif de Settimo Boniornus, & alij ad textum in leg. 2. C. de pactis inter emptor. & venditor. Tiraquel. de retr. conuen §. 5. Glos. 2. nu. 1. & ad finem titul. n. 107. Mastr. dec. 33. nu. 1. 2. Mantica de tacitis, & ambig. conu. l. 4. tit. 32. n. 99. Giurb. dec. 91. n. 10. Cornaz. dec. 19. n. 11.*

2 Cumq. prædicta Ritus dispositio † de perceptis fructibus eorumq; acquisitione pendente termino ad redimendum loquatur cæteros videtur excludere quomodolibet non perceptos, vel pendentes fructus existāt, licet verius esse dispositionem dicti Ritus procedere ne dum in fructibus perceptis, sed etiam pendentibus *secundum Bonior in d. Ritu 112. in verbo perceptos post Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gl. 7. sub n. 43. f. 68. & Afflict. decis. 188.* dixit *Muta in d. Rit. 112. num. 52.* quia fructus sunt creditori venditi, & sequuntur dominum, quod pondera ex infra dicendis.

3 De fructibus autem ciuilibus † veluti pensiones sunt, & annui introitus nō controuertitur pro rata temporis acquiri creditori termino prædicto ad redimendum durante, quia tales fructus nunquam dicuntur pendentes, sed percepti, & exacti cum in dies percipiantur *Vinc. de Franch. decis. 79 decis. 160. num. 7. decis. 168. num. 13. 15. dec. 254. num 49. Couarr. var. resolut. libr. 1. c. 15. Castil. decis. 4. & decis. 29. nu. 6. Fab. de Anna cons. 48. n. 11. lib. 1. Vinc. de Anna singul. 261. Milan. decis. 8. num. 351. cum seq. lib. 1. Hondcd. cons. 85. n. 8. & 27. lib. 2. Costa de rata. quæst. 114. n. 6. 7. Mastr. dec. 115. n. 7. 10. l. 2.*

4 In cæteris vero fructibus pendentibus † tempore reluitionis per debitorem dubitatur, quid si creditor adiudicatū fundum possidet a die finitæ vēdemiæ, vel messis vsq. ad mensem Septembris & sic pleno fundo (stante prorogatione termini ad reddimendum) per debitorem à Principe obtenta, & in mēse Septembris compareat debitor, & facto deposito redimat: an fructus vendemiæ tunc pendentes spectent ad redimentem, vel creditorem, vel diuidantur, pro rata temporis facta expensarū deductione, quia fructus eis deductis

5 dicuntur, & quidquid fit in redimente † vigore pacti de retrouendendo circa pendentium fructuū diuisionem *ex Perusin. decs. 79. Thesaur. decis. 56. Peregr. de fideicomm. art. 49. n. 98. Facchin. contr. iur. libr. 2. cap. 14. Costa de ratione ratæ quæstion. 36.*

6 *Gratian. decis. 175.* videretur † renendum, quod diuidi deberent *ex Morocio de possessore offerente nu. 39. in fine* loquente in termino statuario ad redimendū adiudicata debitori indulto, iuxta dispositionem nostri Ritus *Costa de rata q. 65. numer. 3. Cornazan. decis. 19. num. 13.* & hanc tangit quæstionem *Boniorn. in dicto Ritu. 112.* & videtur tenere, quod diuidi debeant *ex Gozad. & alijs* per eum adductis.

7 Sed in contrarium † valde vrgent verba Ritus tum creditori cōcedit fructus perceptos durante termino prædicto ad reddimendum ergo non percipiendos, seu pendentes in fundo quicquid senserit *Muta in dicto ritu 112. num. 52.*

8 Nec obstat *eum Boniorn.* dicere, † quod fructus dicantur percepti dum res colitur *ex Isern. & alij in c. 1. §. his consequenter hic finitur lex Corradi.* Primo, quia Ritus ineuitabilis dispositio debet intelligi de vera, & propria perceptione, non desicta, & ex iuris mente præsumpta, vt quolibet statuto propriæ verba capiuntur. Secundo quia dū fructus non sunt percepti, sed pendent sunt pars fundi merito vllo casu possunt dici percepti nec DD. quos *Boniorn.* allegat hoc dicunt.

9 Nec pro opinione *Bonior.* † potest allegari *text. in l. diuor. ff. sol. matr.* vbi videtur casus in terminis. Nā ibi hoc procedit, quia marito fructus ratione oneris matrimoni debentur *ex l. pro oneribus C. de iure dotium.* ergo pro tēpore, quo substinuit onera matrimonij fructus vendemiæ debētur *Fontan. de pact. dotal. claus. 6. gl. 2. p. 2. num. 45. vol. 1.* secus in casu propositi articuli vbi cessat, hæc oratio, & Ritus ista ratione motus non est *Gozad. & alij* nec ad rem faciūt, quia posset procedere æquiparatio cum redimente ex pacto quando Ritus nihil de fructibus disposuisset, vel saltem quādo simpliciter diceret, quod creditor durāte termino fructus

10 lucretur secus † vbi Ritus loquitur cū restrictione videlicet fructus perceptos, nam data diuersitate

tate ex forma statuti cessat æquiparatio. Ex quibus responsum est *Cornaz. Moroc. & Cost.* supra citis, qui procedunt, vel in redimente ex pacto, vel ex dispositione statuti nil de perceptis fructibus annuente secus in Ritu prædicto 112. in quo expressum extitit de perceptis fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Tutor quando possit capere pecunias ad cambium.*
2 *Tutor habet liberam administrationem à lege, & generale mandatum.*
3 *Pupillus non obligatur ex pecunijs ad cambium captis per tutorem etiam ex legitima causa nisi constet de numeratione, & versione in rem pupilli.*
4 *Confessio tutoris extraiudicialis non obligat, vel nocet pupillo, nisi constet denumeratione.*
5 *Tutor solet nomine pupilli simulare actus.*
Idem in Prelato eod. num. 5.
6 *Minor an possit ex vrgenti necessitate capere pecunia ad cambium.*
Quid in minore curatorem habente n. 7.
7 *Bonorum administratio, cui esset interdicta non posset capere pecunias ad cambium.*
8 *Prælatus an possit capere pecunias ad cambium pro Ecclesiæ vrgentibus.*
9 *Oeconomus an possit capere pecunias ad cambium pro vrgentibus Ecclesiæ, vel monasterij.*
Oeconomus an habeat eandem potestatem, quam habet Prælatus n. 9.
10 *Versio in Ecclesiæ vtilitatem probari debet à creditore.*
11 *Versio an Ecclesiæ vtilitatem probanda tantù est in tribus casibus videlicet in mutuo deposito, & venditione rei stabilis ecclesiæ.*
12 *Versionis materia à quibus tractetur.*
13 *Socius necessitatis, vel vtilitatis causa pro pecunia ad cambium recepta socios obligat.*
14 *Institor pro necessitatibus negotiationis, vel nauis, cui fuit præpositus, an possit pecunias ad cambium capere.*
15 *Negotiorum gestor an possit capere pecunias ad cambium, vel sub vsuris.*
16 *Procurator quando possit capere pecunias sub vsuris, & cambijs, vel non.*

ARGVMENTVM.

Tutor, Prælatus, Oeconomus, institor, socius, vel Procurator, an possit pecunias sub vsuris, & cambijs capiendo obligare Pupillum, Ecclesiam, socium, vel constituentem.

RESOLVTIO LXXXXIX.



Vm varij administratores mandata suscipiãt, nempe alij à lege, alij vero ab homine, circa ea, quæ proponuntur conclusiuè procedendo de habẽtibus
1 à lege mãdatum. Primo† de tutore quæro, de quo dicas, pro vrgentibus pupilli necessitatibus, iustis & conuenientibus, si necesse, habuerit pecunias mutuare magis si nimium proficiat pupillo pecuniam esse solutam, & fortius, ad euitãdum es alienum, quod vrgeat, vel damnum, aut pupilli decoctionem, vel quia esset obligatus ex præcedenti contractu prædecessoris, vel simile, posse libere pecunias sub vsuris, capere seu ad cambia, quando cambium est in regione solitum, pro vt in Regno nostro pro quo Pupillus ipse obligatur, teneturque reficere, per textum *in lege quid ergo 3. §. consequtur autem ff. de contrar. tutel. & vtil. Action. Maledict. de vsuris numer. 274. Simoncell. de decreto l. 2. tit. 5. inspection. 3. nu. 25. Menoch. de arbitrar. casu 173. num. 5. circa medium. libr. 2. centur. 2. Roderiq. de ann. redditib. libr. 1. quæst. 4. num. 4. 16. & num. 18.* vbi etiam sine decreto *Peregr.*
2 *cons. 99. num. 8. libr. 2.* Tutor† enim habet liberam administrationem à lege, & generale mandatum
3 *Surd. cons. 431. volum. 3.* licet non obligetur † Pupillus ex confessione sola tutoris susceptæ pecuniæ, ad cambium mutuum, vel sub vsuris, nisi cõstet de vera numeratione, & versione in rem ipsius pupilli *l. si in rem C. quando ex facto tutor. Mascard. de probation. conclusion. 581. num. 2. & concl. 1162. Castrens. cons. 336. col. 3. vers. sed si tutor lib. 1. Menoch. cons. 39. num. 35. 36. Farinac. decis. 47. n. 1.*
4 *p. 2. t. 3.* Quia † ex tutoris confessione extraiudiciali non præiudicatur pupillus nisi denumeratione constet, *Alexandr. cons. 66. n. 22. libr. 6. & cons. 79. n. 2. libr. 7. Neuiz. cons. 17. num. 39. Soccin. Senior. cons. 57. n. 11. lib. 4. Paris. cons. 115. n. 21. lib. 1. Menoch. cons. 39. n. 35. 36. cons. 31. num. 40. Guttier. de iurament. confirm. p. 1. c. 50. à n. 6. & seq. Tiraqu. de retract. conuent. §. 4. Glos. 6. numer. 12. Grass. exception. 25. numer. 99. Mascard. de probation. concl. 361. nu. 55. & conclusion. 370. Marti. decision. 56. par. 1. Surd. decis. 229. Masol. cons. 37. num. 57. 70. Natta cons. 543. num. 19. 20. & num. 25. Farinac. decis. 334. Ladcrch. cons. 128. num. 4 Fabi. de Anna cons. 49. Sforza Oddo. de restit. quæst. 52. Georg. allegat. 38. Monter. decis. 1. Parlador. rer. quotidianar. libr. 2. capit. final. 5. part. §. 17. num. 11. Mugnos de-*
5 *ration. cap. 23. num. 32. 33.* † Tutores enim sepè solent sub nomine pupilli simulatos actus gerere, sicuti, & prẹlati nomine Ecclesiæ *l. sub prætextu C. de Sacrosanct. Eccles. leg non est ignotum Cod. de administration. tutor. Menoch. consil. 39. numer. 42. vol. 1.*
6 Imo etiam† minor ipse si es vrgeat pecunias sub cambiis, & vsuris, nec dum communibus, & consuetis, sed etiam pro quibus possunt reperiri capere potest *ex dicta l. quid ergo §. consequitur ff. de contract. tutel. & vtil. action. Cabellin. de vsur. num. 274.* & præsertim quando ex contractu præcedẽti puta prædecessoris prædium erat hypothecatũ sub vsuris, vt impredio subiugato ad annuum cẽsum *l. si pupillorum ff. de rebus eorum*, & saltem, vt dicit *Cabellin.* mutuanti concederetur legitimum ius retemptionis *per dictam lege si pupillorum. & leg. si fundus §. quamquam eodem lege secunda C. si aduersus creditor. Simoncell. de decreto libr. 2. titul. 5. inspection. 3. nu. 25. fol. 306. Roderiq. de Ann. reddit. l. 1. q. 14. n. 2. 3. 4. seq. n. 15. 16. seq. & n. 19. & seq.*

nisi

7 nisi † minor curatorem haberet, vel esset talis, cui interdicta esset administratio bonorum *Stracca de mercat p. 3. n. 19. & seq. Scac. de comerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 3. limit. 17. n. 4. f. 453.*

8 Secundo de Praelato † quod pecunias cambio, & sub vsuris pro ecclesiae vrgentibus reparandis capere possit dixit latè *Monald. cons. 32. lib. 2. Mastril. dec. 204. lib. 3. Pereg. cons. 99. n. 8. l. 2.* Vnde ex

9 preallegatis † idem diximus de Oeconimo monasterij, qui haberet eamdem potestatem, quam habet Praelatus, vt notatur *in l. iubemus C. de sacros. Eccl. & c. 15. cui de elect. lib. 6.*

10 Et isto casu non posset † aduersus creditorem, qui pecunias dedit sub cambio Praelato Oeconomo, vel Procuratori Ecclesiae cum sufficienti potestate opponi, quod forte pecunia nō fuerit versa in vtilitatem Ecclesiae *ad text. in auth. hoc ius porrectum C. de Sacros. Eccles. Abbas cons. 7. n. 1. 2. lib. 2. Redoan. de rebus eccl. non alienand. §. deinde sub n. 22. q. 4. f. 319. Mascard. de probat. concl. 581. n. 1. cōcl. 616. & 1169. & seq.* Quāuis enim incumbat cōtrahenti probare pecuniam in vtilitatem ipsius

11 ecclesiae versam fuisse: Omnia † tamen iura requirentia probationem versionis restringuntur, vt in tribus tantū casibus procedāt, videlicet in mutuo in deposito, & in venditione rei stabili ipsius Ecclesiae *secundum Abbatem, Imolam, & alios in cap. 1. depositi, & in c. super quibusdā de fideiussor. Rom. cons. 440. Mastril. dec. 204. n. 10. & seq. & nu. 14. & seq. lib. 2.* qui testatur decisum in cambio *Socc. cōs. 15. nu. 22. lib. 1. Card. Seraphin. decis. 338. num. 7. & decis. 366 num. 3. Marcus Anton. Genuens. in pract. Archiepiscop. Neapolitan. cap. 107. nu. 7. Marta de iurisdict. par. 4. centur. 2. casu. 161. nu. 5. 6.* Ceterum cum in terminis propositis simus in cambio facto praelato, vel Oeconomo ideo non sumus, nec in mutuo, nec in deposito, nec in venditione rei stabilis, & alias *in resol. 47. num. 16.* diximus cambiū esse meram emptionem pecuniarum ideò nō

12 cadit difficultas, & † materia praedicta versionis vberrime tractatam fuit *per Doctores in authen. hoc ius porrectum C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. Ciuitas ff. si cert. petat. & in c. penult. de fideiuss. Menoc. de arbitr. casu 432. & l. 3 praes. 29. & cons. 644. Redoa. de reb. Eccles. non alien. §. 6. Surd. cons. 181 & decis. 156. Moliu. de primog. Hispan. libr 4. cap. 4. num. 20. & seq.* & de Magistro Hospitalis *Rom. cons. 440. Cardinal. Tusc. concl. 169. litter. H.*

13 Tertio de † socio quaeritur qui pro pecunia necessitatis, vel vtilitatis causa ad cambium recepta socios obligat, cui ex his ex causis pecuniam sub cambiis capere non prohibetur *Roman. cons. 114. n. 4. cons. 94. num. 8. Feltn. in cap. cum M. Ferrariens. de constitution. Menoc. cons. 1185. num. 30. lib. 12. Giurb. in Consuetudin. Messan. cap. 9. Glos. 2. p. 1. num. 60. Rota Genuae decis. 14. num. 123. Becci. cons. 213. a num. 55. Ruyn. cons. 93. nu. 3. 4. volum. 5. Decius cons. 441. num. 9. 10. 11. 12. Felic. de societat. cap. 30. numer. 20. Cardinal. Tusc. litt. C. concl. 10. numer. 6.*

14 Alij vero, qui ab hominibus mandata suscipiunt, inter quos. Primo loco † est institor praepositus alicui negotiationi, vel naui dicendum quod pro causa, & necessitate eiusdem negotiationis possit capere pecunias ad cambium, & sub vsuris, & obligate praeponentem *l. 1. ff. de instit. & l. fin ff. de except. actio. & l. 1 §. quod autem codem Mascard. de probat. conclus. 1161. nu. 9. volum. 3. Farinat. decis. 28. num. 5. in fine in primis recollectis per eum* contrariū alij dixerunt, quod imo institor vnius ac particularis negotiationis, & potestatē habens limitatam circa illam negotiationem nisi habeat speciale mandatum non potest pecunias sub cambio capere, & cōstituentem, vel praeponentem obligare *Rota Genuae dec. 14. n. 88. 89. per text. in l. cuicumq. §. si quis pistor. ff. de instit. Mastril. dec. 204. n. 9. lib. 3.*

15 Secundo idem in † negotiorum gestore, qui potest vsuris subijcere, quemcumq. cuius negotium vtiliter gessisset *dixit Roderiq. de ann. reddnib. lib. 1. quaest. 14. num. 17. per textum in l. & in contraria de vsuris.*

16 Tertio demum † de procuratore incideret quaestio an possit capiendo pecunias ad cambium dominum, & constituentem obligate, quae pendet tantum à procuratoris mandato, cuius fines sunt semper attendendi si fuerit specialis ad negotiū, vel generalis, & quid si cum libera potestate constitutus sit, vel ad capiēdas pecunias mutuo si cābium esset in regione solutum, vel dominus fuerit solitus capere ad cambia, vel si alias sine pecunia factum expleri non posset cum mandatum ad connexa, & dependentia extendatur, & veniunt cōsueta loci de quo remitto *ad Mastr. dec. 204. l. 3.* qui plena manu tetigit in illa causa inter Marcū Antonium Petnici, & socio cum Sacra Hierosolimitanorum Religione, cui accedat ad materiam *Mascard. concl 581. & 1161. num. 9. Card. Tusch. concl. 50. litt. M. n. 8. vol 5. Scaccia de commercijs, & cambij. §. 1. q. 7. p. 1. sub num. 22 fol. 203. & §. 7. gl. 3. num. 23. f. 684. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibr. 3. titul. 9. n. 63. & lib. 8. titul. 11. numer. 11. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Mulieres pro negotio viri, vel alterius se obligare prohibentur, & an ipso iure, vel ope exceptionis tutae sint, & num. 2. 3. 5.*

4 *Dictio nullatenus operatur actus nullitatem ipso iure.*

5 *Mulier pro marito, vel alio cum iuramento intercedens ad obseruantiā promissorū precise tenetur, & beneficio Velleiani non iuuatur. nec consuetudinis Panormitanae 21. & n. 12. & seq. & n. 22. 23*

6 *Contractus, qui alias ex forma statuti esset nullus validatur iuramento, & n. 7.*

8 *Mulier pro marito, vel alio cum iuramento intercedens non obligatur si omnino indotata remaneat, & n. 9. & 10*

9 *Multa permittuntur aduersus iuris dispositionem ne mulier indotata remaneat.*

10 *Mulier expresse beneficio Velleiani renuntiare potest cum iuramento etiam si non sit certiorata.*

Renunciatio beneficij Velleiani, & consuetudinis Panormitanae 21. continetur sub generica renuntiatione mulierum de stilo notariorum in Regno num. 11.

Sta-

13 *Statutum laicale confirmatum à Papa dicitur Papale, & an tollat vires iuramenti, & num. 14. & sequent.*

14 *Confirmatio, & approbatio non extenditur extra id quod in confirmato, vel approbato continetur.*

15 *Statuta laicorum non habent locum in obligationibus iuratis.*

16 *Confirmatio non operatur nisi facta sit in forma specifica secus si in forma communi.*

17 *Confirmatio facta in forma communi ius non tribuit.*

18 *In dubio confirmatio in forma communi facta præsumitur.*

19 *Confirmatio quando dicatur facta in forma specifica, & non in forma communi.*

20 *Approbatio, & confirmatio summi Pōtificis statuti laicorum nunquam tollit vires iuramenti etiam, quod in statuto fieret mentio de iuramento nisi expresse dicatur.*

21 *Absolutio, iuramenti, quæ tantum aperit viam excipiendi, vel agendi ad euitandum periurium non tollit vires iuramenti.*

24 *Filiusfamilias ad obseruantiam promissorum cum iuramento obligatur.*

ARGVMENTVM.

Velleiani Senatus Consulti, vel Consuetudinis Panormitanę 21. exceptione, an tuta sit mulier iuris iurandi religione alterius obligationi se astringes.

RESOLVTIO C.

1 MVlieres† ne dum iuris comm. dispositione mariti, vel alterius obligatione accedere, vel insolidū astringere cū alio prohibentur, Velleiano Senatus Cōsult. ita disponēte cuius exceptione tutæ ipso iure reddūtur, *Auten. si qua mulier. & tot. tit. C. ad Velleianum. vbi DD. omnes Tesaur. decis. 223. Surd. decis. 164. & cons. 513. Gramat. cōs. 88. in ciuil. Honded. cons. 29. & cons. 45. l. 1. Guttier. de iuram. confirmator. p. 1. cap. 20. Mastrill. decis. 140. lib. 2. Roland. cons. 64. lib. 1. Gail. obseruat. 89. Serafin. de iurament. priuil. 65. Sforza Oddo. cons. 41. num. 34. & sequen. Ponte cons. 28. lib. 1. Roderiq. de Ann. reditib. lib. 2. q. 5. a n. 23. 25. & seq. Franch. decis. 623. li. 4. Molin. de contract. disputat. 540. Intrig. sing. 68. lib. 3. Rota Romana apud Farinac. decis. 775. p. 2. tom. 4. & apud Ludon. dec. 321. & 363. Anton. Faber. in C. lib. 4. titul. 4. tit. 21. per tot. & diffinit. 20. Cardin. Tusc. concl. 421. lit. M. Ponte de Potestat. Proregis tit. 10. tit. de decretis collateralis fol. 333.* (At contractum mero iure valere per mulierū initum quamuis per exceptione Velleiani postea posset se tueri, & hinc dicatur exceptio Velleiani ideoq. contractus non ipso iure nullus redatur, sed sententia rescindendus veniat, nisi vxor pro marito intercesserit nam speciali tunc est, vt contractus ipso iure sit nullus *ex dicta authen. si qua mulier.* ita dicunt *Iacob. Butri. Petr. de Bella Pertica, Bald. Alberic. Salicet. Paul. de Castro, & omnes in dicta authen. si qua mulieri post Azonem in summa. Rebuff. in tit. de rescis. contract. num. 20. per Ponte cons. 28. num. 8. 9. 10. libr. 1. Molin. de contract. disputat. 540. num. 7. Ant. Faber. C. libr. 4. tit. 21. deffinition. 11. n. 5. Crinell. decis. Dolana, 132. n. 1. Thesaur. decis. 223. Card. Tusc. concl.*
3 *421 lit. M.* sed etiam† ex speciali nostris iuris municipalis dispositione per consuetudinem 21. felicissimæ nostræ Vrbis, qua ipso iure (ibi nullatenus teneatur) muliere a fideiussionibus, & intercessionibus pro maritis earum, & quibuscunq. aliis
4 penitus repelluntur, †quod ipso iure operatur, *vbi Muta num. 2. & per tot. Ceual. comm. contr. comm. q. 527. n. 10. & qu. 727. num. 4. Card. Tusc. concl. 421.*
5 *litt. M. num. 6. Velanzuol. cons. 32. n. 22.* idemq; †statuit *Pragmat. nouissima anni 1618. §. 3. sub felicissimo Regimine Comitis Castri.*

6 Iuris iurandi religione †tamen in huiusmodi mulierum obligatione accedente firmiter nō obstante Velleiano, & consuetudini prædictæ beneficio ad cōtractus obseruantiā obligantur mulieres ita in punto dixit *Milanens. decis. 8. nu. 390. l. 1.* vbi dixit quod id omnes affirmant, & quod aduocati vtriusque partis in hoc conuenerunt idem sequitur *Intrig. sing. 68. n. 1. l. 3. Piguer. dec. 146. n. 10. Ant. de Butr in c. si diligen. in 6. col. de foro cōpet. Seraph. de priuil. iuram. priu. 99. sub n. 1. & priu. 118. Boeri, decis. 23. n. 9. versic. nisi iurauerit Thesaur. decis. 223. sub n. 8. Aufrer. ad Cappell. Tholosan. decis. 37. Vitalis in clausul. renuntiation. Velleian. colum. final. in fine. Paul. de Castro cons. 8. lib. 2. Surd. consil. 367. num. 13. lib. 3. Alexand. cons. 146. lib. 7. Tiraq. in l. si vnquam in princ. num. 131. 136. Gutierez. de iurament. confirmator p. 1. c. 20. num. 2. Camill. Bilot. de absolution. iuramen. lib. 1. cap. 12. Riminald. cons. 60. num. 7. Roger. cons. 16. num. 30. Roderiq. de Ann. redditib. libr. 2. quæst. 5. numer. 39. Gomes variar. resolut. de contract. capit. 13. ante numer. 18. late Facchin. controuers. iuris libr. 2. capit. 61. versic. sed contraria sententia, & sequent. Rota Romana apud Farinac. decis. 775. num. 6. p. 2. tom. 4.* qui dicit pluries Rota decisum *& apud Ludou. dec. 363. num. 3. Anton. Faber. in C. lib. 4. tit. 21. deffin. 9. n. 6. 7. Franc. de Caldas Pereira de emption. & vendition. cap. 30. num. 10. Cardinal. Tusch. concl. 420. n. 27. & n. seq. & medius nu. 30. & concl. 421. num. 14. 22. 25. lit. M. Bardellon. cons. 113. num. 25. sequ. num. 29. lib. 2.* alios refert, & sequitur *Ramonius cons. 96. nu. 4. & est text. in capit. ex rescripto de iure iurando* vbi est casus quod mulier intercessit pro alio cum iuramento, & summus Pontifex mandauit, quod sicut mulier iurauit ita promissionem adimplere cogatur *Angel. Salicet. Alberic. & alij in authen. Sacramenta puberum. C. si aduersus vendict. Barth. in l. si quis pro eo ff. de fideiussor.* con-
6 tractus †enim, qui alias ex forma statuti esset nullus validatur iuramento *Abb. in c. cum contingat. de iure iurando, & cap. quamuis de pactis in 6. Castrens. in authen. Sacramenta puberum. num. 11. C. si*
7 *aduersus vend.* Et licet †*Bart. in d. authent.* distinguat in statuto loquente in rem, & in statuto loquentes in personam volens, quod in primo casu

cou-

confirmetur iuramento posteriori in casu vero
nō,tamen distinctio Bartoli communiter damna-
tur tamquam potius verbalis,quam realis, pro-
inde vtroque casu stante iuramento firma mane-
bit mulieris obligatio ita Paul.de Castr.in d. auth.
Sacramēta puberum n.1.in fine,& ibid.Ias.vbi plu-
res allegando dicit hanc esse communem om-
nium canonistarum , & legistarum , & hanc esse
communem contra Bart.latissime defendit Alex.
cons. 77.l.1.cons.38.n.10.11.lib.3.& contra Bartol.
communem quoque dixit Couarr.ibid.n. 113. cō-
munem Guttierez. ibid.n.35.Seraph.de priuil. iura-
ment. priu.61.Corn.de absolut.iuram.p.4 cap.12. n.
5.6.plures Bartolum.refutantes refert, & sequitur
8 Gabr.cons.127.sub nu. 19.libr.1.nisi † mulier pro-
pter suam obligationem iuratam ad mariti vel al-
terius commodum indotata omnino remaneret,
cum tunc iuramento non validetur eius obliga-
tio,secus si non in totum remaneret indotata An-
ton. Faber.C.libr.4.tit.21.defin.10.11.& 26.& bis
decisum in Rota Romana refert Oliuer.Beltramin.
in additio. ad Ludouis.decis.321. litt. A.n.12.vt si
mariti inopia eiusque hæredum dotes consequi
non posset Thesaur. dec.223.a num.9.& seq.13.&
seq.relatis pro vtraq; parte opinionibus pro illa
Senatu terminasse dicit Gasp.Anton.Thesaur.filius
in addition.& lib.2.q.Forens.q.65.in princ.num.1.
qui extendit procedere ne dum qoando ab initio
obligationis mulier indotata remaneret , sed etiā
si tractu tempus id contingat propter vsuras me-
dio tempore decursas creditum totam dotem, &
viri bona absorberet,idem Seraphin.infra Fontan.
n.17. Cancer.num.102.Fontanell.de pactis nuptial.
claus.4.gl.23.n.21.vol.1.& claus.7.glos.2.p.6. nu.6.
7.8.& seq.vol.2.qui refert pluries in illo Senatu
decisum,& ad alias, vtilissimas infert quæstiones
in materia Rota Romana apud Farinac. in vltimis
recollect. dec.247.numer.7.& decis. 851. numer. 1.
& per tot. vbi lata que est repetita ab eodem impres-
sis post 2.vol.consiliorum decis. 74. & impressis post
Statil. Pacific.de Saluian.interdict. dec.111. 115. 116.
& 171.Bero.cons.48.n.13.volum.1.Seraphin.de iu-
ramen.priuil.76.n.12.Lupus in repetit. rubr. de do-
nat.inter virum,& vxorem §.17.nu.15.16.vers. in-
tellige tamen,& n.18.Amatus decis.62.à n.14.15.
& seq & in fine dec. Costa de ratione rata q.42 sub
num. 8. Paris.cons.75 n.13.& sequent.libr. 3. Can-
cer.variar.resol.libr.3.capit.15.à num.99. ad num.
111.& num. sequent. Gratian. discep. 108. à num.
8.& seq.Rota Romana apud Cardin. Seraphin. decis.
1187.n.2.qui testatur in Rota resolutum , in vna
Romana fideiussionis Molin.de Ritu nuptiar.lib.3.
capit.52. num. 20.21.latissime Ramonius. cons.96.
9 per totum. Et † multa permitti aduersus iuris di-
spositionem ne mulier indotata remaneat perpē-
dit Cardinal. in cap.cum contingat.num.1.in fine de
iure iurando per Monter.in responso pro vxoris ami-
ta par.1.numer.97.impress.post volumen decision.
Seraphin.decision.922.num. 8. Fontanell. supra nu-
mer.10.
10 Licet † nō desinit Authores tuentes contrariam
sententiam etiam si mulier penitus remaneret ,in
dotata,quos Doctores iam citati recensent , &
Bardell.cons.113.n.29.vol.2.

Ampliatur conclusio, vt tanto magis proceda
11 quādo † mulier expresse,beneficijs prędictis cum
iuramento renunciauerit,quæ expressa renuntia-
tio contineri solet ex notariorum Regni stillo
sub illo renuntians,& cet.in huiusmodi mulierum
obligationibus ad hyci solita ,sub qua cętera iux-
ta formam nostri cæterarij Proregis authoritate
cum matura deliberatione impressi fol.16. conti-
netur expressa renuntiatio authentice , si qua mu-
lier,& consuetudinis Panormitanæ 21.etiam si non
fuerit mulier cerciorata ita glos.in l.final. § final.
C.ad Velleian.vbi Bart. n. 1.dicit quod commu-
niter Doctores hoc tenent , & Albericus dicit,
quod totus mundus hoc seruat,& hanc esse magis
communem testatur Ias.in l. si quis incōscribendo n.
16. C. de pactis ibidem Dec.n.30.Molin. de contract.
disputat.540.nu.9.Thesaur.decis.222.ex quo dicta
iura non fuerunt introducta propter publicam
vtilitatem,sed propter priuatam Corn.de absolut.
iurament.par.4.cap.12. Surd.cons 367.nu.12. decis.
164. n.7. Castr.cons.8.libr.2.Affl.decis.311.Bald.
cons.5.lib.5.Seraphin. priu.99.num.1. priuil.63.65.
n.6.& priuil.108.de iuram.Grass.exception.27.num.
24.Milanens.dec.8.num. 390.Guttierez.de iurament.
confirmator.cap.20.num.2. Piguera. decis. 145.n.9.
Gramat. decis.76.n.20. Capell.Tholosan. decis. 37.
Gail.obseru.77.libr.2.Roland.cons.60.lib. 2. Asin.
de exequution.§.9.cap.157.num.15.Mastril.dec.51.
n.3.4.Faechin. lib.2. controuers.iuris cap. 60.61.
Roderiq.de Annu.reditib.l.2.q.5.n. 39. Ponte cons.
28.num.9.lib.1.Rota Romana apud Farinac decis.
775.num.7.8.p.2.tom 4.& apud Ludouis. dec.321.
Cardinal.Tusch.conclusion. 421. litter. M. Gratian.
disceptation.669.num.23.Griuel.decis.Dolana.132.
num.2.& seq. Barzi decision.106.Bardell.cons.113.
lib.2.
12 Et licet aduersus † iuramentum sententiam
profiteantur Muta d. consuetudine 21.n.8. Mastril.
decis.140. Iacob Gallus cons.129.per tot. & ex plu-
ribus connatur substinere Ceuall. commun. contr.
com.q.727. per tot. ex is iam firmatis patet eorum
assumptum absonum,& contra communes con-
clusiones esse dum firmant mulieris obligationes
pro alio etiā iuratas esse nullas,mouētur enim ex
falsissimis fundamentis , Primo ex quo statutum
loqoitur in personam sequendo distinctionem Bar-
13 toli ,quæ cōmuniter reprobatur, Secundo † quod
Consuetudines felicissimæ nostræ Vrbis fuerint
confirmatæ à Summo Pontifice Alexandro, & ob
id dicantur Papales , & tollant vires iuramenti
Bald.in l.ex placito colum.2.n.6.C.de rer.permutat.
Ruin.cons.110.n. 8.lib. 4.Gabr.cons.127.num.23.24
lib.1.Gratian.disceptation.9.num.4. Muta in Con-
suet.Panorm.in proem.n.71.Grass.de effect. Cleric.
Effect.2.n.149. Quod quidem fundamentum fal-
14 sū est tum quia † in consuetudine nulla iuramenti
fit mentio,proinde approbatio Summi Pontificis
non extenditur ad iuramentum , de quo in con-
suetudine nulla fuit facta mentio Soccin.Iun.cons.
32.num.34.lib.3.late Gargiar. patrocin.10. num.13.
nec hue pertinet disceptari , vtrum laici potue-
rint disponere de iuramento,vel ne cum in consue
15 tudine nulla fiat mentio iuramēti,& † regulariter
statuta laicorum non habent locum in obligatio-

nibus

nibus iuratis Seraph.de iuram.priuil.22.nu.41.An-
guiſciol.conſ.127.n.5.Surd.conſ.157. n. 17. Cephal.
conſ.466.n.67.& latius conſ.170.n.34.tum etiam
16 †quia cõfirmatio Papæ numquam operatur niſi
confirmatio in forma ſpecifica facta fuerit, hoc
eſt parte citata obtempta,& cum clauſula ex cer-
ta ſcientia,ſecus ſi in forma communi,& genera-
liter,vt hic late Alexandr.conſ.123.n.17.lib.4.Ga-
br.conſ.127.ſub n.24.lib.1.Graſſ.de effect. Cleric. ef-
fect.2.n.151.Seraph.de iuram.priuil.22.n.13.Becci.
17 conſ.3.n.66.confirmatio † enim in forma cõmu-
ni facta ius non tribuit c.1.de cõfirmat.vtil.vel in-
util.Franch.dec.2.n.32.Fabb.de Anna.conſ.51.n.7.
18 Ac in dubio† confirmatio in forma communi fa-
cta præſumitur Grat.diſcept.9.n.0. Decia. in tr.cri-
min.p.1.lib.2.cap.37.n.4. Cathal.de indult.cap.1.n.
210.Graſſ.de effect.Cler.effect.2. n.159. & quando
19 †dicatur cõfirmatio fieri in forma ſpecifica & ex
certa ſcientia,& nõ in forma communi vide c.Ve-
nerab.de cõfir.vtil. vel inutil.vbi Abb. Dec.notab.1.
& omnes Ber.conſ. 180.n.24.25.l.1.Suar.de legib.l.
8.c.18.n.5.Fab.de Anna conſ.51.n.7.Vinc.de Anna
alleg.35.n.13. 14.l.1. Ceſal.conſ.170.n.49. 50.Ve-
lãz. conſ.79.n.5.6.Gutt. conſ.11.n. 8.& l. 3.practic.
quæſt.q.17.n.40.Molin.Matienſ.Rouit.Georg. Greg.
Lopes per Valenz.dict.loco plene Graſſ.de effect. Cle-
ric.effect.2.n.158.Dec.d.c.37.n.4.& conſ.18.n.270.
lib.1.Lanar.cõſ.21.n.1.& conſ.47.n.2.3.Ponte conſ.
53.n.26.conſ.58.num.2.4.5.lib.1.Bologn. conſ.1.n.
78.80.84.85.Gabr.conſ.183.num.13.14.15.lib.2.
Gail.libr.2 obſeru.1.Cardin. Tuſc.cõcl.708.n. 7.lit.
C.Mol.de primog.lib.2.cap.7.n.9. Scrad. conſ.21.nu.
106.Roland.conſ.2.n.38.vol.1.conſ.61.n.41.vol.3.
Mandell. cõſ. 198.n.18.conſ.442.Menoch.conſ.501.
n.42.Raudenſ.conſ.17.p.1.n.264.vol.1.Hipp. Rim.
conſ.355.n.82.83.Burſ.conſ.30.n.19.conſ.356.n.15
Pariſ.cõſ.3.n.46.vol.4.Mariſc.variar.reſol.l.2.reſol.
47.n.1.Rot.Rom. dec.36.n.5.p.2.diuerſ.Magon.dec.
Lucenſ.14.n.42.Roder.q.reg.q.8.lib.1.Dec.conſ.516.
20 n.12.Item† approbatio Summi Pontificis ſtatuti
laycorum nunquam tollit vires iuramenti, etiam
quod in ſtatuto fieret mẽtio de iuramento niſi ex-
preſſe dicatur Soc.conſ.32.n.32.lib.3.Alex.cõſ.39.
volum.4.conſ.18.volum.6.Bero.cõſ.180.n.24.lib.1.
Eug.conſ.3.n.32.Seraſi. de iurament.priuil. 22.n.13.
& 39.& priuil. 99. nu.3 in fine.

21 Nec ad infirmandum † iuramentum obſiſtit
eiuſdem relaxatio ſeu abſolutio, quãdoque à mu-
liere obtenta,quæ cum abſque partis citatione,
concedatur efficaciam iuramenti non tollit, ſed
tantum viam excipiendi abſque periurio aperit
Felin. in cap.1.n.29.de iure iurando Cran.conſ.7.n.
7.Becc. conſ.63.numer.3.Pedroch.conſ.35.num.87.
& ſeq. Couar.variar. reſol.libr.1.cap.4.num. 6.Ga-
br.conſ.127.num.33.lib.1.Peregr.conſ.53.n.19.lib.
1.Seraſ.de priu. iuram.priuil.61.n.3.4.Corn.de abſo-
lution.iurament.p.3.q.14.nu.13.14.15.& quæſtion.
16.per tot. & præciſe num.41.69 & ſeq.& num.77
Caſtil. deciſ. 70. numer.6. Pedamontan.deciſ. 125.
n.7.Turett.conſ.40.n.10.lib.1.& conſ.80.n.13.lib.
2.Moroeius.conſ.87.num.10.Honded.conſ.18.num.
11.conſ.42.num.31.libr.1.Gabr.de minor. concl. 5.
n.3.Mandell.conſ.198.nu.2.li.1.Caualcan.deciſ. 19.
num.57.libr.3.Menoch.conſ.24.n. 18.lib.1. Caſtil.
Sotomaior.controuerſ.iuris lib.3.cap.2.n.7.
22 Quibus diſcuſſis† ita cenſuit Curia primarum
appellationum huius Vrbis die 15.Ianuar.1615.
contra donnam Aleonoram de Afflitto,reuocan-
do interloquutoriam prolatam per Curiam Pre-
torianam altero ibidem ex dominis pro iura-
mento in contrario voto exiſtente nempe Regio
Conſiliario D. Martino Nauas,de puobla,idem-
que pro iuramento terminauit M. R. Curia pro
Martino Zamudio contra Aleonoram ferret con-
firmando ſententiam Curiæ Prætorianæ latam
de anno 1613. ac pluribus alijs in cauſis fuit de-
ciſum.
23 Hodie † tamen de obligationibus mulierum
ad viri vtilitatem quod ab anno 1618.ſint ipſo iu-
re nullæ non obſtante iuramento non diſputatur
ſtante nouiſſima Pragmatica Comitis Caſtri §.3.
24 Illud verò † quod in ſuperioribus dictum eſt fir-
mam iuramẽtum mulieris obligationem pro alio
intercedentis redere ex rationis idemptitate lo-
cum habet in obligatione filij familias,qui etiam
ex dicta conſuetudine noſtra 21. pariter ſicut
mulier ſe pro alio obligare prohibetur ita Intrigl.
ſingular.68.n.2.libr.3.Sed in hoc contrarium re-
ſoluit Muta in conſuetudine Panormit.21.num.72.
& c.31.a nu.29.& ſeq.& deciſ.49. num. 19. & ſe-
quent.

AD DEI OMNIPOTENTIS BEATÆQ. MARIÆ
SEMPER VIRGINIS GLORIAM.

FINIS.

I N-

INDEX RERVM ET VERBORVM OMNIVM.

QVÆ OBSERVATIONE DIGNA SVNT, In hoc Secundo Libro Resolutionum Contentorum, Alphabetica Seriæ Digestus.



Ant. de Amat. P. II. R Causa

Pa-

Cle-

Cre-

D

Di-

beantur

E

F

G

H

I

In-

In-

sonam

De

Pacti

quia

V

FINIS.